A: MATTHA
Chronicon
Ducum Brab:
et
Egmondanum

DH 33.979

ANONYMI,

Sed Veteris & Fidi,

CHRONICON
DUCUM BRABANTIÆ,

Ab ipsis gentis initiis usque ad Ann. CIↃ. CCCC. LXXXV.

ACCEDIT

Vita virginis nobilissimæ,

ELISABETHÆ VAN HEENVLIET,

Quæ ultima ejus gentis, & quarundam aliarum,

MONIALIUM in DIEPENVEEN

Scriptore ANONYMA moniali, quæ ejusdem cœnobii.

Primus in lucem edidit adjectis Observationibus

ANTONIUS MATTHÆUS,

Juris in illustri Academia Lugduno BATAVA Antecessor.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud ABRAHAMUM VANDER MIJN. 1707.

ANONYMI,

Sed Veteris & Fidi,

CHRONICON DUCUM BRABANTIÆ,

Ab ipsis gentis initiis usque ad Ann. CIↃ CCCC. LXXXV.

ACCEDIT

Vita virginis nobilissimæ,

ELISABETHÆ VAN HEENVLIET,

Quæ ultima ejus gentis, & quarundam aliarum,

MONIALIUM in DIEPENVEEN

Quippe ANONYMA moniali, quæ ejusdem cœnobii.

Primus in lucem edidit adjectis Observationibus

ANTONIUS MATTHÆUS,

Juris in illustri Academia Lugduno BATAVA Antecessor.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud ABRAHAMUM VANDER MYN. 1727.

PERILLUSTRI
NOBILISSIMO, ac GENEROSISSIMO
VIRO,

D.D. JACOBO BARONI DE WASSENAER,
TOPARCHÆ IN WASSENAER, OBDAM, HENSBROEK, WOCHMEER, SPIERDYCK, ZUYDWYCK, KERNCHEM, TWICKLO, LAGE &c. NOBILIUM HOLLANDIÆ EQUESTRIS ORDINIS PRINCIPI, ORDINIS EQUESTIS DANICI, CUJUS INSIGNE ELEPHAS, MEMBRO ILLUSTRI, SUPREMO EQUITUM FOEDERATI BELGII PRÆFECTO, MUNITISSIMÆ URBIS SYLVÆ DUCIS GUBERNATORI, AD POTENTISSIMOS POLONIÆ ET BORUSSIÆ REGES, AC SERENISSIMUM ELECTOREM HANOVERANUM, ET AD PLURES GERMANIÆ PRINCIPES LEGATO EXTRAORDINARIO &c.

Fausta omnia & felicia, & salutem in eo,
qui est vera omnium salus.

PERILLUSTRIS, NOBILISSIME, ac
GENEROSISSIME VIR.

MULTIS nominibus cum obstrictum me habeas, ut gratum tester tibi animum, quum non aliud sit in promtu, Auctorem hunc offero, eumque tuo nomini, & quæ ad eum observavi, dedico, consecro. Vetus & probus est, Brabantus & Anonymus. Nec uspiam nomen prodit, nec alibi,

quod sciam, extat. Magna tamen diligentia argumentum, quod tractat, & historiam Brabantiæ persecutus usque ad Ann. CIↃ. CCCC. LXXXV. quo Maria Burgunda, Maximiliani uxor, in fata concessit. Quod ipse etiam tum vixit dubitari non potest. Certe & ipse id significat, cum meminit nuptiarum Maximiliani cum Maria, & suscepti ex his filii Philippi. *Item eodem anno*, inquit, *genuit ex eo filium, cui impositum est nomen proavi Philippi, & natus est Brugis* XXII. *Julii, qui jam dominatur, cui concedat Dominus regere populum suum in pace, & concordia, & in omni justitia.* Et hoc unum est argumentum, unde ætatem cognoscas. Aliud non occurrit, excepto quod meminit Philippi etiam nuptiarum in *fin. histor*, de morte agens Mariæ matris, *quæ reliqnit*, inquit, *post se Philippum filium suum &c. qui jam duxit in uxorem Joannam regis Hispaniæ filiam &c.* De Ducatus origine multa habet præclara, nec fabulas nectit, ut solent, qui veris rerum argumentis destituti fingunt quidvis, gigantes jactant, Brabones, cygnos, & unde arcessunt majores suos scriptores vernaculi, Trojanorum progeniem. Brabanti Belgæ sunt, ut notum. Eorum Principes olim Franci. Qui, etsi sunt qui eos asserant e sanguine esse Trojanorum, fuerunt tamen Germani, in locis primum paludosis circa Occanum habitantes, ut scribit Procopius 1. *Gotth.* ῥῆνος δὲ εἰς τὸν Ὠκεανὸν τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται. λίμναι ᾗ ἐνταῦθα, οὗ δὴ Γερμανοὶ τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, βαρβάρων ἔθνος, οὐ πολλοῦ λόγου τὸ κατ' ἀρχὰς ἄξιον, οἱ νῦν Φράγγοι καλοῦνται, *Rhenus autem in Oceanum effundit se, atque illic paludes, ubi habitant Germani, Barbarum genus, non magni momenti primitus, qui nunc Franci vocantur.* Mox ulterius progressi diffuderunt se per Germaniam, Quadis etiam vicini, quos vim parantes Romanis a Francis ait prohibitos Zosimus *lib.* 3. Quados Getis seu Sarmatis jungit Strabo *lib.* 8. Sed hi Francis paulatim mixti, ubi sedes mutari placuit, transgressi Rhe-

Rhenum & Gallias, & quæ pars olim Galliarum, etiam Belgium occuparunt. Ex his etiam *Carolomannus* vir præpotens & illustris, pater *Pipini*, qui quod prædia & Principatum habuit *Landæ* in Brabantia, a scriptoribus passim dictus *Pipinus* de *Landis*. Major domus sub *Clothario* & filio ejus *Dagoberto* secundum *Divæum* & alios scriptores. Hujus *Pipini* nepos *Pipinus Herstallus* secundum *Sigebertum* factus Major domus circa Ann. 691. *Herstallus* ab *Herstal*, qui pagus seu arx, non procul a *Leodio*, & nec procul a *Landa*. Radulph. de Rivo apud Chapeavill. *cap.* 9. *in pago Herstallio, qui vix dimidio miliari a Leodio distat.* Herstallium *erat villa publica* ait Valesius *notit. Gall. haud procul a Leodio Jopilaque ad Mosam flumen posita, cujus amœnitate loci delectatum Pipinum ibi & palatium exstruxisse, & sæpe commoratum esse ajunt, nec desunt*, inquit, *qui ibidem natum & nutritum credant.* Auctor Chronici magni Belgici, qui fuit monachus prope Nussiam & celebre castrum *Herstallium*, & vulgo etiam dictum asserit *caput Brabantiæ.* Nec erraverit, ni fallor. siquis eos hinc arcessat, qui præfuerunt Brabantiæ. Ab his enim jus, quod nacti, transmissum ad Carolum Lotharii regis fratrem ex Carolovingis postremi. Caroli filius Otto, ut scribit Paul. Æmilius *lib.* 3. *hist.* Ipsi Carolus & Otto Duces. Sigebert. ad Ann. 991. *Karolus Dux moritur. Otho filius ejus succedit ei in Ducatu Lotharienſium.* Successores etiam Duces. Duces scilicet Lotharingiæ. Brabantia eo nomine nondum nota adhuc tum temporis. Olim pagus *Bracbantum*, *Bracbant*, seu *Brachbant*, *Breibant* item & *Bratuspant.* .Vita S. Ludgeri apud Brouwer. *in pago Bragbant, quod Lotusa nominatur.* Meminit sæpius Sigebertus, ut ad Ann. 623. 1005. & alibi passim. Meminit etiam scriptor vitæ S. Huberti *part.* 1. *cap.* 2. ad quod plura in *not.* Regni etiam Lotharii, unde & dicitur Lotharingia, divisio inter fratres Ludovicum &

Carolum, quæ in *Annalibus Bertinianis*, & Caroli Calvi *Capitulis*, ubi & in Bracbanto ponuntur quatuor Comitatus. Qui Duci dicto audientes; nam ſub Duce erat Comes, ex veteri Francorum more. Dux præerat provinciis, Comes ſingulis territoriis, ut dixi *lib. 1. de Nobilit. cap.* 6. Sed ut fit lapſu temporis, cum animos addunt opes, deſcitum a Duce, ut Comes Lovanienſis apud Sigebert ad Ann. 1012. *Henricus*, inquit, *Imperator Godefridum ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit ad obſidendum caſtrum Lovanium.* Ducatus etiam ipſe, ut nihil in terris conſtans, ob crebras Principum diſſenſiones & mutua inter ſe bella anguſtioribus paulatim terminis circumſcriptus, & imminutus, & deinceps in ſuperiorem & inferiorem diſtractus. Superior ad Moſellam, inferior ad Moſam. Unde & illud Sigeberti ad Ann. 1034. *Friderico Moſellanorum Duce mortuo, quia mares filios non habebat, quibus Ducatus competeret, Gothelo Dux, impetrato ab Imperatore etiam Moſellanorum Ducatu, in Lotharingia potentius principatur.* Quæ inferior inter cetera & Brabantiam complexa; ſed habita hæc tum amplior & diffuſior quam hodie, *a Tornaco*, ut ait Heda *hiſt. Ultraj. p.* 131. *ad Velpam flumen protenſa*, magnam Flandriæ partem ſub ſe continens, magnam etiam Hannoniæ. Lipſ. *Lovan. lib. 1. cap.* 13. Scriban. *orig. Antverp. cap.* 2. Joh. Robert. *ad vit. S. Hubert. n.* 76. Tornacum etiam ipſum ut & Gandavum. Sigebert. ad Ann. 1059. *In pago Bracbatenſe circa Tornacum nix tanta cecidit, ut & ſylvas fregerit.* Nec ex his tamen quiſquam, qui Brabantiæ ducem ſe ſcripſit ante Henricum III. & hic tamen non ſimpliciter ſe ſcripſit ducem Brabantiæ, ſed Lotharingiæ & Brabantiæ, ut teſtatur Meyerus, & qui ſecuti eum plures. Auctor autem, quem edimus, plane id diſſimulat, & eum & deceſſores, forſan per prolepſin, Lotharingiæ & Brabantiæ ubique appellans Duces. Verum ſenſim id tan-

tandem desiit ceteris successoribus Brabantiæ titulo contentis. Cæterum Auctor hic inter cetera fidus & accuratus, & qui multa cum cura origines rerum causasque, Ducum ingenia, & quæ ab iis acta, plebis passim tumultus, seditiones, sævitiam, & impotentiam exponit. Forsan præter decorum nimius in laudando Joanne IV. cujus regimen pessimum, & qui neglectis provinciis, querelis provincialium spretis, abjectis, rerum administratione commissa ineptis, indignis, venando se oblectabat, & postquam venando fessus in aulam fuisset redux, rebus sordidis se occupabat, & quod indignum tanto Principe, velut faber ferrarius, cudendo ferro dabat operam, ut Anonymus scribit, quem edidi *tom.* 5. *Analect.* Unde & Ordines velut prodigo, ne rem publicam dissiparet, ut cœperat jam passim, Curatorem adjunxerunt, & Reipubl. Protectorem Philippum Comitem S. Pauli, ipsius fratrem, virum strenuum. Sed interim Auctor eum laudat ab humilitate, pietate, & summa ipsius devotione, quam & moriens ostenderit XXIV. annorum juvenis. Exemplar, quo usus sum, redemi meo ære, & ut alia nonnulla extorsi homini imperito. Ex bibliotheca Gemblacensi est, ut notatum in frontispicio, & ut licuit conjicere, nec vana est conjectura, Suffridus Petri est, qui descripsit, rerum hujusmodi & historiarum non indiligens indagator. Tibi autem, vir illustris, ut meæ in te observantiæ exemplum aliquod extet, totum dedico, consecro. Nec alii debui, quam tibi, Nobilissime vir, qui tota Hollandia non præfulges tantum ceteris avita nobilitate, quæ & summa & vetustissima, ab ipsis Comitum initiis, & exordio hujus Reipublicæ ad nostra usque tempora deducta & propagata, verum etiam prudentia, & ut de literis nihil dicam, virtute, & industria, quæ, quod nemo est, qui ignorat, rara in te & singularis. Unde & primus Curatorum judicio Ordinum ad id delectus, illustrem hanc

A-

Academiam cum Collegis tot jam annos rexisti summa cum laude, viros eruditos, & gloria literarum celeberrimos toto orbe, in eam undique evocando.

Majorum tuorum stemma, qui omnes viri olim illustres, conspicui, & præpotentes, omnes fœdere & connubiis harum provinciarum nobilissimis jam olim juncti, Principibus de Ligne, Comitibus de Solms, Brederodiis, Egmondanis, Polanis, aliisque, longa admodum serie & peculiari genealogia habet Pontus Heuterus *rer. Burgund. lib.* 6. *p.* 226. In toga omnes fulgentissimi, in sago fortissimi. Ex iis plures Philippi, plures Theodorici, & Jacobi etiam non pauci. Albertus Bavarus Comes, cum Frisiam ingressus, avectis secum in Hollandiam reliquiis, quæ supererant Guillielmi avunculi, a Frisiis olim cæsi, cum pararet discessum, inter proceres, quos reliquit, ad res cum Frisiis componendas, fuit etiam ex præcipuis Philippus de Wassenaer. Ubb. Emm. *lib.* 16. *hist. ad Ann.* 1398. Philippus etiam fuit, ut vult Joann. a Leydis *Annal. Egmondan. cap.* 93. vetrum ut Ubb. Emmius *lib.* 5. & Winsem. *lib.* 15. *hist.* ad Ann. 1527. Joannes fuit de Wassenaer bello vir inclytus, & ἀγαθώτατος τὰ πολέμια, qui Caroli V. exercitum summus ejus imperator duxit in Frisiam, Gelros debellavit, & Frisia, quam occupaverant, eos penitus expulit, & tandem magna cum gloria, cum Slotam oppidum in Frisia cinxisset obsidione, globo brachium trajectus, & medici imperitia curatus parum recte, Leovardiam mox delatus diem clausit extremum pridie Non. Decembr. Ann. 1523. relicto suis, ut ait Ubbo, incredibili desiderio *d. lib. in fin.* Jacobus fuit van Wassenaer, qui una cum Florentio, qui V. eius nominis, bello aggressus Frisios cum iisdem conflixit, & cum multa eo prælio virtutum & roboris edidisset specimina, tandem cæsus occubuit. Ubb. Emm. *lib.* 11. *hist.* Fuit etiam *Jacobus* Excellentiæ tuæ parens, vir strenuus, ut in con-

confeſſo eſt, legationibus variis pro patria olim functus, & poſtremum cum mererentur id ſingularis induſtria & heroica ejus virtus, ab Ordinibus fœderatis creatus Archithalaſſus, ſeu ſummus claſſium imperator, magna cum fortitudine egregie res geſſit adverſus Anglos, alioſque, & infelici tandem forte, prælio, quo cum Anglis conflixit Ann. 1665. accenſus pulvis tormentarius, incertum quo caſu, quum navem afflixiſſet, e terris in cœlum raptus, & momento extinctus. De te, vir illuſtris, in quem, quæ majorum, virtutes omnes concurrunt, in præſentia non dicam. Satius ſilere eſt, ut de Carthagine olim Criſpus; quam pauca de te dicere. Sed quod ad generis vetuſtatem, quæ inter legendum non quærenti occurrerunt, neceſſe eſt quædam adhuc addam. Non pauci ſunt, qui dedueunt a *Waſda*, prædio cum ſylva, ſeu *foreſto*, ut dicebant tum. Unde & ipſi *Foreſtiers*, Præfecti terræ ſylveſtris, qui & paſſim Saltuarii, *Wadſnar* primum, ut putant, dicti, & propter euphoniam frequentius dein *Waſnar*. In chartis ſæpius id occurrit. Sic in charta Ann. 1268. *Theodericus de Waſnar*, in charta Ann. 1268. *Theodericus dominus de Waſnar miles*. Et eſt apud me adhuc veteris ſigilli ectypum, in cujus ceteris jam exeſis ora hæ adhuc literæ, SIGILLUM..... ASNAR. Verum ubi illud *Waſda*? Meminit inter ceteros Ludovicus Germanicus Ludovici Pii filius in charta Ann. 868. ut videre eſt apud Bekam in *Hunger. epiſcop.* Et plures ſunt, qui meminerunt. Sed quantum ad ejus ſitum non omnes conſentiunt. Boxhornius accipit de Walachria ad *Chron. Zel. p.* 6. Quod & longius quæſitum, & vocis ſono non convenit. Heda de *Waſia*, quæ hodie eſt pars Flandriæ, *t' lant van Waes*, ut vulgo dicunt. Quod ad rem quidem accedit propius, ſed præterquam quod Ludovici charta, quam dixi, multis ſuſpecta eſt ob rationes jam allatas *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 31. ſunt qui le-

gunt,

gunt, ut Felix Osius ad Othon. Moren. *hist. rer. Laudens. p.* 55. *vasta* apud Bekam, non ut vulgo habetur *Wasda*, & accipiunt de locis cultis, ut apud Mussatum *lib.* 7. *de Gest. Henr.* VII. *Quorum plerique suspectioribus urgentibus causis ad Turrianorum loca discurrentes, quæ Vasta appellant &c. Cultis* scilicet in sylva. Nam & plana ibi occurrunt, & quæ parata ad culturam, absque ullis arboribus, ut verbi gratia in Tabulario Absiensis monasterii: *Concedo fratribus de Absie totum planum, vel ut vulgo dicitur, totum* Guastum, *quod modo est, vel in posterum, erit in bosco meo &c.* Quod ad me attinet tamen nolim, cum constans Codicum sit scriptura, mutare quicquam apud Bekam. Scio Osius interpungit: *Contulit etiam Theodorico Comiti &c. forestum, vasta, Comitatui suo contiguum.* Verum rursum jam quæro, quodnam illud forestum, & cujus foresti *Vasta?* etsi nec illud capio, cur plana, quæ in sylva, & quæ culta, dicantur *vasta*, cum *vastum* nihil aliud sit quam *woest*, & hinc *woest* sit deductum. Malim iis accedere, qui aliam adhuc sylvam, cui nomen olim *Wasda*, statuunt ad Catvicum prope arcem Britannicam, aquis jam absorptam. Certe & plura olim prædia dominorum de Wassenaer, ad maris quod ibi littus, & ad moles illas arenarias, quibus littus vestitum, ubi & castrum gentis vetustissimum, cui nomen ab ea datum, & vicus seu pagus *Wassenaer*. Et argumento sunt tituli, quibus seculo XII. & sequenti usus Philippus, qui in fata concessit Ann. 1228. *Philippus dominus de Wassenaer, Duvenvordii, Polanæ, Vorburgii, Vorschotæ, Valckenburgii, Catvici, Groneveldi, Zanthorsti &c.* Splendidissimum etiam jus id, quod jam antiquitus iis Leydæ, ubi Castellani, seu ut vocant Burggravii, & tanquam Burggravii constituebant pro

1. Chron. March. Tarvisin. lib. 5. cap. 17. *& ivit circa civitatem Tarvisii pro wasto faciendo ibidem*, & *cap.* 18. *facto wasto circa Tarvisium reversus est Paduam*, & ad Ann. 1234. *exercitus ivit per Marchiam Trivisanam, & fecit magnum vastum.*

pro arbitrio Prætorem non tantum, ſed & Conſules, Scabinoſque. Quod dictus ab iis Prætor agnoſcit etiam in commentario Conſul Joannes Orlers *deſcript. Leydenſ. p.* 86. De ceteris quamvis ſileat, minime tamen ſiluit Henricus Thaborita, Auctor hactenus nondum viſus, cauſam ſimul addens, modum item & tempus, quo jus id amiſſum, *lib.* 11. *Chron. cap.* 16. *Dux ſimiliter*, inquit, *Leydis exiſtens non tenuit conditionem pacis factam, ſed coëgit Burggravium ad reſignandum dominium civitatis, & nichil retinuit in Leydis, excepto caſtro & theloneo pro Gruyt pro ſe & ſuis ſucceſſoribus. Antea namque poſuit Scultetum civitatis, quatuor Burgimagiſtros, & ſeptem Scabinos. Tunc Heinricus primogenitus Philippi Burcgravii Leidenſis, qui cum Duce contra patrem & civitatem bellaverat, etiam reſignavit iſta, ut teſtantur literæ inde confectæ, & paulo poſt iſte Henricus profligavit patrem ſuum ex dominio de VVaſſenaer &c. Excepto*, inquit, *caſtro.* Ita enim vocat *burgum*, unde & ipſi Burggravii. Siqnis miretur, non neceſſe, ut miretur; majus Leydæ ipſis jus, quam quiſquam crediderit. Nemo civis Leydenſis, nec quiſquam ut civis in civitatem receptus, niſi & nominatim a Burggraviis admiſſus, nec aliter quam ſolutis prius libris XL. quarum ſemis Burggravii. Teſtes codicilli Florentii Comitis V. qui & hactenus nondum viſi: *Florentius Comes Hollandiæ univerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem & noſcere veritatem. Cupientes dilectos noſtros oppidanos de Leyden propter gratæ ipſorum obſequia, quæ nobis & noſtris anteceſſoribus frequentes impenderunt, & adhuc impendere conabuntur, fauore & gratia proſequi ſpeciali, ipſis tenore præſentium duximus concedendum, quod quilibet homo abhinc & deinceps, qui volet & petet recipi in oppidanum dictæ villæ de Leyden idem per Burchgravium & Scabinos prædictæ urbis ad hoc recipi debet, & admitti, & dare debet in ſignum receptio-*

Jo. Bavorus.

nis ſuæ prædictæ XL. *libras Hollandiæ & non plures, quarum media pars cedet Burchgravio, & reſiduum cedet Scabinis momoratis, & dictus receptus permanebit in dicta villa ſicut ceteri oppidani moraturus. In cujus rei teſtimonium & munimen præſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum & actum apud Leyden feria tertia poſt octavam purificationis beatæ Mariæ virginis anno Domini* CIↃ. CC. LXXVI.

Quod Burggravii non alii quam Barones de Waſſenaer dubitari non debet. Feudum autem Burggraviatus, ut vel hinc ſatis conſtat:

Willem *Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vrieſlant, maken kont allen luden, dat wi verlyet hebben, ende verlienen mit enen rechten liene* Philips *van* Waſſenaer *onſen trouwen Knaep die Borchgraefſcap van Leyden, ende anders al leengoed, dat die Borchgrave van Leyden Heer* Dieric, *die leſt was* Philips *Oem voerſeyt, het in ſinen leſten live in alre rechten hadde, ſonder alleene die hondert ponden Hollants s' jaers die onſe lieven Heer ons vader, daer Godt die ſiele aſ hebben moet, gaf Heeren Dirc Borchgrave van Leyden voerſz toit ſine Ridderſchap to hulpe, doc hi Ridder wert, die ſel wi ſelve behouden. Voert ſo loven wi Philips voerſz in goeden trouwen in allen deſen voerſz goede te houden, ende te doen houden, hoe dat geheten is, en wair dat gelegen is binnen onſen lande, totter tyt toe, datter Philips uytgewonnen wort mitten rechte van onſen lande, dair dit voerſz goet gelegen is. Ende om dat wi willen dat al deſe voerſz vorwairden witteliken en trouweliken gehouden worden voir ons en voir onſen nacomelingen, ſo hebben wi deſen brief open beſegelt mit onſen ſegel toite Bergen in Henegouwen des Sonnendaechs opten anderen dach in Aprille int jaer* XXXIX.

Plurium hic feudorum mentio ad Præfecturam illam pertinentium. Et ſiquis quærat, quæ illa? In veteri re-

reperi manuſcripto, & quia intereſt poſterorum, ne oblivio prorſus deleat, addam ut reperi:

Dit is t' goet van der Borchgraefſchap van Leyden.

Item die tollen tot Leyden.
Item half die gruyte ende hoppe tot Leyden.
Item die viſſcherye in den Rhyn.
Item die bottinge tot Leyden.
Item den Hof tot Oeſtgeeſt mit ſinen toebehoren.
Item die Hofſtede opt Sant mit ſinen toebehoren.
Item die lopende thinſe tot Oeſtgeeſt ende tot Saſſenem.
Item die viſſcherye tot Saſſenem.
Item die tollen tot Catwyck.
Item uter ſcote tot Catwyck VIII. lb.
Item den Hofviſch tot Catwyck.
Item dat pontgelt tot Catwyck.
Item van Riemgelde van elken hont XII. *ſtuvers, ende van elcker pincke* VI. *ſtuv.*
Item die tollen tot Alphen.
Item die gruyte ende die hoppe tot Delf.
Item die tolle toe Rynſterwoude ende toe Ailtmair.
Item die gruyte ende hoppe toe s' Graveſande.
Item die koren-thiende tot Oeſtgeeſt.
Item die ſmalthiende tot Oeſtgeeſt.
Item dat huys van Poel mit ſienen toebehoren ſtaende in Oeſtgeeſter ambacht.
Item dat veen tot Catwyck.
Item dat veen tot Valckenburch.

Dit ſyn die Ambachten toebehorende der Heerlicheit van Waſſenaer.

Primo Waſſenaer.
Voerſcoten.

Voerburch.
Wymmenum.
Ketel.
Barendrecht.
Item in Swindrecht dat Ambacht van t' ſinte Heyenkercke, ende ſint Jan van Roſendael &c.

Aliud vidi manuſcriptum in Archivis Hollandiæ notatum *El. V. Cas B.* in quo inter cetera feuda hæc occurrunt præmiſſo titulo hujuſmodi:

Des Heeren leengoet van Waſſenair.

Dominus de Waſſenair officium habet de Voerſcoten & de Waſſenaire, officium in den Ketel, theloneum nundinarum in Voirſcoten, theloneum de Vlaerdinge in nundinis hyemalibus & æſtivis cum theloneo feriæ hebdomadalis, theloneum etiam, quod Bulc-tolne dicitur, zeedrifte de aggere marino, ſive de ſtipite apud Catwyck uſque Woudrikem, ut dicit, domino Comite negante, decimam in Harſcampe, decimam in Zutermere, manſionem ſuam apud Horſt cum terris & appendiciis, Curiam de Waſſenaire cum terra, in qua fundata eſt, inſuper terram de Sceveninge, & de Venhuſen, totam terram, quæ Veen *appellatur, de terra Ludolfi uſque ad terram Simonis Treng, in Willensvene triginta virgas veni, dimidietatem munitionis de Roſenbergh, quinque libras annuatim de theloneo de Geervliete, quatuor libras annuatim de precaria in Pinacker, bona etiam, quæ ſita ſunt ſuper Herneſſe, triginta duo jugera terræ, quæ ſita ſunt juxta domum Bartholomei de Made, octo libras de Hunergeeſt, decimam de Sloethuſe & de Scuren, decimam in Ekendunts cum minuta decima, decimam apud Weteringe, adhuc ibidem aliam decimam, inſuper adhuc tertiam decimam in eodem loco cum minuta decima, minutam decimam in Ryſwyc, vehiculum ſeu Verſcip in Leyden & Dodincvene.*

Den

Den *Hofviſch* quod attinet non alius hic debet accipi, quam qui Comiti debebatur, ad Curiam Comitis pertinens. Qua id probem charta in promtu eſt Ann. CIↃ. CCC. XXXIII. *Willem Grave van Henegouwen &c. maken cont &c. dat wi Hughen Jans ſoon van Hilleghen bevolen hebben onſe viſſche te verwaren tote Catwyck. Dit ſal geduren toit onſen wederſeggen. Gegheven in den Haghe op ſinte Denysdach int jaer van* XXXVI. Forum autem piſcarium olim frequens Catvici. Quod quo frequentius adhuc redderent, videntur Catvicenſes, inſtitores, propolas, ſtatuta etiam ad id mulcta coegiſſe ad frequentandum id etiam invitos. Quod Guillelmo tamen Comiti, qui IV. ejus nominis, ut videtur, diſplicuit. Argumento ſunt tabulæ, quæ ſuperſunt hujuſmodi:

Willem Grave van Henegouwen &c. maken cont allen luden, dat die wile die Borchgraefſchap van Leyden onſe was, en wi ſe Philips *van* Waſnar *vercoften omme groote crooninghe, die ons liefs Oems lude, Heeren Jans van Heynegouwen, Heere van Baymond, van Noirtich, ende anders onſe lude uyt onſen lande tegen die van Catwyck hadden, omme die viſchmerct te Catwic te houden, ende omme die boeten, daer die van Catwic die luden toe dwingen wilden, die viſchmerct daer te houden, wi met onſen liven Oem Heeren Jan van Heynegouwen Heer van Baymond over een ſyn gedragen, ende ſetten lude daer toe van onſer beiden weghen, diere ene wayride of beſochten na der crone van beiden partien, ende om dat die wayride verſocht was, eer wi Philips voerſz die Burchgraefſchap vercochten, ſo hebben wi ons beſproken mit den goeden luden van onſen lande, ende mit onſen Rade, ende ſien over een gedragen, dat wi't na der wayride ſculdich ſyn te ſceyden, ende hebben mit onſen goeden luden voerſz die wayride gehoort, ende onſe lude, die die wayride beſaten, ende na die wayride ſo hebben wi gevonden, dat die viſch-*

merct

merct van outs gelegen heeft te Catwic, mer datmer na rechte niemant toe dwingen en mach mit enighen boeten, die viſchmerct te houden, ende alſo gebieden wy 't voerwaert meer te hantieren. Gegheven in den Haghe des Dinxendachs na jaerſdach int jaer veertich.

Cæterum ubi tot feuda, non pauca etiam alodia, genearchica, hereditaria, & quæ proprii eorum juris. Plura etiam adhuc feuda, quam quæ hactenus recenſui. Verbis non eſt opus. Rerum adſunt argumenta. Nec gens fuit copioſior in his terris quam veſtra, nec major facultatum, major ullibi feudorum copia, quam apud veſtram, vir Illuſtris. Et extraneis dediſtis & ſanguine vobis junctis, &, quod rarum, etiam ab his accepiſtis viciſſim. Ingens chartarum ſeges eſt, quibus probem, quod dico, ſed ne ſoli facem accendam, ſeligam tantum quaſdam, ut ex ungue leonem:

Ego Theodoricus *&* Berthel *uxor mea de* Waſnar *omnibus paginam iſtam inſpecturis ſalutem. Notum facimus univerſis in Chriſto fidelibus, quod bona illa, quæ tenet Ph. frater meus, & uxor ſua F. de Duvenvoirt, a me & uxore mea in feudo, poſt mortem meam percipiet primogenitus filius. Si autem deceſſerit, ſenior filius, & ſic de filio in filium, & de filia in filiam. Hujus autem facti teſtes ſunt Theodericus de Raephorſt, Theoderieus de Warendorpe, Giſelbertus de Liere, Mauritius, Jacobus, H. Perſona, Giſelbertus Niger, Giſelbertus Boekel, Reinerus de Rivis &c. Actum anno Domini* CIↃ. CC. XXXVI.

Ego Theodericus *de* Waſſenaer *notum facio univerſis præſentia viſuris, quod omnia feudalia bona, quæ Dn.* Arnoldus *de* Duvenvoirde *cognatus meus a me tenet, propter favorem dilectionis ſuæ poſt mortem ejus legitimis heredibus ſuis contuli ſub nomine feodali. Ita ſive ſunt filii aut filiæ, ſemper ſenior ex ipſis dicta bona a me obtinebit, & ſic gradatim, quamdiu aliquis ex eis vixerit, tam de*

filiis

filiis quam de filiabus. Ut iſta conditio rata & firma permaneat, & in poſterum minime infringatur, præſentem literam porrexi ſub munimine ſigilli mei roboratam. Datum apud Horſt anno Domini CIↃ. CC. LVIII. *infra octavas Pentecoſtes.*

In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Th. *miles, Dn. de* Waſnar, *notum facio tam præſentibus quam futuris, quod contuli in feodum Dn.* Arnoldo *de* Duvenvoirde *militi paſcua noſtra in Hillinghem, quæ ſita ſunt inter Caſtellanum de Leydis, & dominum de Vornen, quæ teneo in feudum a Comite Hollandiæ, ſicut alia bona, quæ a me tenet, perpetuo poſſidenda. In cujus rei teſtimonium duxi præſentem paginam ſigilli mei munimine roborandam. Datum anno Domini* CIↃ. CC. LXVIII. *feria quarta poſt Odulphi.*

Wy Dierick *van* Waſſenaer *Borchgrave van Leyden Ridder, ende* Mechtelt *van* Barendrecht *Borchgravinne van* Leyden, *als by myns voochts hant voornoemt, doen cont allen luyden, dat wy verlyt hebben, ende verlyen mit deſen brieve Heeren* Jan *van* Roſendael *Ridder t' ambacht, datmen nu ter tyt heet Heeren Heyenambacht mit die thienden, ende mit der giften van der kercke int ſelve ambacht, mit der viſſcheryen, ende mit allen den ruuchten, buten den drien dammen om Zwindrecht, mit der viſſcherien ende ſluyſen in de Wael, ende mit anders allen hoeren toebehoren, alſulcks ende in aller manieren, als 't Meeſter* Jan Tielemans *Deken t' ſinte Peters t' Utrecht houdende was van der Graeffelicheit van Hollant, ende wy 't daer af ontfaen hebben. VVelc goet voerſz wy den ſelven Heer* Jan *van* Roſendael *voerſz geloven te waren ende te vryen, hem ende ſyuen nacomelingen te houden van ons ende onſen nacomelingen tot enen rechten erfleen. In oerconde der waerheit, ende om dat wy willen, dat hem dit vaſte ende ſtade blyve tot euwigen dagen, ſo*

hebben wy deſen brief beſegelt mit onſen ſegele. Gegheven int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. LXVIII. *op ſint Catharinen dach.*

Verum ohe jam ſatis eſt. Finiam, ſi addidero notabilem adhuc unam, qua Princeps de Ligne, agnatus agnato, in feudum dedit, quod ſequitur:

Wy Leonard *Prince de* Ligne, *ende des heyligen Rycks, Grave van Franckenberge, ende van Nechyn, Marquis van Robaix, Seneſchal van Henegouwen, Banderheer van Ballioul, Waſſenaire, Vile, ende Chiſon, Borchgrave tot Leyden, Heere van Montreul, Thulyn, Eſtambrugge, Ellengys, Eſtram, Ridder van den gulden vlieſe &c. doen te weten mit deſen onſen brieve, dat wy om liefde ende ſonderlinge onſe gunſt, die wy dragen totten Edelen ende Welgeboren Joncheer George van Waſſenaer, hem om ſekere ſyne dienſten, die hy ons gedaen heeft, ende of Godt wil hy ende ſyne erven ons ende onſen nacomelingen noch doen ſullen, gegoſt ende gegeven hebben, gunnen ende geven mits deſen hem ende ſynen erven tot een onverſterflyck erfleen, drie paer oude ſwanen in onſen Ambachte van Waſſenaer ende in Voerſcoten te dryven, te broeden, ende te voeden tot ſynre oerbaer, nutſcap, ende profyt, ende waert by alſo dat die drie paer ſwanen, oft eenige van dien, met die jongen oft ſonder die jongen, quamen te ſwemmen in onſen Rhyn tuſſchen Valckenburch, ende Leyden, ende ſo verre als onſen Rhyn ſtreckt, ſo ſal hy oft ſyne nacomelingen die altyt mogen doen wederhalen binnen onſen Ambachte van Waſſenaer, ende in Voerſcoten voerſz ſonder ons oft onſe nacomelingen, oft Pluymgraven in der tyt weſende, daer in bewint ofte tegenſeggen te hebben. Ende tot wat tyt dit voorſz leen verandert ofte verſterft, ſalment verheergewaden met een ſchone jonge ſwan. Ende heeft ons van 't voerſz leen hulde ende manſchap gedaen de voerſz Jor. George van Waſſenaer op huyden da-*

te

te deſes. Waer by, aen, ende over waren Tsbrant Starck ende Cornelis van Haeften onſe leenmannen. Ten oirconde hebben wy deſen brief doen beſegelen mit onſen ſegel, dat wy tot der ſaken ſyn gebruyckende op den XVII..... *Ann.* CIↃ. DC. XV. *Op de plycque ſtont: By den Prince van Ligne, Banderheer van Waſſenaer, ende ter ordinantie van ſyn Excellentie. By my als Stadthouder geteeckent R. van Perſyn; ende was beſegelt met een ſegel in roden waſſche, ende met een dubbelde ſteerte uythangende.*

Tibi autem, Illuſtris & Nobiliſſime vir, cujus tam ſplendidi, & glorioſi natales ſunt, ut qui ex his deſcendiſti, fulgentiſſima eorum ſoboles, ut dixi, totum id, quod jam edo, conſecrandum exiſtimavi, inter cetera etiam propterea, quod hæc tua olim cognata, cujus vitam jam primus publico, Eliſabetha van Heenvliet, exiſtentibus conſobrinis Th. van Waſſenaer, & Hugone van Heenvliet, puellæ ejuſdem avo, ut abunde id teſtatur charta hæc: *Ic oirconde ende tughe Ver* Kreſtiaen *Vrouwe van* Raephorſt, *als dat die Borchgrave* Dirc *ende Ver* Juſtine *Haren Hughen des Gouwers dochter rechte eerſte lidt waren, als in maechſcap by deſer redenen, als hier na beſchreven ſtaet. Want Haren Dirc die Borchgrave van Leyden een broeder was te Kuucq, die des Borchgraven Dircx, die leſte was, ſyn oudevader was, ende Haren Hughe van Heenvliet, dat hi deſer Ver Juſtinen oudevader was, ende dat die Borchgrave Dirc, die broeder was te Kuueq, ende Haren Hughe van Heenvliet waren ſuſter kynder ende broeder. En om dat deſe redenen my condt ſyn, ſo heb ic deſen brief beſegelt mit mynen ſegel. Gegheven in den jaer ons Heeren alſmen ſchreef,* CIↃ. CCC. XLIII. *op ſinte Martyns dach in den winter.*

Veren, olim dictæ, quæ hodie *Mevrouwen*, ut & alias jam dixi.

Quæſo ergo, vir Illuſtris, ſit hoc pignus interim

quod jam offero, meæ erga te devotionis, donec dignius quid occurrat, quo possim observantiam, quam majorem tibi debeo, quam verbis possum jam effari, testatam facere paulo plenius. Deus Opt. Max. pro egregia in Academiam & Rempublicam cura robur det, valetudinem, honorem, decus, & gloriam, & Nobilissimi tui nominis, ubi Deus vitæ saturum evocaverit in cœlum, apud seros etiam nepotes famam incorruptam, immortalem, perpetuam. Ita Deum veneror

Lugd. in Batav.
IV. *Id. Jan.*
CIↃ.DCC.VII.

VIRTUTUM, ET PERILLUSTRIS, AC
SPLENDIDISSIMI TUI NOMINIS
CULTOR PERPETUUS

ANTON. MATTHÆUS.

ANO-

ANONYMI CHRONICON DUCUM BRABANTIÆ

Ab ipsis gentis initiis usque ad Ann. CIↃ. CCCC. LXXXV.

QUONIAM de Ducibus *Brabantiæ* multa fabulosa narrantur, scilicet quod cum cygno venerunt, propono meram aperire veritatem de eorum origine & successione. Nam ea quæ de cygno dicuntur mendosa sunt.

Anno igitur CIↃ. C. LXXX. ante Christi nativitatem Trojana civitate ab inimicis eversa & destructa *Æneas* & plures alii Barones potentes & nobiles illinc navigio aufugerunt, & ad diversas regiones venerunt, ut sibi sedes quærerent & habitationes, scilicet in *Italiam*, in *Cappadociam*, quæ jam [1] *Torquia* dicitur, & in *Pannoniam*, quæ mutato nomine modo *Hungaria* vocatur. In prædictam Pannoniam quædam portio hominum venit, ubi construentes civitatem vocabulo Sycambriam, a qua *Sycambri* longo valde tempore nuncupati sunt. Sed postea crescente virtute Romanorum, quoniam ipsis prædicti *Sycambri* resistere ausi sunt, & eos conabantur debellare, Imperator eos bello subactos in servitutem & tributum redegit. Multis vero diebus evolutis imperante Valentiniano seniore Alanorum gens Romanorum graviter lacessere cœpit imperium. Imperator vero accersitis *Sycambris* decem annorum eis tributum relaxavit, si arma sumentes eos expugnarent, & de Romanorum

Hæc & quæ sequuntur nullius momenti. Conficta & inepta.

A fi-

1. Turciam intelligit. Nec Cappadoces tamen Turci, sed a Turcis subacti, & lapsu temporis eis juncti. Græci adhuc juris, & Trapezuntini pars imperii, cum Asiam Turci jam occupassent, devicti primum a Mahomete, qui II. ejus nominis. Rykaut *descrip. Turc. p.* 62. Ubi Tartari olim Turci. Turci enim gens Hunnica. Quorum alii in Europa, a quibus Gotthi olim pulsi migrarunt in Thraciam, alii autem in Asia Persis finitimi ad Caucasum habitantes & ejus latus, ut diserte ait Zonaras *lib.* 17. *hist. cap.* 25.

finibus expellerent. Quod ut factum est habita victoria Cæsar ipsos [1] *Francos*, id est, feroces & audaces appellavit. Nonnulli autem a Duce quodam Francone eos appellatos autumant, quod utrumque profecto verum esse potuit, ut qui prius ex origine Ducis tali nomine censiti sunt post occasionem hujus triumphi ipsum nomen nobilius possiderent. Verum hoc successu elati & animosiores effecti transactis decem annorum circulis denegato tributo amodo Romano imperio subjici noluerunt. Quod cernens Imperator timore pariter & indignatione commotus, quoniam potentia eorum crescere cœpit, eos de finibus suis expulit, & versus Rhenum descendere coegit. Quo illi pervenientes viribus & potentia augescentibus omnia [2] pene inter *Danubium* & *Rhenum* possederunt, constitueruntque super se Regem virum quendam nobilem & cordatum, cui Priamus nomen erat. His autem non contenti dilataverunt imperium suum inter *Rhenum* & *Scaldam*. Et hæc secunda *Francia*. Tertia vero *Francia* est inter mare *Britannicum* & flumen *Scaldam* sita. Verumtamen cum duæ primæ nomen Franciæ perdiderint, tertia, scilicet Francia Occidentalis Franciæ honore pollet & vocabulo. [3] Mortuo *Priamo* successit Marcomirus, cui Faramundus, cujus filius Clodius genuit [4] *Merovingum*, qui usque ad Scaldam obtinuit dominium

1. Et ante Valentinianum Franci nomine eo noti Valeriani, Gallieni, & Aureliani jam tempore. Cantilena de Aureliano apud Vopiscum:

Mille Francos, mille Sarmatas semel occidimus,
Mille, mille, mille, mille, mille Persas quærimus

Trebell. Pollio *in Gallien. & quum multis auxiliis Posthumus juvaretur, Celticis ac Francicis, &c.* & mox. *cap.* 8. *in fin. Ibant præterea gentes simulatæ, ut Gothi, Sarmatæ, Franci, Persæ.* Nec ullus tamen dubito, quin qui olim Sicambri Francorum dein pars. Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 21.

2. Trans Rhenum olim Franci. Ad ripas Rheni progressi mox Rhenum transiere Chlodio duce, ut scribit Prosper. Ado Viennensis: *Chlodio a castro Dysparo* (alii vocant Dispargum.) *profectus Rhenum transiit: superato Romanorum populo Carbonariam sylvam tenuit usque ad Cameracum, ibique interfectis Romanis sedem sibi statuit.* Greg. Turonens. *lib.* 2. *cap.* 9. *Ferunt etiam tum Chlogionem utilem ac nobilissimum in gente sua regem Francorum fuisse, qui apud Dispargum castrum habitabat, quod est in termino Thoringorum*, & mox: *Chlogio autem missis exploratoribus ad urbem Camatacum perlustrata omnia ipse secutus Romanos proterit.*

3. De Priamo nugæ. *Marcomeris* meminit, quem forsan vocat hic *Marcomirum*, Gregor. Turonens. *lib.* 2. *cap.* 9.

4. Meroveum vocat idem *d. cap. in fin.* nec eum filium Chlogionis, sed de stirpe ejus ait, *De hujus stirpe*, inquit, *quidam Meroveum regem fuisse asserunt, cujus fuit filius Childericus.*

nium & Cameracum civitatem acquisivit. Hoc vita decedente successit *Hildericus*. Iste expulsus regno abiit ad [1] *Basinum* regem *Turingorum*. Hi omnes pagani fuerunt. Sed in regnum restitutus reliquit filium *Clodoveum*, qui primus a beato *Remigio* fonte baptismatis meruit in Christo renasci. Quo mortuo successit [2] *Clotharius* pater *Chilperici*. Hujus *Clotharii* filia *Blitildis* data fuit in uxorem Romano cuidam *Ansberto*, ex qua genuit filium, cui erat vocabulum *Arnulphus*. Qui *Arnulphus* filium habuit alium, scilicet secundum *Arnulphum*, primo Comitem, postea Metensem episcopum. Iste secundus *Arnulphus* filium habuit nomine *Angisum*, qui duxit in uxorem sanctam *Beggam* filiam primi *Pippini*, sororem beatæ *Gertrudis*. Cui pater benedixit prædicens ei certissime, quod posteritas sua coronam imperii Romani simul & Franciæ possideret. Iste *Angisus* de prædicta *Begga* filium habuit secundum *Pippinum* de *Herstalle*, cui successit *Carolus* cognomento *Marteel*, qui dominium suum longe lateque dilatavit. Et hic tertium *Pippinum* reliquit heredem, qui postea authoritate Romanæ ecclesiæ regnum Franciæ adeptus est. Post quam *Carolus* dictus *Magnus*, qui coronam regni pariter & imperii accepit.

Ut autem ad priora redeam tempora *Chilperici* filii *Clotarii*, filii *Clodovei*, fuit in *Hasbania* partibus Princeps quidam probus & sapiens *Carlomannus* nomine, qui in *Hasbania* & *Brabantia* obtinuit dominium. Hic a Principibus Trojanis descenderat, habitareque apud *Landen* consueuit. Iste primum *Pippinum* de *Landen* filium habuit, qui bonus, & sapiens, justus & prudens, extitit Brabantiæ Dux. Hic sortitus est uxorem, nobilem, sanctam & devotam *nomine Ittam*, de qua filium habuit nomine *Grimoaldum*, duas vero filias, nomen uni Gertrudis, virgo perpetua, post consecrata. Altera *Begga* prædicto Angiso filio sancti *Arnulphi* conjugio sociata. Sancta vero *Gertrudis* monasterium Nivellense construxit auxilio matris suæ *Ittæ*, & annitente fratre *Grimoaldo*. Ædificavit & alia sancta loca Deo dicata.

 Iste

1. *Bisinum* vocat Gregor. Turonens. *lib.* 2. *cap.* 12. *Childericus vero cum esset nimia in luxuria dissolutus, & regnaret super Francorum gentem cœpit filias eorum stuprose detrahere. Illique ob hoc indignantes de regno eum ejiciunt.* & mox: *Abiens ergo in Thoringiam apud regem ejus Bisinum uxoremque ejus Basinam latuit.*

2. Quatuor filii ejus successere, Theodoricus, Chlodomeris, Childebertus, atque Clotharius, & *æqua lance*, ut ait Gregorius *lib.* 3. *cap.* 2. divisere inter se regnum.

Iſte primus *Pippinus* ſocium habuit ſibi valde dilectum *Arnulphum*, qui Comes erat juxta *Scaldam*, cujus filius *Angiſius* filiam ejus *Beggam* duxit in uxorem. Iſte *Arnulphus* relicto Comitatu ſeceſſit in *Arduennam*, ubi ſanctam ac ſolitariam vitam duxit. Poſt hoc in epiſcopatum Metenſem eſt aſſumptus, quem cum per aliquod tempus ſtrenue & devote adminiſtraſſet, relinquens eum iterato ad heremum pergit, ibique beato fine quievit, & a clero & populo in propriam civitatem relatus ibi honorifice, ut dignum fuit, conditus eſt, & in honore ejus eccleſia fabricata. *Pippinus* vero prædictus tam fuit ſapiens & induſtrius pariter & fidelis, ut Rex *Clotharius* filium ſuum *Dagobertum* ei traderet in cuſtodiam ſanctis moribus imbuendum. Quem etiam ſanctis moribus, ſapientia, & juſtitia, manſuetudine, & omni devota converſatione inſtruxit. Mortuo quoque *Clothario* ſucceſſit *Dagobertus* prædictus, qui [1] *Pippinum* totius Regni ſupremum Conſiliarium conſtituit. Poſt hæc mortuo *Dagoberto Clodoveus* filius ejus ſuccedit in regno, *Sigisberto* altero filio apud *Auſtraſios* regnante. Inde autem aliquantulo tempore elapſo ipſe Pippinus fidelis & omni laude dignus ex hujus vitæ curriculo [2] anno Domini DC.XLVII. migravit, & apud *Landen* oppidum ſuum ſepultus eſt, ſed poſtmodum inde tranſlatus atque ad monaſterium Nivellenſe, in quo ſancta *Gertrudis* filia ſua officio & meritis extitit Abbatiſſa honorifice eſt delatus. In quo itinere illud memorabile extitit, quod cerei, qui ante ipſius funus deferebantur, cunctis admirantibus, nullo ventorum flatu potuerunt extingui, ſed igne radiante ſemper lucentes manſerunt. *Itta* quoque conjux ejus relicta habitationes, quæ erant apud *Landen*, ad præfatum porrexit monaſterium, & ibi cum filia ſua Deo in ſanctitate & juſtitia ſervivit. *Grimoaldus* vero poſt mortem *Pippini* in bonis paternis & Principatu ſucceſſit, manens & ipſe conſiliarius Regis *Sigisberti*. Cujus etiam ſuaſu *Sigisbertus* duodecim monaſteria in *Arduenna* & in Auſtraſiorum regno, cujus caput & metropolis civitas *Metenſis* erat, conſtruxit aſſignando eis bona & redditus, unde uſque hodie ſuſtentantur. Poſt hæc *Sigisbertus* diem obiit naturæ debitum

ſol-

1. Aimoin. 4. *hiſt.* 20. *Fuit in regno ejus Pipinus de potentiſſimis Auſtraſiorum familiaritati ejus inhærens, qui oderat improbos, nec ſe miſcebat flagitioſis. Hanc quidam malignantium Dagoberto auſi ſunt facere odioſum &c.*

2 Meminit Aimoin. *lib.* 4. *cap.* 42. *Poſt hæc autem Sigebertus rex Auſtraſiorum Pipino defuncto Grimoaldum filium ejus &c.* Sigebert. ad d. Ann. *Pipinus major domus moritur. Grimoaldus filius ejus in aula Sigeberti regis potenter principatur.*

ſolvens. Reliquit filium poſt ſe, quem Grimoaldus in [1] *Hollandiam* ad ſcholas deſtinavit quaſi furtive ſubreptum, in hoc paternæ bonitatis oblitus, non fideliter agens. Nam ipſo annitente filius ſuus coronam regni arripuit faciens ſe regem nuncupari, ob quod proceres & nobiles quoque regni Auſtraſiorum commoti *Grimoaldum* apprehendentes miſerunt eum ad *Clodoveum* in Occidentali Francia principantem, qui eum in cuſtodia poſuit uſque ad diem mortis ſuæ, omniſque ſucceſſio ejus deperiit, & Principatus cum tota hereditate ad ſororem *Beggam Angiſii* conjugem devolutus eſt, quæ bona & ſapiens matrona fuit. [2] Angiſius bonus & legitimus Princeps, etiam Conſiliarius Regum, quadam vice pergens contra hoſtes ad bellum ibidem occubuit anno Domini DC. LXXXV. Hic reliquit filium Pippinum ſecundum, qui ædificavit fortem illam manſionem Harſtalle inter Leodium & Trajectum ſuperius ſupra Moſam.

Hic *Pippinus* tantæ poteſtatis erat, quod plus eum quam Regem cuncti timebant, qui etiam totam terram Auſtraſiorum ſuæ ditioni ſubegit. [3] Mortuo autem Hilderico Rege Francorum ſine herede *Theodoricus* frater ejus ſucceſſit in Principatum, & conſiderans *Pippinum* in altum conſcendere propoſuit gravi eum bello laceſſere, & ſibi ſubjugare, uſus quorundam & maxime *Bertarii* conſiliis, qui [4] Mareſcalcus erat Franciæ. Itaque bellum adorti ſunt, ubi dum acriter dimicatur Rex cum ſuis tergum vertit, & *Pippinus* eos inſequens quam plurimos proſtravit. [5] *Bertarius*

 etiam

1. *In Scotiam ad peregrinandum direxit*, verba ſunt Aimoin. *lib.* 4 *cap.* 42. Hollandia nondum nota tum, ſub Friſia adhuc latens.

2. *Anſegiſilum* vocat Aimoinus 4. *hiſt.* 45. *Anſigiſum* Sigebert. ad Ann. 685. *Anſigiſus pater Pippini a Gunduico perimitur, quem ipſe inventum & nutritum de ſacro fonte ſuſceperat, & ad maximos militiæ honores provexerat.*

3. Clodovei II. filio. Ad quem deduxerant Francorum proceres condemnandum Grimoaldum Pipini I. filium. Aimoin. 4. *hiſt.* 42. *& ſeq.*

4. Major domus vult dicere. Marſcalci nondum tum tanti. Sigebert. ad Ann. 688. *Ebroinum Majorem domus Neuſtriæ Francos inſolenter opprimentem Ermenfridus perimit, & ad Pipinum confugit. Waratho pro Ebroino major domus ſtatuitur.* Ad Ann. 689. *Warathone quoque mortuo Bertharius gener Warathonis ſit Major domus ſub rege Theoderico.*

5. Sigebert. ad Ann. 690. *Franci Bertario averſi affectant per obſides amicitiam Pipini, eumque inſtigant contra principatum Bertarii.* & mox ad Ann. 691. *Theodericus rex cum Bertario Pipino congreſſus vincitur. Bertarius a ſuis perimitur. Theodericus a Pipino capitur. Pipinus Neuſtriam ſibi ſubjugat, & ſub Theoderico ſolus toti regno principando ſtatum rerum meliorat. Sanctium quoque Lambertum in Trajectenſi præſulatu collocat.*

etiam cum aliis longius fugit, quem ſui in gratiam *Pippini* trucidaverunt. *Pippinus* vero regem perſequebatur eum exercitu, alios cædens, plures capiens, ſic quod Rex legatis pacis intervenientibus fœdus amicitiæ iniret, eique totam *Neuſtriam* dono tradidit, ac filium ejus bonorum, quæ erant *Bertarii*, heredem inſtituit. Et ipſe conſiliarius & major domus regiæ effectus eos, qui conſilio *Bertarii* patria expulſi fuerant, ad ſolum proprium revocavit, & totam terram in melius permutavit. Præterea S. Lambertum, qui per *Bertarium* fugatus fuerat, in cathedram propriæ ſedis reſtituit. Poſt hæc paravit *Pippinus* expeditionem ſuam contra *Friſones* [1] & regem eorum *Rabbodum*, quem ipſe cum populo ſuo potenter ſubjugavit, & ſanctum *Willebrordum* in civitate Trajectenſi epiſcopum conſtituit, cui etiam ad prædicandum genti Friſonum plurima adminicula tribuit, & aſſiſtentiam fecit pro eorum converſione. Interea [2] mortuo *Theodorico* rege *Pippinus* coronam regni tradidit *Clodoveo* filio ejus, quo etiam ſine filiis defuncto dedit regnum *Hildeberto* fratri ejus, qui pene ſolo nomine principabatur. [3] Nam domi erat ſedens ac deliciis vacans, *Pippinus* autem gubernavit cum ingenti honore regnum, & ejus terminos non parum dilatavit. Nam [4] ab Hasbaniæ finibus uſque Rheni flumen cuncta in ditione ejus poſita erant vivens ut dominus dominorum. [5] Poſt hæc mortuus eſt plenus divitiis & gloria & cum ingenti honore ſepultus. Reliquit autem filium poſt ſe *Carolum* no-

1. Idem habet Sigebert. ad Ann. 694. *Pippinus Ratbodum ducem Freſonum bello vicit, & Willibrordum genti illi ad prædicandum dirigit.*

2. Sigebert. ad Ann. 693. *Theodericus rex Francorum obiit. Clodoveus filius ejus regnat poſt eum annis* IV. Puer hic Clodoveus, ut ſcribit Aimoin. 4. *hiſt. cap.* 4. Regnavitque duos tantum annos, ut idem ibi addit.

3. Virum tamen *inclytum* vocat ibi Aimoinus, eumque annis XVIII. regnaſſe ait Sigebert. ad Ann. 697.

Hasbania Præpoſitura erat ad epiſcopum ſpectans Leodienſem, collata ab eo, cui vellet, ut indicat Auctor infra ad Ann. 1407.

4. *Hasbania* Comitatus veterum ducum Auſtraſiæ, Carolomanni, Pipini, Anſegiſili olim ſedes, Moſam habet ad Orientem, Rhenum ad Occidentem, cujus pars jam Leodienſium, pars Brabantiæ connexa, quæ Tillemontem, Southeuum, Landinum, Hannutumque complectitur. Divæ. 3. *hiſt. cap.* 10. *Hasbain* dicunt Galli, *Haſpengouw* Teutones. Hocſem. in *Adolph. a Marca cap.* 44. Quod ſi cœpit Hasbania, ubi Moſæ eſt initium, inde ad Rhenum ſe extendens, ut haud dubie hic vult Auctor, imperii denotans amplitudinem, ingens fuit terrarum tractus. Meminit Auctor aliquoties, bellum memorans infra, quod geſſit cum Leodienſibus Joannes Bavarus Comes.

5. Aimoin. 4. *hiſt. cap.* 50. *Eo tempore Pipinus febre valida correptus mortuus eſt. Obtinuitque principatum ſub ſupraſcriptis regibus annis* XXVII. *& dimidio.*

nomine ex Alpaide, quam in uxorem tenuerat, relicta *Plectrude* nobili & devota ſua conjuge. [1] Cum autem beatus *Lambertus* eum deſuper corriperet & hortaretur ad honorabile redire connubium, *Dodo* frater pellicis timens, ne quando Princeps reſipiſceret, ac ſororem repudiaret, congregatis ſatellitibus ſanctum virum in oratione conſtitutum inique peremit, ac martyrem domini fecit, ſed hoc non impune, quia plaga Dei conſecuta eſt miſerum. At vero *Plectrudis* uxor *Pippini* dolens, quod *Carolus* natus ex pellice tantum obtineret Principatum, fecit eum comprehendi, & in cuſtodia poni, de qua tamen evaſit, & loco patris conſiliarius ac regni Princeps remanſit. Dictus eſt autem *Carolus Martellus* ex eo, quod quocunque ſe vertebat victorias & triumphos reportavit, & a cædendo inimicos tale cognomen ſortitus eſt. Hic omnibus fuit terrori & meræ audaciæ, & erat dominus Regum totum regnum in manu ſua tenens. Nam Reges pene nihil præter nomen regium habebant. Hoc tempore ſanctus *Egidius* a Gallia in Græciam venit, in cujus etiam legenda *Carolus* Rex vocatur largo nomine, quamvis putent nonnulli minus vere eum *Caroli Magni* temporibus veniſſe. Anno autem quo *Pippinus* hujus *Caroli* pater ex iſtius lucis curriculo demigravit, mortuus eſt [2] etiam *Hildebertus* rex Francorum, ſuccedente ſibi *Dagoberto* filio ejus de conſenſu *Caroli*. Quo poſt [3] quatuor annos obeunte *Carolus* coronam contulit Lothario ejus germano, quo ſimiliter poſt biennium defuncto [4] *Chilpericum* quendam de regio germine na-

1. Sigebert. ad Ann. 693. *S. Lambertus Pipinum Principem increpare auſus, quod pellicem Alpaidem ſuæ legitimæ uxori Plectrudi ſuperduxerit, a Dodone fratre ipſius Alpaidis Leodii martyrizatus &c.*

2. Aimoin. 4 *hiſt. cap.* 49. *Tunc etiam bonæ memoriæ glorioſus dominus Childebertus rex juſtus migravit ad Dominum. Regnavit autem annos ſeptendecim &c. Regnavitque Dagobertus puer filius ejus pro eo.*

3. Quinque annis regnaſſe cum ſcribit Aimoin. 4. *hiſt. cap.* 51.

4. Non a Carolo hic rex dictus, ſed a Francis, qui a Carolo deſciverant. Hoſtis Caroli cum Ragenfredo, quem habebat Majorem domus; aliquot etiam præliis cum Carolo conflixit; ut ſcribit Aimoin. 4 *hiſt. cap* 51. *& ſeq.* Victus contulit ſe ad Eudonem Aquitaniæ ducem, cujus copiis adjutus Carolum rurſum invaſit, ſed fruſtra rurſum & infeliciter. Fuſus Eudo a Carolo & gravi prælio debellatus, ubi, ſed difficulter in Ducatum regreſſus cum Carolo fœdus iniit reddito Chiliperico, qui non diu dein vixit, ſucceſſorem nactus Theodoricum. Aimoin. 4. *hiſt.* 52. *Carolus quoque anno inſecuto legationem ad Eudonem dirigens amicitias cum eo fecit. Ille vero Chilpericum regem cum multis muneribus reddidit, ſed non diu in regno reſedit. Mortuus quippe eſt poſthac, & in Novio-*

natum *Carolus* in locum conſtituit regum, qui tamen eum parvo honore, & cum inertia quinque annis tenuit Principatum. *Chilperico* mortuo *Carolus* aſſumpſit quendam *Theodoricum* nomine, qui & ipſe de regum proſapia deſcenderat, qui coronam regni quindecim annis poſſedit. Interea *Carolus* reminiſcens quanta mala Saxones Francis irrogaverant, contra eos expeditionem ſuam paravit, quos & vicit & ſibi ſervire coegit. Deinde proceſſit in *Alemanniam* contra quendam *Raginfridum* Ducem eorum, quos ſubactos fecit ſibi tributarios. Poſt hæc ſubjecit ſibi *Sueviam* & *Bajoariam* cum omnibus Principibus illic commorantibus, & excedens cum gladio & manu robuſta omnem terram uſque ad Danubium ſibi ſubjugavit. Interea *Eudo* Dux *Aquitaniæ*, qui pridem a *Carolo* fugatus fuerat, nova bella machinatur. Quod *Carolus* percipiens continuo illic cum manu valida properat. *Eudo* vero videns ſe *Carolo* reſiſtere non poſſe in Hiſpaniam perrexit, & Sarracenos in Galliam deduxit. Venientes cum rege ſuo *Abdirama* cum uxoribus & parvulis quaſi *Galliam* inhabitaturi. Contra quos *Carolus* Dux imperterritus cum Teutonicis & Gallis perrexit, & diutiſſimo cum eis habito conflictu percuſſit uno die trecenta ſeptuaginta duo millia, amiſſis de ſuis tantummodo mille quingentis, anno Domini DCC. XXXII. Poſt mortuus eſt *Theodoricus* rex Francorum, loco cujus inſtituit *Carolus Hildericum* quendam, qui regnavit annis IX. Homo ignavus & modici valoris. Interea redeuntes Sartaceni *Arelatum* vexare cœperunt omnia in terra Provinciæ vaſtantes. Quod ut *Carolus* comperit, iterum cum cuneis ſuis ſuper eos irruit, & *Avinionem* ac *Arelatum* cum tota Provincia & Burgundia bellando recuperavit, & cum Sarracenis confligens [1] duos Reges ex eis cum aliis innumerabilibus cæcidit. Poſt tot triumphos & tam miranda geſta mortuus eſt *Carolus*,

Ita & Sigebert. ad Ann. 730.

CCC. LXXV. millia Sigebert. ad d. Ann.

Obitum ponit Sigebert. ad Ann. 741.

viomo civitate ſepultus. Regnavit autem annis quinque & dimidio. Franci vero Theodoricum in Kale monaſterio enutritum filium Dagoberti junioris regem ſuper ſe ſtatuunt. Sed & noſte adhuc Chilperico Karolus regem interim fecerat quendam Clotharium. Quo extincto demum petiit ſibi reddi Chilpericum. Sigebert. *ad Ann. 721. Mortuo Lothario rege Karolus Chilpericum ab Eudone per legatos recipit, eumque ſibi Regem facit:*

1. Sigebert. ad Ann. 736. *Saracenorum Rege Athima obſeſſo intra Galliæ urbem Narbonam a Karolo, Saraceni ex Hiſpania cum alio Rege Amorei occurrunt ſubſidio. Qui congreſſi Karolo, ambobus Regibus peremtis, & civitate recepta ab eo, ultimo pene attriti ſunt exterminio, eoque fugientes inſequente, reſidui demerſi ſunt in profundo.*

luis, & apud ſanctum Dionyſium anno Domini DCC. XL. ſepultus, poſt ſe duos filios *Pippinum* & *Carolomannum* relinquens. Qui paternam hereditatem inter ſe diviſerunt. Porro *Waiferius* filius *Eudonis* Aquitaniæ Dux vindicare volens contra filios *Caroli* ea, quæ pater eorum adverſus ſuum patrem egerat, conducens ſecum Sarracenorum exercitum venit in Provinciam capere volens civitatem *Narbonam*, & ſuæ ditioni totam ſubjugare provinciam. Quos hi duo fratres victos cum Sarracenis de finibus illis potenter profugarunt. Et modico poſt elapſo tempore ſcilicet anno Domini DCC. XLVII. *Carlomannus* vitæ cœleſtis deſiderio terrena cuncta poſtponens, ac fratri ſuo *Pippino* omnes provincias ſuas derelinquens Romam profectus eſt, & de manu *Zachariæ* Papæ habitum religionis ſuſcepit, & ad honorem beati Pontificis monaſterium ſtruxit ad honorem ſancti *Silveſtri* in monte Soractis, ubi manſionem elegit, ut a tumultibus ſeculi ſecurus deliteſceret, ac ſummo Regi in mentis quiete deſerviret. Cujus devotum & ſanctum deſiderium impedimentum accepit, quoniam multi Francorum Romam venientes ipſum viſitaturi adierunt. Ille ſentiens per hujuſmodi viſitationes optatam quietem ſibi interceptam hoc ſollicite præcavens perrexit ad montem Caſſinum, ubi beatus pater *Benedictus* olim Abbas fuerat, & ibi uſque ad finem vitæ Chriſto militavit.

Interea *Pippinus* parvus prudens & animoſus totum regnum Francorum in manu tenens ſtrenue illud adminiſtravit, & contra inimicos inſurgentes defendit. *Hildericus* enim rex homo erat inutilis & remiſſus, & a ſapientia diminutus, domi ſedens, de his quæ Principem decent nihil agens. De quo Francorum proceres attædiati miſerunt ad beatum Zachariam Papam nuncios, ſciſcitantes ab eo, quiſnam dignior eſſet poſſidere coronam regni, an ille qui domi otio vacaret, cibo & potu indulgeret, an ille qui pro bono regni laboribus ſe exponens contra hoſtes illud tutaret, & in honore maximo ſervaret. Ad quod ſummus Pontifex reſpondit illum debere eſſe regem, qui illud poteſtative defenderet, & pro bono Reipublicæ nocte & die militaret. Tunc fratres hac reſponſione animati *Hildericum* regem tondentes in monaſterio ſancti *Medardi* apud Sueſſionas monachum fecerunt, *Pippinum* vero ſolenniter in regem elevaverunt. Erat enim virtutibus ornatus, eccleſiæ Dei devotus, & qui prius [1] fuerat Dux *Bra-*

1. Per prolepſin ſcilicet. Lotharingia enim nondum nota, nec Lotha-

Brabantiæ & *Lotringiæ* regni titulis est sublimatus. Quem sanctus *Bonifacius* episcopus Maguntinensium de mandato & auctoritate *Zachariæ* Papæ in regem unxit, & ut moris est solemniter consecravit. Iste Bonifacius postea fuit episcopus secundus Trajectensium, postquam sanctus *Willebrordus* ad cœlestia regna migravit. Porro *Zacharias* Papa Græca eruditione doctus *Dialogorum* beati *Gregorii* libros in Græcam transtulit linguam, *Pippino* vero in regnum promoto circa annos Domini DCC. LII. Ducatus vero *Brabantiæ* anno decimo. Et exhereditara est progenies Magni *Clodovei* propter inertiam regum succedentium. Subjecit ergo ingenuus *Pippinus* omnes provincias a finibus Saxoniæ usque ad fines Hispaniæ suo imperio. Interea Saxones memores eorum, quæ tempore *Caroli Martelli* acciderunt congregatis exercitibus suis venerunt adjunctis sibi Bajoariis & Suevis, ac graviter Austrasiorum castra infestare cœperunt. Quibus *Pippinus* in manu forti ire obviam parat, & glorioſe de ëis triumphans cæsis plurimis ipsos in fugam vertit. *Aystulphus* autem Longobardorum Rex urbem & ecclesiam Romanam graviter valde cœpit affligere, a quolibet capite censum sibi exigens dari. Nec erat Romanis tunc virtus resistendi. Quare *Stephanus* Papa, qui *Zachariæ* successerat, homo sanctus & Pastoris nomine dignus, videns oves sibi commissas sic laniari, nec Regis tyrannidi volens resistere ad *Pippinum* se contulit, a devoto ecclesiæ Advocato & sanctæ Romanæ ecclesiæ amatore auxilium postulaturus. Quod pius Rex audiens processit ei obviam, [1] & equi ejus frenum arripiens perdurius, unde dicta sic, adhuc in rerum natura. Brabantia olim *Brachant*, *Brachbant*, *Bracbantum*. *Breibant* etiam occurrit in *libell. de gest. Abbat. Gemblac. apud d'Achery to. 6. Spicil. p.* 611. *In pago Bragbantense* apud Miræum est *notit. eccles. Belg. cap.* 35. *in Comitatu Brachbatense* apud eund. *ibid cap.* 41. Baldric. *Chron. Camerac. lib.* 1. *cap.* 16. *Hic ex pago Bracbatensi oriundus &c* ubi *pagus* provincia est, Gallis *Pays*. Ibid. *cap.* 69. *Hit ex pago Brabatensi, de villa videlicet Wileva ortus & ibid. cap.* 75 *de Rotnasce villa Brabatense*. Primus qui scripsit se Ducem Brabantiæ Henricus fuit III. Comes primum Lovanienſis: Meyer. ad Ann. 1247. *Eodem anno defuncto Henrico Lovanienſi subiit in locum ejus Henricus ejus nominis tertius, qui mutato titulo pro Comite seu duce Lovanienſi tum primum scribere cœpit, Dux Brabantiæ.* Heda id refert. ad Ann. 1252. *in Wilhelmo episcop. hist. Ultraj p.* 131.

1. En fastum in supplice? Qui tamen an verisimilis non immerito dubites. Nam nec Sigebertus nec Aimoinus de eo quicquam. Nec qui probi admodum & accurati Annales Bertiniani. Fastus alioquin & in Papa hoc quamvis supplice adhuc ingens. Obsessus undique a Lon-

duxit eum pedester semper incedens per tria miliaria usque ad palatium suum. Eo descendens de equo ad locum secretum cum Rege lachrymabilibus oculis adventus causam exposuit, ei impii *Aystulphi* Regis persecutiones indicans, & petens a Rege *Pippino* quatenus Romam veniret, & negotia beati Petri in manibus acciperet, ac devastantium eum manibus eriperet. Quibus auditis *Pippinus* juravit se ejus petitionibus velle annuere, & Deo sibi savente succursum ei in omnibus præbere. Sic Papa consolatus per tempus mansit in Francia, & *Pippinum* denuo benedixit in Regem, sed & filios ejus *Carolum* & *Carolomannum* benedixit, & sub anathemate prohibuit, nequis unquam qui de genere non esset *Pippini* coronam Franciæ attentare auderet. *Pippinus* congregato exercitu assumpto Papa perrexit ad Italiam *Aystulphum* impium ac blasphemum regem in omnibus superans omnia restituere coegit, quæ sanctæ Romanæ ecclesiæ abstulerat & jurare compulit se pacem servaturum. *Stephano* igitur Papa in sua sede restituto ipse cum gloria triumphali remeavit in Franciam. Sed perfidus ille non diu servavit quod promiserat. Nam post recessum *Pippini* prævaricatus est omnia quæ pactus fuerat. Quod fidelis Rex audiens iratus est valde. Secundo ad Italiam cum exercitu veniens omnia negotia ecclesiæ prospere gessit, & iterum infideliter ablata eum reddere, & pacem firmissi-

Longobardis, redactus ad incitas, & extremas angustias, sub nomine Petri Apostoli, & ac si ipse is esset supplex, ad Pipinum Carolumque & Carolomannum ejus filios scripsit in hunc modum : *Petrus vocatus Apostolus a Jesu Christo Dei vivi filio, qui ante omnia secula cum patre regnans in unitate Spiritus sancti, in ultimis temporibus pro nostra omnium salute incarnatus, & homo factus nos suo redemit pretioso sanguine per voluntatem paternæ gloriæ, quemadmodum per sanctos suos destinavit Prophetas in scripturis sanctis, & per me omnis Dei Catholica & Apostolica Romana ecclesia, caput omnium ecclesiarum Dei &c. atque ejusdem almæ ecclesiæ Stephanus Præsul gratia, pax & virtus ad eruendam eandem sanctam Dei ecclesiam &c. vobis viris excellentissimis Pippino, Carolo, & Carlomanno tribus Regibus &c.* & mox : *ideoque ego Apostolus Dei Petrus, qui vos adoptivos habeo filios, ad defendendum de manibus adversariorum hanc Romanam civitatem, & populum mihi a Deo commissum, seu & domum, ubi secundum carnem requiesco, de contaminatione gentium eruendam, vestram omnium dilectionem provocans, adhortor, & ad liberandam ecclesiam Dei mihi a divina potentia commendatam omnino protestans admoneo, pro eo, quod maximas afflictiones & oppressiones a pessima Longobardorum gente patiuntur &c.* Vide apud du Chesne *to.* 3. *hist. Franc. epist.* 3. Papæ strepam tenendi mos aut frenum Papalis equi serius demum cœpit.

simam tenere coegit. Post hæc [1] *Wandalorum* Rex ex Hispania cum immenso exercitu venit. Contra quem *Pippinus* vadens cæsis xx. millibus armatorum superavit, de suis autem ceciderunt xx. de melioribus sui exercitus, de quorum morte non parva eum tristitia affecit. Sed gratia Dei eadem die miraculose omnes suscitati fuerunt hoc modo. Quidam monachus *Felicianus* nomine devotione ductus Ierosolymam perrexit. Cui interim Angelus apparuit monens eum Alexandriam pergere, ubi caput Joannis Baptistæ conditum erat eum tribus pueris de numero eorum, quos Herodes fecerat occidi, & adjecit quatenus has reliquias in Aquitaniam deferret. Ille divinæ jussioni obediens Alexandriam venit, & sacras reliquias sumens navim cum comitiva ascendit, & ita navigantes venerunt in Aquitaniam ad portum, qui *Agon* dicitur, & exeuntes navem cum reliquiis sacris ire in terram introrsum cœperunt. Porro *Pippinus* dum peracta victoria a campo gravis eum sopor invasit, sic quod tentorium sibi præcepit extendi, in quo somno gravatus conquievit. Ad quem mox vox facta est. Quid tu hic sopore deprimeris? Ecce tibi & exercitui tuo pretiosæ propinquant reliquiæ de transmarinis partibus allatæ, videlicet caput Baptistæ domini, & trium infantum pro Christo jugulatorum, quorum meritis & tibi hodie victoria præstita. Quarum portitores huc ut peregrini veniunt. Perge igitur obviam eis. Surgens Rex voci cœlitus delatæ obsecundans assumpsit de populo xxx. homines, & jussit ante se ferri corpora xx. defunctorum, & ad reliquiarum portitores veniens verbis eos salutavit pacificis glorioseque valde recepit. [2] Tunc *Felicianus* sacram sportam per singula defunctorum corpora ponens cunctis spe-

Vid. Sigebert. ad Ann. 761.

A campo, id est, prælio. *Campus* idem quod bellum, prælium. Vid. du Cange.

1. Vandalorum in Hispania tum temporis nullus rex. Dudum hi jam extincti. Subacta ab iis olim Hispaniæ fuit pars, cui hodie adhuc ab iis nomen, Andalusia seu Vandalusia. E qua in Africam cum transiissent, annis quinque & nonaginta Romanorum provincias ibi omnes occuparunt, donec tandem Justinianus per Belisarium eos expulit redacta rursum Africa in formam provinciæ. Pro *Wandalorum* ergo rescribendum hic *Sarracenorum*. Suspecta tamen narratio est. Nam nec prælii meminit Aimoinus, nec meminit Sigebertus, accurati quamvis scriptores.

2. Ejusmodi olim fabulis credula plebs pasta. De reliquiis etiam Sigebert. ad Ann. 761. De miraculo prorsus nihil. Silent etiam & Aimoinus & Annales Bertiniani.

1. Quod

ſpectantibus omnes incolumes ſurrexerunt. *Pippinus* vero Deo gratias referens eodem in loco monaſterium ædificavit redditus aſſignans, unde ibi Domino militantes alerentur, & ſacrum caput ibi remanſit. Interea *Waiferius* rex Aquitaniæ contra regem *Pippinum* bellum inſtruxit, quam poſt multa bella triumphali laude ſubegit. Quo bello finito *Pippinus* poſt multa glorioſe ac Deo placita geſta ab hoc ſeculo migravit, & in monaſterio ſancti Dionyſii honorifice, prout tam Catholicum Principem decuit, ſepultus eſt anno Domini DCC. LXIX. Cui filius ejus *Carolus* cognominatus *Magnus* ſucceſſit, cujus mater Bertrada dicta ſummo honore ſub eo conſenuit. Igitur *Carolus* & *Carlomannus* fratres regnum primum inter ſe diviſerunt concorditer unientes. Unus partem Orientalem alter Occidentalem poſſedit. *Carolus* in civitate Noviomagienſi, *Carlomannus* in *Sueſſione* coronatus eſt. Sic Deus exaltavit Duces Brabantiæ, qui eis hunc tribuit honorem, quoniam fidei & virtutum ſectatores fuerunt, & ſanctam eccleſiam honoraverunt, Chriſtianæ religionis propagatores & inſignes juſtitiæ ſectatores. Tempore *Caroli* hujus fuerunt duo ſocii dilecti, quorum unus *Amicus*, alter vero dictus eſt *Amelius*, de quibus mira geſta leguntur, ſed nos prolixitatem vitantes ad ipſam hiſtoriam lectorem remittimus.

Obitum ponunt Sigebert. & Annal. Bertinian. ad Ann. DCC. LXVIII. VIII. Kal. Octob.

Karolus contra Saxones rebellantes arma movit, & ad regionem eorum pergens debellavit eoſdem, & contumaciam eorum dire caſtigavit. *Deſiderius* inſuper Rex Longobardorun patris ſui *Ayſtulphi* ſequens malitiam Romanam eccleſiam graviter cœpit affligere petens cenſum a ſingulo capite. Tunc ſanctus vir *Adrianus* Apoſtolicæ Sedis Præſul legatos direxit ad *Karolum* regem lachrymabiliter eum petens, ut memor beneficiorum patris ſui *Pippini*, quæ beato Petro impenderat, veniret & ipſe, & ſuccurſum contra tyrannidem impii Regis præberet ſibi. Quod Rex Chriſtianiſſimus audiens vehementer indoluit, & copioſo congregato exercitu illuc ivit. *Deſiderius* autem hoc audiens congregavit & ipſe cuneos ſuos, & venit contra Carolum in prælium in quo ex utraque parte multi ceciderunt. Inter quos prædicti duo milites *Amicus* & *Amelius* martyres ſunt effecti. *Carolus* vero proceres, qui de ſuo exercitu, in diverſis locis cum digno honore ſepeliri fecit. Inter quos *Amelius* poſitus fuit in eccleſia S. Petri, *Amicus* in eccleſia ſancti *Euſebii*, ambo in ſarcophagis lapideis, ſed mane facto juxta divinam diſpoſitionem Amelius inventus eſt cum ſarcophago ſuo juxta ſocium ſuum *Amicum*,

micum, ut quomodo in vita ſua dilexerant ſe, ita & in morte non eſſent ſeparati. Igitur *Deſiderius* ex campo fugiens *Papiam* ingreſſus eſt. Quem Carolus inſecutus forti manu obſedit. Undecim igitur menſibus in obſidione tranſactis & fame in civitate graſſante tandem ad deditionem ipſam coegit. *Deſiderium* quoque regem cum uxore & filiis cepit, quos in Franciam captivos adduxit, ſicque regnum Longobardorum deſtructum eſt. Quod a tempore *Albini*, qui Italiam invaſit, per ducentos & quatuor annos ſteterat. Carolus quoque rex Romam reverſus eſt, ubi Papa Adrianus congregata ſynodo multa regi privilegia conceſſit. Saxones vero iterum in tumultum verſi venerunt in Francorum dominium incendiis & rapinis terram vaſtantes. Tunc *Carolus* adveniens exercitum in tres partes diviſit, & ipſos potentiſſime debilitavit, & in fugam convertit, ac adeo caſtigavit, quod oportuit eos obſides dare, & inſuper fidem Chriſtianam amplexari. Quod & fecerunt relinquentes idola ſua, quibus & Rex in propria perſona prædicavit fidem Catholicam eis demonſtrans. [1] Erat enim egregius & magnus clericus ſcripturas ad plenum intelligens. Floruit etiam probitate & virtutibus, ſapientia, & animi bonitate, ſed & eleemoſynas miſit paupcribus Chriſtianis, qui in Perſide, in Africa, in Hiſpania, & in aliis partibus captivi tenebantur. *Alcuinus* autem in *Anglia* manens cum fama volante comperiſſet bonitatem & laudabilia *Caroli* ſtudia, & quomodo clericos & ſapientes diligeret, aſſumptis tribus ſociis ſuis navim conſcendit, & in Franciam ad ipſum venit, quos rex cum omni dilectione & honore ſuſcepit, & penes ſe manere fecit. Nomina ſociorum fuerunt iſta: *Joannes*, *Scotus*, *Rabanus*, & *Claudius*, & hi quatuor doctiſſimi *Bedæ* fuerunt diſcipuli. Per horum induſtriam & *Caroli* Regis diligentiam translatum fuit [2] generale ſtudium a Roma *Pariſios*, quod uſque hodie

1. Quod doctrina olim apud clerum, omnes docti & literati vulgo *clerici* etiam dicti. Mox de eodem: *Alcuinus &c. cum comperiſſet bonitatem & laudabilia Caroli ſtudia, & quomodo clericos & ſapientes diligeret &c.*

2. *Tranſlatum fuit generale ſtudium a Roma Pariſios.* Gobelin. Perſon. *Coſmodrom. ætat. 6. cap.* 11. *Carolus eruditus in artibus liberalibus ſtudium tranſtulit de urbe Roma ad Pariſios, quod de Græcia Romam translatum erat a Romanis. Non tamen ſic tranſtulit, quod ipſum ſtudium Romæ auferret, ſed modum & ſolemnitatem, qui in orbe ſervabatur, translatis inde Doctoribus & magiſtris Pariſiis inſtauravit & privilegiis confirmavit. Pro quo ſciendum quod quinque ſunt ſtudia generalia ſingulariter*

die floret ibidem, quod dudum ab Athenis *Romam* traductum fuerat. Ab isto *Alcuino* didicit Rex septem artes liberales, & maxi-

riter privilegiata, videlicet Romanum, ubi Papa cum sua Curia residet, Parisiense in Francia, Bononiense in Italia, Oxoniense in Anglia, & Salamanticum in Hispania. Generale dicit *studium.* An revera autem generale non deest ratio dubitandi. Jus civile enim doceri ibi vetuit Honorius Papa III. *cap. Super specula ext. de privil.* & Caroli Magni diploma ad artes tantum liberales, quarum studiosissimus, ut videtur, pertinuit. Unde & mos ibi vetustissimus, ut sola Artium Facultas Rectorem det Academiæ. Ea ejus præ reliquis, Theologica, Juridica, Medica, quod mireris, olim prærogativa. Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. cap. 5. n 2. in marg.* Sed utut olim id sic se habuit, mox reliquis tamen disciplinis etiam suus ibi honos, & Honorii prohibitio sensim deinceps conticuit. Altesert. *ad cap Quia in tausis ext. de procur.* Academiæ autem Parisiensis tanta jam olim dignitas, ut in Actibus Academicis & processionibus ejus publicis præcedant Facultates ipsos etiam Pares Franciæ, legatos Principum quorumcunque, & Nuncios summi Pontificis, ut testatur Petrus Bonsone *antiquit. Parisiens. cap.* 13. & ex eo Petr. Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth Cæs. cap. 5. p. 117. in marg.* Et quod ad Carolum Magnum, quod excluſit juris studium, cum desit fundus hujus rei, id diei non potest. Verum est. Scio. Juris Romani studium Pandectis nondum inventis, tum temporis adhuc nullum, aut siquod, non tanti id, aut non magni momenti. In usu tamen jus Canonicum, Alemannicum, Francicum, Francorum consuetudines, leges Salicæ, & gentium, quibus Carolus imperabat. Haud dubie & harum Doctor, & qui docentem assecuti, auditores, discipuli. Et sic studium generale. Quod magnum cepit adhuc incrementum repertis postea Pandectis tempore Henrici V. & qui ipsi succesit Lotharii Saxonis, cujus jussu inter primos Irnerius jus Romanum Bononiæ professus. Primus glaciem hic fregit, vir legum scientissimus, & cujus sunt Authenticæ, seu Novellarum argumenta, quas insertas habemus Codici. Quod si quædam oscitanter, aut non ad mentem Justiniani, ut nonnulli sunt, qui censent, condonandum id viro docto, qui palæstram primus aperuit, in qua alii exercerent se. Momi revocent in mentem, quod Horatius non inepte,

Cum tua jam videas oculis mala lippus inunctis.
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Quanti autem Irnerius, ex discipulis satis constat, quos reliquit doctissimos, Bulgarum & Azonem, quorum extant adhuc commentarii. Vid. Peucer. seu Chron. Carion. in Lothar. Saxon. Meminit Bulgari etiam Otho Morena *rerum Laudensium* scriptor admodum accuratus *p.* 3. ut & trium aliorum, Martini Orosiæ, Jacobi, & Hugonis de Porta Ravegnana: *Istorum quatuor Doctorum*, inquit, *& quam plurimurum aliorum fuit magister Guarnerius doctor antiquus, ad quem cum in extremis laboraret, accesserunt sui Scolares dicentes; Domine quem vultis post mor-*

maximam partem scientiæ suæ, tradiditque ei regendam Abbatiam sancti Martini Turonensis.

Anno Domini DCC. XCII. incepit [1] Comitatus Flandriæ, in quo

mortem vestram Doctorem nobis constituere, quibus ipse respondit per hæc duo carmina:

Bulgarus os æreum, Martinus copia legum,
Mens legum est Ugo, Jacobus id quod ego.

Postquam autem jus Romanum receptum Bononiæ summo etiam cum applausu mox deductum Parisios tanto eo se conferentium & concurrentium confluxu, ut non minori ibi mox fama, quam ceteræ Facultates. Memorabile est, quod de ea re annotavit Rigordus de gest. regis Philipp. August. apud du Chesne *to. 5. hist. ad Ann.* 1207. *In diebus illis studium literarum florebat Parisiis, nec legimus tantam aliquando fuisse scholarium frequentiam Athenis, vel Ægypti, vel in qualibet parte mundi, quanta locum prædictum studendi gratia incolebat, quod non solum fiebat propter loci illius admirabilem amœnitatem, & bonorum omnium superabundantem affluentiam, sed etiam propter libertatem & specialem prærogativam defensionis, quam Philippus Rex & pater ejus ante ipsum scholaribus impendebant. Cum itaque in eadem nobilissima civitate, non modo de trivio, & quadrivio, verum & de quæstionibus juris Canonici & civilis, & de ea facultate, quæ de sanandis corporibus, & sanitatibus conservandis scripta est, plena & perfecta inveniretur doctrina, ferventiore tamen desiderio sacram paginam & quæstiones Theologicas docebantur.* Nec quicquam verius, quam quod ait. Certe propter Theologiam, nam & prima hæc Facultas, & quam maxime hæc ibi docta, ex toto terrarum orbe discendi cupidi undique, etiam Dani, quamvis homines adhuc barbari, eo se contulerunt, ut testis est Helmoldus *lib. 3. cap. 5. Scientia*, inquit, *liberali non parum etiam profecerunt, quia nobiliores terræ filios suos non solum ad clerum promovendum, verum etiam secularibus instituendos Parioſios mittunt. Ubi literatura simul & idiomate linguæ terræ illius imbuti non solum in artibus sed etiam in Theologia multum invaluerunt.* Propter hanc, inquam, Academiæ ejus splendor adhuc multo illustrior, authoritas autem tanta, ut & Summo Pontifici invisa & formidanda. Nam & legitur, quod de eo sibi sumpsit judicium, opponere se ei ausa, Benedictum XIII. sedentem Avinione, ut indignum sede, quam occupabat, omni studio ad id nixa, amovendum contendens. Sic habent Abbatis Urspergensis Paralipomena ad Ann. 1407. & præterea adhuc addunt: *Scholasticum id temporis offendisse piaculum erat. Inter multas simultates, cum res tota Francorum ad civilem discordiam inclinasset, nemo non studebat fere scholæ favorem & benevolentiam sibi comparare. Scholasticus luto inquinatus per unum ex familia Caroli Savasii Aurati equitis, Scholastici injuriam ulcisci proparantes, ita apud judices agunt, ut Savosii ædes, unde familia prodierat, solo tenus diruerentur, ipse vero minister exularet. Rob.*

1. Ut Gelria, sic & Flandria, Præfectos primum habuit, qui lapsu temporis Præfecti titulum cum Comitis commutarunt. Flandria Præfectos

quo nobiles valde Principes extiterunt, ſicut eorum geſta declarant. Nam *Flandria* prius fuit inculta & nemoroſa, & pauca oppida in ea, ſcilicet *Gandavum*, *Coroltum*, *Caſletum*, *Cortracum*, & caſtrum *Aldenardi*. Extitit eo tempore quidam nobilis, ſtrenuus & fortis, qui dicebatur *Lidericus* de Harlebeke, cui *Carolus* prædictum Comitatum tradidit, ut a prædonibus terram ſervaret, & negotiatores libere ubique tranſire poſſent. Apud *Aquisgranum* juxta palatium ſuum pulcherrimam Capellam fecit, in multis etiam locis eccleſias fabricavit, & bonis ditavit, & quia hic Princeps & dominus omni honore & laude extitit dignus, merito *Brabantiones* gloriari poterunt talem ſe habuiſſe dominum, & ab eo Principatum ſuum deſcendiſſe. Eo tempore in Romana eccleſia ſedit *Leo* quartus natione Romanus, qui cum in die Marci proceſſionem & Litanias celebraret, Romani eum ceperunt eruentes ei oculos & linguam proſcindentes. Sed Deus oculos & linguam ei miraculoſe reſtituit, & occulte ad Carolum, qui refugium erat deſolatorum, confugit. Quem ille ſummo cum honore ſuſcipiens ſecum detinuit, & poſtmodum Romam tendens eum ſecum duxit. Quo cum perveniſſet, cauſam examinans, & reos puniens Papam in ſede ſua honorifice collocavit. Tunc vero ſuadente Papa Romani tam clerus quam populus *Carolo* coronam imperialem impoſuerunt vocantes eum Auguſtum, ut

fectos habuit, quos *Foreſtarios* primum dixit, Præfectos ſylvæ ſeu *Saltuarios*. *Foreſtis* idem quod ſylva. Sylveſtris enim regio, & nemoroſa, ut ait Auctor. Charta S. Sigeberti, quam Bollandus & Henſchenius habent in Analectis ad ejus vitam *to.* 1. *Februar.* §. 19. *In foreſte noſtra, nuncupata Arduenna, in locis vaſtæ ſolitudinis, in quibus caterva beſtiarum germinat.* Vulgo olim pagus. *Pagus* idem quod provincia. Charta Arnulfi 1. Flandriæ Comitis, qua varia prædia monaſterio Blandinienſi reſtituit, apud Miræum *Cod piar. don. cap* 31. *in pago denique Flandrenſi*, inquit, *juxta caſtrum Oſtburch, in loco nuncupato Merona Benonis paſtoralia, quæ ſufficere poſſunt ovibus* CXX. Add. eund. 1. *donat. Belg. cap.* 14. *& cap.* 19. Cæterum initium Comitatus Meyerus etiam ponit ad eund. hunc Ann. eoque a Carolo Magno donatum ait Lidericum, de quo vernacula, quæ extant Chronica, vero multum diſſimilia fabulantur non pauca. Vero propius accedit, quod habet Meyer. *lib.* 2. *Annal. pr.* DCCXCII. *Carolus Magnus* XVI. *Cal. Februar. Lidericum Comitem Harlebecanum eundem Præfectum maris Flandricique littoris cuſtodem terra ſylvaque Flandrica donavit, ut ex ea die non ſolum maritimus Imperator, & littoris Præfectus, ſed etiam Saltuarius diceretur ſylvæ Flandricæ, quæ pars erat extrema ſylvæ Arduennæ.* Idem habet Temple *obſ. de Fœder. Prov. p.* 4.

ut Imperator Conſtantinopolis Orientale imperium, *Carolus* vero & ſucceſſores ejus Occidentale gubernarent. Et ab illo tempore & deinceps duo Imperatores in Chriſtianitate remanſerunt. Quamvis autem Friſones dicere conantur, quod Carolus eos in expeditione ſua ſuſcepit, & quod ipſi urbem Romanam ceperunt, & ob hoc liberos eos fecit, & a jugo omnium Dominorum abſolvit, in hoc turpiter mentiuntur. De iſto Carolo in multis multa miranda leguntur, in Gallicis tamen & Teuthonicis libris [1] innumerabilia apocrifa reperiuntur, in quibus etiam introducuntur Duces, Comites, proceres, milites, & Barones, qui nunquam fuerunt, & finguntur geſta, quæ nullam habent veritatis ſubſiſtentiam. Similiter etiam factum eſt de magnifico *Arcturo* quondam rege majoris Britanniæ. Antequam autem iſte *Carolus* Romanorum haberet imperium perfida gens Sarracenorum terram ſanctam invaſit, & *Jeruſalem* occupavit. Quos *Conſtantinus* filius *Hyrenès* imperator Græcorum expellere non valens miſit ſolemnes nuncios in Franciam ad *Carolum* deprecans eum, quatenus opprobrium Chriſti in mente haberet, & loca ſancta ab infidelibus occupatoribus liberaret. Cui ille acquieſcens copioſum congregans exercitum illinc perrexit, & inimicos Chriſti debellavit, ipſos a terra fugavit, & loca ſancta purgavit, eccleſias reparavit, & Patriarcham in loco reſtituit. Ipſe vero revertens [2] per *Conſtantinopolim* iter ſuum habere voluit. Quem *Conſtantinus* gaudenter accepit, & multa donaria obtulit, ſed *Carolus* pro expeditione, quam pro Chriſto ſuſceperat, nulla bona temporalia accipere voluit, ſed petiit ſibi dari aliquas paſſionis Chriſti reliquias. Tunc indictum fuit triduanum jejunium, ut cum reverentia ſacroſanctæ reliquiæ ſuſciperentur. Græci & Latini quilibet ſecundum morem ſuum *Letanias* decantabant. *Daniel* vero epiſcopus *Neopolitanus* vas aperuit, in quo recondita erat corona Domini, de quo tantæ ſuavitatis odor exivit, ut omnes exiſtimarent ſe in amoenitate eſſe Paradiſi. Tunc *Carolus* cadens in faciem ſuam adoravit, oravitque quatenus miracula paſſionis & reſurrectionis ſuæ dominus

1. Vid. de his plena manu fabularum architectum Joan. Turpinum, quem nugatorem, non hiſtoricum, vocat Gryphiander de Weichbild. Saxon. *cap.* 13. *& ſeqq.* quique Caroli Magni fabulam verius quam hiſtoriam contexuit, ut ait Pontan. *lib.* 3 *orig. Francic. cap* 1. *n.* 9. Monachus non Archiepiſcopus, ut falſo ſe appellat. Gryphiand. *ibid.*

2. Pergula pictorum hic, veri nihil, omnia falſa. Carolus Magnus nec Conſtantinopoli, nec Hieroſolymis fuit.

1. Ann.

nus renovare dignaretur. Facta oratione erupit quidam ros ab ipsa corona, statimque flores in ipsa germinaverunt, & odor mirabilis & lux ineffabilis apparuit, ex quibus floribus chyrothecam suam dexteram implevit. Extraxit autem *Carolus* & aliam chyrothecam, & implevit eam spinis, quas corona cadere permisit, & tota civitas repleta est inæstimabili odore, sed & plus quam trecenti infirmi sanitatem recuperaverunt. Extraxit post hæc *Daniel* episcopus clavum unum, & partem crucis Dominicæ, ac sudarium Christi, nec non & camisiam beatæ Mariæ, & fasciam Jesu Christi, qua in infantia ligari consueverat, & insuper brachium sancti *Simeonis*, qui dominum in ulnis susceperat. Quibus omnibus susceptis *Carolus* cum gaudio repatriare cœpit, cumque ad castrum quoddam veniset, per sacras reliquias puerum mortuum suscitavit, & quadraginta alii infirmi sanitati pristinæ restituti sunt. Dum autem veniset *Aquisgranum*, locum videlicet, quem præ ceteris dilexit, tot cœci illuminati sunt, ut numerus eorum vix comprehendi poterat, febricitantes plurimi, duodecim dæmoniaci, octo leprosi, paralytici quindecim, claudi duodecim, manci xxv. gibbosi quinquaginta duo. In eo ergo sancto loco sacræ reliquiæ sunt repositæ. Cum ergo *Carolus* rex & Augustus senuisset, cogitat a bellis quiescere, sed Deus multum aliter de eo disposuit. Nam quadam nocte apparuit ei beatus Apostolus *Jacobus* querimoniam apud eum faciens de hoc, quod infideles Sarraceni terram Hispaniæ, quam ipse sua potentia illustravit, occuparent. Monuit ergo eum illuc pergere, & regiones illas ab infidelibus purgare, & divino cultui loca sancta restituere. Qui tanquam Princeps Catholicus divino oraculo fideliter paruit, & exercitum colligens infideles debellavit, ipsos in fugam convertit, & terram totam Christianæ religioni subjugavit. Hanc autem historiam sanctus vir *Turpinus* Archiepiscopus valde diffuse prosequitur, idcirco prolixitatis tædium vitantes hic supersedemus, & ad eum studiosos lectores remittimus. Post hæc ergo *Carolus* apud Aquisgranum in senectute bona diem [1] obiit annorum circiter LXXII. & honorifice valde sepultus est in ecclesia rotunda beatæ *Mariæ* semper virginis, quam ipse magni-

1. Ann. DCCCXIV. Sigebert. ad eum Ann. *Karolus Imperator glorioſe, regno & imperio ſuo ampliato & pacato, ſtatu quoque eccleſiæ ſancte & religioſe ordinato moritur, & ſepelitur Aquis anno ætatis ſuæ* LXXII. *qui pro magnitudine operum cognominatus eſt Magnus.*

gnifice conſtruxerat, in cujus ſepultura poſitus erat *Leo* Papa, & alii multi Romani proceres, epiſcopi, Duces, & Comites, Abbates, & alii Prælati, & Chriſtianiſſimum Principem cum magna gloria ſepulturæ tradiderunt anno Domini DCCC. XV. Calend. Februar. Regni vero ſui XLVII. Imperii XIV. Succeſſit ei in Ducatu Brabantiæ *Ludovicus* filius ejus cognomento *Pius*. Erat enim in religione Chriſtiana cultor Domini præcipuus, & in moribus valde manſuetus, & lege Domini eruditus, ac præceptorum Domini executor devotus. Hic de prima ſua uxore tres habuit filios, ſcilicet *Lotharium*, *Pippinum*, & *Ludovicum*, de ſecunda vero, dicta *Judith*, *Carolum* cognomento *Calvum*. Sexto autem anno imperii ſui apud Aquiſgranum conſilium congregavit Epiſcoporum & Abbatum, ubi multas leges tam rei publicæ quam eccleſiarum ſtatui utiles promulgavit, & determinatum fuit, qualiter religioſi vivere deberent, & liber unus in ſcriptis redactus. Anno imperii ſui .... miſit Lotharium filium ſuum ad regendam Italiam, ſed ille non fideliter agens perrexit Romam, ubi in die ſancto Paſchæ per *Pachalem* Papam ſe benedici fecit. Quod pater audiens velociter Romam tetendit ſollicite inveſtigans quinam erant, qui filium contra patrem incitaverant, quos vita privavit. Papa quoque graviter notatus fuit de iſta conſpiratione, ſed ipſe juramento ſe purgavit, & aſſeruit inſontem ſe fuiſſe. Anno XV. imperii ſui incidit in non parvam tribulationem. Nam filii ſui & proceres Franciæ nec non & magnates imperii conſpiraverunt contra eum, ſed Deo ſibi opitulante aliquot de terra fugavit, alios bonis ſuis proſcripſit, & alios multis modis punivit. Poſt non multum temporis percipit Imperatricem *Judith* uxorem ſuam cauſam tanti mali fuiſſe, propter quod eam a ſe abdicavit, ſed illa mala malis adjiciens conſpirationem auxit, conjungens ſe filiis & proceribus, ſic quod a ſuis deſertus & traditus redactus eſt in poteſtatem filiorum, ac judicio epiſcoporum arma deponens incluſus eſt. Sed eodem anno pœnitentes eum de clauſura emittentes arma ei reſtituerunt, & *Lotharium* filium tacere & quieſcere coegit. Anno XXV. imperii ſui Lotharium eundem reconciliatum in imperium ſublimavit, & anno ſequenti mortuus eſt & ſepultus in eccleſia ſancti Arnulphi anno Domini DCCC. XL. & *Lotharius* Imperator factus eſt.

Vid. Sigebert. ad Ann. 820.

Sigebert. ad d. Ann.

Ludovico Imperatore mortuo gravis valde diſſenſio eſt exorta inter tres ejus filios, ſcilicet *Lotharium*, *Ludovicum*, & *Carolum*. Indignantes enim duo fratres juniores, quod *Lotharius* ſine conſenſu

senſu ſuo imperium arripuerat, conſpiraverunt contra eum, convenienteſque cum exercitibus ſuis in territorium *Autiſiodorenſe* gravem pugnam inierunt, & facta eſt tanta ſtrages, qualis vix unquam in Francia fuit. *Carolus* & *Ludovicus* campum obtinuerunt, quanquam etiam ex parte ipſorum nimis cruenta fuerit victoria. Receſſerunt ergo de illo miſerabili bello cum amaritudine & odio, atque adhuc per tres annos ſic impacati ſteterunt. Tandem legatis pacis intercurrentibus convenerunt in civitatem Verdunenſem, & in iſtam devenere concordiam, quod *Carolus* haberet Franciam, *Ludovicus* Germaniam, *Lotharius* Italiam, & inſuper totam terram inter Rhenum & Scaldam ſitam. Audientes vero Normanni in Noruegia, & Dani, nec non & aliæ barbaræ nationes iſtorum fratrum pugnam aptaverunt claſſes ſuas, & venerunt in *Franciam* & *Germaniam*, & per multos annos gravia damna intulerunt, cædes hominum & incendia exercuerunt, & civitates in manu robuſta ceperunt, presbyteros, clericos, parvos & magnos, viros & mulieres, ſibi ſubjugaverunt aut occiderunt. Unde *Carolus* dictus *Calvus* Rex Franciæ ſuper tanta regni ſui deſolatione dolens aſſumpto ſecum *Salomone* rege *Britanniæ* venit cum exercitu & obſedit eos in Andegavis, quam captam & *Roberto* ejus Comite interfecto fecerant ſibi in habitationem. Igitur eos ſic incluſos in tantum coarctavit, quod coacti ſunt deditionem ſui facere, ut ſalvis ſuis corporibus recederent, & Rex civitatem obtineret, & ita dimiſit eos effugere. Circa iſta tempora venit de Anglia *Joannes Scotus*, homo valde doctus & Græcæ linguæ non ignarus. Qui ob amorem Caroli Hierarchiam beati Dionyſii de Græco in Latinum tranſtulit, ſed poſtea reverſus eſt in Angliam invitante bono, pio, Rege Elfredo, qui ei munificum ſe multum exhibuit, & poſitus in monaſterio Malmesberio nobilium pueros erudivit. Tandem ab eis quibus docendo exoſus fuerat, ſtilis perforatus martyr obiit. Tempore hujus *Caroli* incepit Comitatus Hollandiæ. Nam anno Domini DCCC. LXIII. videns rex deſolationem terræ, ac Danos & Normannos ubique ſævire, cuidam valde nobili viro ac ſtrenuo nomine *Theodorico*, qui ſibi diu ac fideliter obſequium præſtitit, dedit magnam partem *Friſiæ*, quæ jam vocata eſt *Hollandia*, & eam a Friſia diviſit, ſed *Ludovicus* Rex Germaniæ frater *Caroli* addidit ſibi quædam alia, per quæ ditior & potentior effectus eſt, quatenus contra tyrannidem & ſævitiam paganorum ipſam tueretur. Poſt hæc *Carolus* adverſam fortunam expertus eſt. Nam *Carlomannus* filius ejus, qui

Et hæc detum eſt Lotharingia.

De eo dixi, quod ſuffidit *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 11. *& ſeqq.*

qui clericus fuerat, & Diaconus, retro converſus eſt ad vitam ſecularem, & factus eſt quaſi alter Julianus Apoſtata & contra patrem inſurgens. Quem Rex captum excæcari mandavit. Alter vero filius *Carolus* nomine, viribus corporis nimis confidens voluit eas incaute contra quendam militem *Albinum* nomine, etiam corpore robuſtum experiri. Aggreſſus eſt ergo eum, quem ille cum non noſſet eſſe filium Regis in congreſſu interfecit, de quo pater magno dolore ingemuit. Sic ergo remanſit tertius filius *Ludovicus* dictus, qui poſt eum regnum ſumpſit. Iſte *Carolus* multas in *Francia* eccleſias conſtruxit, & deſtructas atque collapſas devote reparavit. Porro *Lotharius* frater ejus poſtquam per aliquot annos imperaviſſet, monaſterium intravit, & *Ludovicus* ejus filius in imperium ſucceſſit. Qui etiam poſt aliquantos annos obiens filium heredem non reliquit. Igitur *Carolus* rex Franciæ Romam tendens imperium obtinuit, & a *Johanne* Papa coronatus eſt. Quod Ludovicus Rex Germaniæ frater ejus audiens gravi indignatione commotus eſt, eo quod imperium ipſo inconſulto accepiſſet, & bellum contra eum paravit, ſed brevi tempore mortuus eſt. Igitur anno ſecundo imperii ſui venit *Carolo* in mentem Romam ſe iterum pergere velle. Ubi in itinere conſtitutus percepit *Carolum* & *Carlomannum* filios *Ludovici* fratris ſui aggregare magnum exercitum Teuthonicorum, ut contra ſe venirent, & regnum ejus diſſiparent, territuſque vehementer & animo deficiens repatriare cogitavit. Sed in itinere a quodam Judæo impotionatus defunctus eſt, & ad S. Dionyſium relatus ibi conditus eſt. Cui ſucceſſit in regno Franciæ & in Ducatu Brabantiæ *Ludovicus* filius ejus, qui cognominatus eſt *Balbus*, & duobus annis regnavit.

Interea Normanni & Dani vaſtaverunt Franciam, Picardiam, Flandriam, Brabantiam, & ſupra Rhenum multa mala fecerunt, Francigenæ tamen ſæpe eis reſtiterunt, & in quodam bello ex eis proſtraverunt quinque millia virorum, & in alio juxta *Pariſios* novem millia. Anno ſecundo *Ludovici* circa meridiem ſol adeo obſcuratus eſt, quod ſtellæ in cœlo viſæ ſunt, & Ludovicus rex obiit, poſtquam vix duobus annis regnum adminiſtraverat, nec dereliquit [1] filium heredem regni, ſed uxor ejus gravida relicta eſt habens in utero filium. Tunc Principes videntes terram in ma-

1. Duos reliquit filios ex Anſgarda puella, quam uxorem duxerat ſine patris conſcientia, Ludovicum & Carolomannum. Sed quia injuſtæ

magna esse desolatione, & multos hostes hinc inde grassari divisi sunt in diversas sententias. Quidam enim assumere volebant [1] *Bosonem*, qui regnabat in *Provincia*, & erat avunculus Regis prædicti defuncti. Alii volebant illud adunare regno Alemannorum. Alii suadebant, ut traderentur gubernacula *Ludovico* & *Carlomanno*, qui erant filii illegitimi *Ludovici* regis defuncti. Quod & factum est, & regnaverunt annos quinque. Post paululum natus est filius Reginæ uxori Ludovici, & vocatus est *Carolus* cognomento *Simplex*. *Boso* autem prædictus indignatus a se regnam esse alienatum guerram habuit cum duobus fratribus prænominatis. Post hæc venerunt duo reges Normannorum cum classe & cuneis suis, & perrexerunt Trajectum, Coloniam, Barrum, Aquisgranum, & in palatio *Caroli* equos suos stabulaverunt. Vastaverunt etiam [2] *Brabantiam*, & Trajectum superius supra Mosam situm, Leodium, Tungros, & oppidum sancti *Trudonis*. Audiens hæc *Carolus* imperator & dolens super miseriis istarum Provinciarum adunato exercitu venit in adjutorium Francorum & Teutonicorum, ipsosque Normannos adeo coarctavit, quod quo se verterent, vel exirent, non invenirent. Tandem rex *Godefridus* pepigit fœdus cum imperatore, ut ipse quidem Christianissimum susciperet, & pars Frisiæ ei daretur in dominium, nec non & *Gilla* filia *Lotharii* regis, qui fuerat in *Lotharingia* rex, sibi daretur in uxorem. Annuit his petitionibus Cæsar & eum de sacro fonte suscepit. Alter vero Rex noluit sacrum baptisma suscipere,

Carolus Crassus.

Gislam alii vocant.

stæ erant nuptiæ, cum ea fecit divortium, ducta alia Adelheide, quæ cum prægnans decederet, enixa est dein posthumum Carolum Simplicem. Annal. Metens. *ad Ann.* 878. Interim autem Ludovico Ludovicus succeffit, & Ludovico Carolomannus. Annal. Metens. ad Ann. 883. *Anno Dominicæ incarnationis* DCCCLXXXIII. *Ludovicus Rex filius Ludovici Balbi moritur apud S Dionysium, ibique honorabiliter tumulatur. Quem omnes Galliarum populi nimio planctu lamentati sunt. Fuit enim virtutis maximæ, regnumque sibi subditum a paganorum infestatione potenter viriliterque defendit &c. Carolomannus frater regnum illius obtinuit.*

1. Sigebert. ad Ann. 878. *Karolus Imperator secundo Romam profectus Bosoni germano uxoris suæ, neptem suam, filiam Ludovici Imperatoris uxorem dedit, & data ei Provincia, in Regem eum coronavit, ut etiam Regibus imperare videretur.*

2. Sigebert. ad Ann. 882. *Northmanni adjunctis sibi Danis Franciam & Lotharingiam pervagantes Ambianis, Atrebatis, Corbejam, Cameracum, Taruennam, fines Morinorum, Menapiorum, Bracbatensium, omnemque ciara Sealdim fluvium terram &c. ferro & igni devastant. Inde Wal fluvium ingressi, totam Batuam, palatium etiam Neomagi incendunt.*

1. Si-

re, sed fugatus de Lotharingia devenit in Franciam. Duo vero fratres, qui regnaverant in Francia, videntes se Normannis non posse resistere, iniere pactum cum eis per annos duodecim duraturum dantes eis XII. millia marcarum argenti. Quibus discedentibus anno sequenti hi duo fratres mortui sunt. Hoc audito Normanni cum cuneis suis redierunt dicentes pactum jam exspirasse, ex quo illi defuncti fuerunt, nec patriam in ipsa pace inclusam. Venerunt ergo *Lovanium*, & inhabitaverunt ibi. Proceres ergo Franciæ videntes filium regis Ludovici adhuc esse infantem miserunt ad *Carolum* imperatorem rogantes, ut adveniens gubernacula regni in manu acciperet. Qui acquiescens concitus venit, sed tamen Normannos nec debellare nec expellere potuit. Anno sequenti exierunt *Lovanium*, & iverunt versus [1] *Parisios*, ut eam obsiderent. *Carolus* misit post eos cum exercitu Ducem *Henricum*. Cui Normanni insidias ponentes puteum foderunt, quem paleis operuerunt. Quo cum *Henricus* veniret, incidit in eum, & sic interfectus fuit. *Carolus* vero insequens potenter multos eis intulit terrores, sed tamen videns se eos expellere non posse decrevit dare terram ultra Sequanam, quæ *Neustria* dicebatur, quoniam incolæ ejus tunc temporis sibi rebellabant. Mortuo *Carolo* quoniam *Carolus* filius *Ludovici* adhuc puer erat, constituerunt Franci regem [2] *Odonem* filium *Roberti* ducis Andegavensis, qui dudum a Normannis in bello victus fuit. Iste Francis imperavit annis novem. Tunc perrexerunt proceres [3] pro *Carolo* filio *Ludovici*, & cum magna potestate adduxerunt eum *Remis*, ubi solemniter consecratus est in Regem. Igitur revertentes Normanni *Parisius* obsederunt, quam dum capere non possent, iverunt in *Burgundiam*, & impugnarunt civitatem Senonensem, quam expugnare non valentes Turonis civitatem remeantes eam incenderunt, & patriam vastantes multa valde mala fecerunt. Isti Normanni

1. Sigebert. ad Ann. 887. *Northmanni a Lovanio exeuntes Parisios obsident. Contra quos Heuricus dux exercitum ducens, dum incaute equitat, in foveam, quam Nortmanni factam quisquiliis operuerunt, lapsus trucidatur.*

2. Sigebert. ad Ann. 890. *Franci neglecto Karolo, filio Ludovici Balbi, puero vix decenni, Regem sibi præficiunt Odonem, filium Roberti ducis.*

3. Idem ad Ann. 894. *Odone Rege per consilium Francorum in Aquitania demorante, Franci Karolum puerum duodennem, Ludovici Balbi filium, in regnum paternum revocant, & Remis a Faleone Archiepiscopo in Regem benedici faciunt; & oritur longa concertatio inter eum & Odonem.*

manni habuerunt ſuper ſe Principem vocabulo *Rollonem*, qui habuit in comitiva ſua cognatum nomine *Gellonem*. Hic *Rollo* fuit de Dacia nobili proſapia oriundus, quem Rex Daciæ de regno ſuo penitus expulerat, ſequutique fuerant eum multi Danorum & in pluribus provinciis prædas agere cœperunt, atque ad *Carnotum* pervenetunt, & cum potenti manu obſederunt. Ibi tunc erat Dux *Ricardus*, qui poſtmodum Dux extitit in *Burgundia*, & *Robertus* Comes Pariſienſium. Qui videntes ſe illis non poſſe reſiſtere acceperunt camiſiam beatæ virginis & pro vexillo ſuper muros locaverunt. Quod pagani videntes deriſerunt & ſagittis eam impetierunt, ſed adeo obumbrati ſunt oculi eorum, quod in eam reſpicere non valuerunt. Quod hi qui intus erant videntes exierunt, & ipſos in ore gladii fugaverunt. Itaque poſtquam Normanni Franciam annis XL. afflixerunt Deo miſerante pagani ad pacem aſpirare cœperunt promittentes ſe Chriſtianam fidem velle ſuſcipere. Quod *Carolus* Rex audiens oppido gaviſus eſt, deditque ad pacis confirmationem *Rolloni* filiam ſuam in uxorem, & eo baptiſato vocatus eſt *Robertus*, poſt *Robertum* Comitem Pariſienſem, qui eum de ſacro fonte ſuſcepit, & data eſt ei *Neuſtria*, quæ jam & deinceps uſque in hodiernum diem Normannia vocatur. Iſte *Robertus* filium habuit nomine *Guilhelmum* virum bonum & probum, *Wilhelmus* filium habuit *Richardum* nomine. Qui *Richardus* duos filios habuit, unus dictus eſt *Richardus*, alter *Robertus Wiſcardi*. Hic *Robertus* poſtea obtinuit *Ceciliam*, *Apuliam*, & *Calabriam*, & bello ſuperavit *Venetianos*, & *Alexium* Conſtantinopolitanum imperatorem. Fuit autem filius ejus illegitimus *Wilhelmus* Dux Normanniæ, qui obtinuit *Angliam*. Alter filius ejus dicebatur *Boamundus*, qui fuit cum *Godefrido* de *Boeljon* in expeditione Iheroſolymitana, & capta Antiochia dominus ejus factus eſt. Porro *Gello* ſocius *Rollonis* etiam ſuſcepit ſacramenta fidei, cui dedit *Carolus* Rex caſtrum *Bleſenſe* cum pertinentiis ſuis, ubi conſtruxit civitatem, & deſcendit ab eo progenies valde magna. Circa hæc tempora ſcilicet anno Domini DCCCC. XIII. cœpit ordo *Cluniaſenſis*, & poſt ſeptem annos ædificatum eſt monaſterium Gemblacenſe in Brabantia a ſancto *Guiberto*, qui ibidem requieſcit.

Cum ergo clades Normannorum jam ceſſaſſet, & *Carolus* rex Franciæ & Dux Brabantiæ ſe poſſe in pace vivere ſperaret, venit *Robertus* Comes Pariſienſis prædictus, homo valde prudens, & rebellavit contra Regem dicens ſibi coronam regni deberi,

quia *Oddo* frater ſuus pridem eam habuerat, & in Francia regnaverat. Quod *Carolus* execrans contraxit ſibi magna auxilia & venit in prælium contra tyrannum juxta Sueſſionem, ubi dum graviter pugnatum eſſet, ipſe Comes *Robertus* cecidit gladio & multi nobiles proceres cum eo. Tunc *Carolus* timens potentiam * progeniti prædicti *Roberti* fœdus iniit eum *Henrico* rege Saxoniæ potentiſſimo, ſubjiciens ei quodammodo regnum ſuum, & in ſignum amicitiæ miſit ei brachium S. Dionyſii incluſum auro & gemmis pretioſis. Prædictus ergo *Carolus*, qui dicebatur *Simplex*, Rex Franciæ & [1] Dux Brabantiæ, qui filiam *Eduardi* Regis Angliæ in uxorem habuit, magnam & nefandam incidit in traditionem. Nam *Heribertus* Comes Veromandenſis habuit in uxorem prædicti *Roberti* Comitis ſororem, qui in bello Sueſſionico cæſus fuerat. Cumque Rex verſus partes illas veniſſet, acceſſit ad eum, & præſentavit ei obſequium ſuum, ac ad convivium invitavit. Ille nimis credulus nec inſidias præcavens intravit cum eo, ubi nepharie ac traditorie captus apud *Peronam* eſt carceri mancipatus, multiſque doloribus affectus martyr obiit. Regina vero cum filio ſuo *Ludovico* in Angliam ad Eduardum patrem ſuum fugit. Tunc Principes ſumpſerunt in regnum *Rudolphum* Ducem Burgundiæ filium *Richardi* prædicti, qui apud *Carnotum* Normannos vicit & fugavit. Iſte etiam poſtea principatus eſt in Italia, & regnavit in Francia XIII. annis. Quo mortuo Franci videntes ſe eſſe ſine Rege miſerunt *Guillermum* Archiepiſcopum Senonenſem in *Angliam* ad accerſendum verum heredem, ſcilicet *Caroli* filium. Quo cum perveniſſet poſt longum tractatum tradidit mater filium ſuum ſub certis conditionibus & juramentis. Venit ergo prænominatus epiſcopus cum juvene rege & apud *Laudunum* conſecratus regnavit decem & novem annis. Accepitque in uxorem *Gerbergam* filiam *Henrici* regis Saxoniæ, ſororem primi *Ottonis* imperatoris. Suſtinuit autem & ipſe perſecutiones multas. Nam primores & majores natu conſpiraverunt contra eum, & maxime *Hugo* Comes Pariſienſis, qui aſpiravit ad coronam, erat enim filius *Roberti* tyranni, qui pro pari cauſa in bello cæſus eſt apud Sueſſionas. *Hugone* ergo iſto procurante *Ludovicus* rex ca-

Vid. Sigebert. ad Anu. 922.

* progenici.

1. Capta ſcilicet Lotharingia, cujus Brabantia etiam pars. Paul. Æmyl. *lib.* 3. *hiſt. Simplex ferox erat, quod Lotharingiam amiſſam tanto ex intervallo Francis recuperaſſet. Id ſibi ſummæ gloriæ ducebat, & milite Lotharingo ſuccinctus erat.* Sed nondum Duces tum Brabantiæ. Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 29. *in fin.*

1. Vix

captus est a Normannis & in prisione detentus. Sed & *Carlomannus* filius Regis primogenitus captus, & *Remis* est perductus, ubi diem clausit extremum. Audiens hæc *Otto* imperator primus, cujus sororem *Gerbergam* rex *Ludovicus* in conjugem habuit, congregavit exercitum valde copiosum, & venit in Franciam ad liberandum sororium suum, quod & factum est. Nam *Franci* timore ejus paventes relaxaverunt dominum suum. Hic duos filios habuit, unum nomine *Lotharium*, alium *Carolum*. Et post hæc mortuus est, & Remis apud sanctum Remigium sepultus, postquam annis decem & novem regnaverat. Cui successit in regno *Lotharius*, & regnavit annis xxxi. [1] *Carolus* vero in Ducatu *Brabanti-*

1. Vix videtur verisimile id, si audiamus Fragmentum hist. Franc. a Ludov. Pio usque ad Rob. Reg. apud du Chesne *to.* 3. *hist. ad Ann.* 952. *Diem clausit extremum Rex Ludovicus, sepultusque est apud S. Remigium, anno regni sui* XIX. *incarnationis vero Dominicæ* DCCCLII. *duobus liberis superstitibus Lothario & Karolo parvo. Quorum Karolus privatis in ædibus senuit, in regno vero patris Lotharius successit.* Lotharingia in potestate tum Orientalium Francorum, qui & Austrasii, & frequentius Germani. Fœdere enim inito Karolus Simplex Lotharingiam Henrico Aucupi rursum cessit. Invasit quidem iterum Karoli filius Ludovicus, Sigeb. ad *Ann.* 941. sed invasit nequicquam. Totum enim potenti manu redegit rursum in potestatem Otho I. Imperator. Sigebert. ad *Ann.* 945. Quid quod vivo adhuc Ludovico dicatur Dux Lotharingiæ Gislebertus a Sigeberto ad Ann. 938. cujus dein viduam uxorem duxit Ludovicus. Erat hæc soror Othonis Imper. Idem Sigebert. ad Ann. 943. *Uxorem Gisleberti Gerbergam, sororem scilicet Othonis Imper Ludovicus Rex duxit uxorem, filiam vero Gisleberti neptem suam Imperator Bertoldo Duci Bajoariorum despondet. Ducatus ejus Othoni datur.* Nonnihil tamen intricata hæc: Nam si verum, quod ait Auctor fragmenti, quod Karolus domi consenuit, quî postquam frater decessit, duobus adhuc præliis cum Hugone conflixit? Et admodum difficulter nisi per fraudem captus & circumventus vix opprimi ab eo potuit, ut mox diserte hic ait Auctor. Nihil de eo Fragmentum id, ut nec aliud quicquam de Ludovico Lotharii regis filio, quam quod patri successit, quem tamen Sigebertus post patris sui mortem annum ait regnasse ad Ann. 986. *Lothario Francorum rege mortuo Ludovicus filius ejus regnat in Francia anno uno.* Contra Auctor fragmenti. *Porro Lothario regi successit Ludovicus. Sed is immatura morte præventus adolescens est defunctus. Tunc eodem anno, id est, Incarnationis Dominicæ* DCCCCLXXXVII. *Franci assumentes Hugonem memoratum Ducem, Noviomo illum sublimant in regni solio. Qui statim Robertum filium suum Aurelianis coronari fecit.* Interim quicquid sit, quod dux fuit Carolus, & dux Lotharingiæ, dubitandum vix puto. Contulit Ducatum non Lotharius ejus frater, sed in cujus potestate erat Otho Imperator,

bantiæ succeſſit, & ſic *Brabantia* a Francia ſeparata eſt. Habuit autem *Otto* imperator aliam ſororem nomine *Heylwigim*, quam ſortitus eſt in matrimonium *Hugo* Comes Pariſienſis, filius *Roberti* tyranni, qui ſe contra *Carolum Simplicem* erexerat. De hac uxore ſua *Hugo* habuit filium *Hugonem*, qui dicebatur *Capet*. Lotharius vero, ut magis pacifice regnaret, fecit *Hugonem* patrem *Hugonis Capet* Mareſcalcum totius Franciæ, qui tamen poſt modicum temporis mortuus eſt, & apud ſanctum Dionyſium ſepultus. Iniit autem *Lotharius* rex guerram contra *Ottonem* ſecundum filium avunculi ſui, & intravit cum exercitu ſuo copioſo Lottringiam, faciens prædas & terras vaſtans, & ultra procedens magna damna imperio intulit. Imperator vero qui tunc Aquisgrani degebat, & horum eventuum præſcius non fuerat, caute ſubterfugit, quia pro tunc defendere ſe non potuit. Sed reverſo rege cum multis ſpoliis demandat ei, quod circa feſtum Remigii Franciam viſitaret. Adunatoque exercitu inæſtimabili veniens in regnum rapinis & incendiis omnia vaſtavit circa *Laudunum* & *Remis* circa Sueſſionas & civitatem Pariſienſem. Nec ullus poterat ei reſiſtere. Verumtamen eccleſias non deſtruxit. Quodam tamen tempore, ubi ſuper *Sequanam* pauſabat, damnum accepit in extremis exercitus ſui partibus. Interim ergo Regem coëgit, quod facta die interlocutionis de pace ſuper quendam fluvium convenerunt, ibique in hunc modum pax reformata eſt, quod Rex abjuravit *Lottringiam*, aſſerens ſe nunquam ſuper eam quæſtionem moturum. Poſt quatuor annos *Lotharius* viam univerſæ carnis ingreſſus eſt, relicto filio *Ludovico*, qui non multo plus quam per annum regnavit, & moriens non reliquit filium, nec fratrem, qui in regno ſuccedere poſſet.

Principes igitur & majores natu Franciæ miſerunt ad *Carolum*

pa-

tor, ut ſcribit Paulus Æmylius, qui Ducem quidem facit, Regem autem non agnoſcit. Prælio etiam congreſſum cum Hugone non diffitetur, ſed pugna inferiorem in opidum profugiſſe, ab Aſcelino epiſcopo portis noctu reſeratis proditum captumque, & Aurelianas ad Hugonem in cuſtodiam tranſmiſſum. Obiit Carolus in carcere Ann. DCCCCXCI. Ad quem ita Sigebertus: *Karolus Dux moritur. Otho filius ejus ſuccedit in Ducatu Lotharienſium.* Meminit Paul. Æmyl. eod. *lib.* 3. *Obiverat*, inquit, *Otho Lotharingiæ dux, quem Caroli Ducis a Capeto regni Francici æmulo capti filium fuiſſe Sigebertus auctor eſt*: & mox: *Henricus Noricorum dux in Othonis tertii defuncti locum ſuffectus. Cæſar Lotharingiam dabat Comiti Gothofredo filio Gothofredi Arduennenſis in Auguſtali aula gratioſiſſimo.*

patruum ejus Ducem Brabantiæ, ut veniens diadema regni susciperet. *Carolus* vero negotium nimis distulit præparans se, ut cum potentia & solemniter regnum intraret. *Hugo Capetus* Comes Parisiensis filius *Hugonis* filii *Roberti*, qui in bello Suessionico occubuit, regnum arripuit, & totam Franciam in manu sua posuit. Erat enim homo audax animo, astutus, & prudens. Isti erant filii duarum sororum, & tamen unus alterum supplantavit. Audiens vero *Carolus* Dux Brabantiæ & Lottringiæ, quod *Hugo* machinatus fuerat, venit instructus magno exercitu Brabantinorum & Lottaringorum, ut ad se reduceret regnum anno Domini DCCCC. LXXX. *Hugo* cum multitudine copiosa venit obviam sibi in campum, ubi dira acta est pugna. *Carolus* vero triumphum obtinuit, *Hugone* e campo fugato, insuper & *Laudunum* civitatem cepit. *Hugo* iterato congregans exercitum venit & obsidet *Carolum* in *Lauduno* per mensem & plus. Obsessi quadam die eruperunt portas, & cum obsessoribus gravem conflictum inierunt. Iterum *Hugo* victus est, & fugiens cæsis plurimis de suis in bello. *Carolus* vero insecutus cepit civitatem Remensem & Archiepiscopum, quem *Hugo* illic posuerat, apprehendit, loco cujus alium posuit episcopum *Arnulphum* nomine filium *Lotharii*, illegitimum tamen. Item & nobiliores civitatis apprehensos secum duxit captivos in *Laudunum*. Obsedit etiam *Montagutum*, & totam terram usque Suessionem ditioni suæ subjugavit. Eodem anno facta est fames magna, nix etiam, quæ multum ceciderat, impedivit aptum tempus sationis. Asserebant etiam nonnulli, quod in Hasbania frumentum de nubibus pluit. His mirabilibus addiderunt alii asserentes se vidisse, quod etiam pisces de nubibus fluere viderunt, quæ erant præsagia aliquorum malorum. *Hugo* qui callidus erat videns vires *Caroli* semper crescere, non amplius per bella sed per callida argumenta cogitans eum vincere occulte pepigit cum *Ancelino* episcopo Laudunensi antiquo traditore, cui tamen *Carolus* plurimum confidebat. Hic juxta condictum quadam parte portas urbis aperuit, & *Hugo Capetus* cum magna potentia intravit, cepitque *Carolum* tam nobilem Principem & regis Franciæ filium in loco suo, uxorem, & quoscunque capere voluit, & fecit omnes eos duci in civitatem *Aurelianis*, & posuit ipsum in custodiam usque ad diem mortis suæ. Sic exhereditata fuit illustris progenies *Caroli Magni*, & *Hugo Capetus* & successores sui obtinuerunt nobile illud regnum usque in hodiernum diem, & Principes Brabantiæ, qui dispositione divina & aucto-

ritate ſanctæ Romanæ eccleſiæ obtinuerunt regnum, ſic per nephandam traditionem expulſi ſunt. Sed quis cognovit ſenſum Domini, aut conſiliarius ejus fuit? Judicia ejus abyſſus multa, in cujus manu ſunt omnia jura & regna terrarum, & transfert regna, & dat ea quibus placuit, & ex malis hominum elicit bona. Nam filius iſtius *Hugonis* nomine *Robertus* fuit bonus & Catholicus Princeps, doctus & liberalis, qui eccleſiam Dei & clerum honoravit, Deuſque per eum miracula fecit. Etiam beatus *Ludovicus* vir tam carus, qui tam in vita quam poſt mortem miraculis claruit, & de quo tam multa miranda leguntur, de iſtius *Hugonis* progenie deſcendit. Et non ſolum iſti duo ſed & plures alii Principes valde devoti & orthodoxi ex hac progenie orti ſunt. *Carolus* prædictus anno ſecundo captionis ſuæ diem obiit anno Domini DCCCC. LXXXVIII. relinquens filium vocabulo *Ottonem*, qui manſit Dux Lottringiæ, & filiam nomine *Gerbergam*, quæ reſidet Comitiſſa Bruxellenſis, & duxit in maritum *Lambertum Barbatum* filium Comitis Hannoniæ. *Otto* in Lottringia principatus eſt XVI. annis, & mortuus eſt nullo relicto herede. Erat ea tempeſtate in *Arduenna* Comes, qui dictus eſt *Godefridus*. Hic ſuffragante ſibi Imperatore obtinuit Lottringiam & partem Brabantiæ. Sic ergo *Gerberga* tam nobilis Domina expulſa eſt de regno Franciæ. Amiſerat patrem & matrem. Amiſit Lottringiam & partem Brabantiæ, & ſolum remanſit Comitiſſa *Lovanii* & *Bruxellæ*, poſt modicum temporis amiſſura etiam maritum. Iſte ergo *Godefridus* tenuit *Lottringiam* aliquot annos. Poſt eum *Goſelo* frater ejus, qui habuit filios *Stephanum* Papam & *Godefridum* probum virum, & *Odam* nobilem dominam, quam poſtea duxit in uxorem *Lambertus* Comes Bruxellenſis, de quo poſtea ſermo fiet. Poſt *Goſelonem* ergo venit *Godefridus* filius ejus. Hic habuit filium gibboſum, qui tenuit Arduennam, *Lottringiam*, & partem *Brabantiæ*, & etiam *Hollandiam* obtinuit. Hic apud *Antverpiam* poſtea martyr factus eſt, nec reliquit heredem, ſed terram ejus obtinuit *Codefridus* de *Boeljon* filius ſororis ſuæ ſanctæ *Idæ*. Hæc in maritum habuit *Euſtachium* Comitem Boloniæ, de quo tres habuit filios, quorum unus fuit hic *Godefridus*, qui poſtea terram ſanctam obtinuit.

‡ qui

Igitur *Gerberga* filia *Caroli* Ducis Brabantiæ, † quæ tam adverſam fortunam pertulit, fuit Comitiſſa Bruxellenſis, & habuit, ut dictum eſt, maritum *Lambertum* cum *barba*. Hic habuit gravem guerram cum epiſcopo Leodienſi nomine *Baldrico*, quem

Sigebert. ad Ann. 1013.

ma-

magno prælio ſuperavit multis nobilibus in bello cæſis. Epiſcopus autem eos, qui in prælio occubuerant, fecit afferri Leodium, & ibi ſepeliri, conſtruxitque ibi ſolemne monaſterium in honore beati *Jacobi* Apoſtoli mandans ſe ibi ſepeliri, poſtquam occiduæ hujus vitæ terminum faceret. Idem quoque *Lambertus* guerram implacabilem arripuit contra *Godefridum* Comitem *Arduennæ*, qui ut præfertur [1] *Lottringiam* ſibi uſurpavit. Convenerunt ergo in con-

1. Unde & Dux Lotharingiæ. Sigebert. ad Ann. 1012. ***Henricus Imp. Godefridum ducem cum exercitu in fines Bratuſpantium mittit ad obſidendum caſtrum Lovanium, ſed inefficax rediit.*** Quod autem Comitum modo mentio Lovanii & Bruxellarum, ex veteri more Francorum eſt, qui Duces provinciis, opidis autem, ſeu territoriis, quæ in eadem provincia, Comites imponebant. Vid. ***lib. 1. de Nobilit. cap. 6.*** Cæterum poſtquam uniti iidem hi Comitatus cum locis aliquot contiguis, inter Ducem & Comites oborta controverſia, univerſa Lotharingia in duas partes diſceſſit. Alia cœpit ſuperior alia dici inferior. Paruit Duci ſuperior, inferior Comitatus, uſque ad Henricum III. qui ut ſupra jam dixi, primus Ducem ſe ſcripſit, Ducem ſcilicet Brabantiæ, aut Lotharingiæ & Brabantiæ, ut & alibi occurrit. Etiam, ſcio, majores ejus Duces ſe ſcripſerant, ſed Duces tantum Lotharingiæ, non duces Brabantiæ, translato in ejus atavum Godefridum *cum barba* Ducatu, quem aſſeruerat ſibi, mortuo in terra ſancta Godefrido Bullionio, Henricus Limburgi Dux, translato ſcilicet ob perfidiam ab Imperatore Henrico IV. ut ſupra hic habet Auctor, & idem rurſum mox infra. Charta eſt Henrici I. Ann. 1200. tenoris hujuſmodi: ***In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ego Henricus dux Lotharingiæ omnibus Chriſti fidelibus, in perpetuum. Ne rerum geſtarum memoriam abolere poſſet oblivio, ad notitiam tam præſentium quam futurorum præſenti ſcripto tranſmittimus, quod Abbas Godefridus eccleſiæ Epternacenſis precibus noſtris exigentibus conſilio & Capituli ſui conſenſu quandam eccleſiam in diœceſi Trajectenſi ſitam nomine Drumthe perpetualiter conceſſit eccleſiæ Trajectenſi &c. Acta ſunt hæc anno*** CIↃ. CC. ***incarnationis domini noſtri Jeſu Chriſti, in præſentia hominum noſtrorum, quorum nomina hic annotata ſunt, Henrici Præpoſiti de Lovanio, Arnoldi Capellani, Reineri Scriptoris, Arnoldi de Weſemale, Arnoldi de Udenchem, Wilhelmi Vulpis, Walteri Hac &c.*** * Nec hinc tota tamen Lotharingia Godefridi cum barba. Inferior tantum ei obtigit, quæ Brabantiam complexa. Superior, quæ Moſellana, Henrici fuit, cum quo bellum, & cum quo Godefridus dein prælio congreſſus. Magn. Chron. Belg. *p.* (*mihi*) 97. ***Nota quod Ducatus Lotharingiæ ſegregatur a Duce Brabantiæ, & per Imperatorem Henricum † ſecundum datur Godefrido Comiti Ardennenſi.*** De altera Auctor mox *p.* 40 ***Mortuo autem Godefrido de Boeljon in terra ſancta Ducatus Lottringiæ devenit ad Henricum ducem Limburgiæ, qui inter ceteros Principes imperii &c.***

* Magn. Chron. Belg. p. 248. *Primum Henricus* III. *ſe Ducem ſcripſit Brabantiæ, cujus patres*

a tritavo, videlicet Godefrido cum barba & deorſum tantum ſe Duces Lotharingiæ nominabant.

† Error eſt de ſecundo. Quartus fuit, non II. ut Auctor mox infra. Add. Divæum *lib. 6. hiſt.*

conflictum valde durum juxta *Florines*, ubi quilibet pro parte ſua laboravit oſtendere quid valeret. Tandem *Godefridus* potitus eſt victoria & *Lambertus* ibi corruit cum aliis multis anno Domini CIↃ. XV. Dum autem *Godefridus* cum trophæo ad propria remearet venit *Reynierus* Comes Hannoniæ filius fratris *Lamberti*, & inſecutus eum grave illi intulit damnum in extremis exercitus ſui. Accidit autem mirabile in morte iſtius *Lamberti*. Portavit enim quaſdam ſanctas reliquias in collo ſuo, ut tutus per eas eſſe poſſet in bellis & in quibuſcunque adverſis, ſed mox ut moriturus erat exilierunt de collo ipſius reliquiæ, ac ſiquis cum impetu eas excuſſiſſet, & volaverunt ſuper collem quendam. Quod cernens miles unus tollit eas, & abſcondit in caliga ſua. Sed mirum dictu mox tibia ejus graviter inflata eſt, donec ad ſanum conſilium aliorum reliquias ipſas depoſuit & reddidit. *Lambertus* hic reliquit filium nomine *Henricum* ſeniorem, *Gerberga* vero mater ejus ſepulta eſt in monaſterio Nivellenſi, ubi ſuper ſepulchrum ejus ſcriptum eſt, quod fuit Comitiſſa Bruxellenſis, filia *Caroli* Ducis. *Henricus* vero ſenior anno Domini CIↃ. XLIII. reliquit filium poſt ſe, cui nomen erat *Lambertus*, & filiam *Machtildem*. Hæc poſtea nupta fuit *Euſtachio* Comiti Bolonienſi, unde habuit filium *Euſtachium* nomine, qui junior *Euſtachius* duxit in uxorem *Idam* venerabilem matronam, filiam *Godefridi* Comitis Arduennæ, cujus frater fuit *Godefridus* cum *gibbo*, de quo ſupra dictum eſt. Qui dum iret ad latrinam, quidam *Sibertus* in inſidiis poſitus vulneravit eum circa inferiores partes, de quo vulnere poſtea diem clauſit extremum. Sancta vero *Ida* tres habuit filios, ſcilicet *Godefridum* de *Boeljon*, qui Princeps relictus eſt in Jeruſalem, poſtquam terra ſancta recuperata fuit, *Balduinum* fratrem ejus, qui poſtea rex *Jeruſalem* fuit, & multis claruit victoriis contra infidam barbarorum gentem, & *Euſtachium* tertium fratrem Boloniæ Comitem. Hæc *Ida* poſt mortem mariti ſanctiſſime vixit, quæ & in vita & poſt mortem miraculis claruit, pro ut in legenda ejus patet. Filios ſuos in diſciplina Dei educavit, quæ digna ſunt Principatu agere docuit, & ad bonos & ſanctos mores informavit. Magnam partem vitæ ſuæ juxta *Bruxellam* & circa manſit. Juxta *Gennappiam* manſionem habuit, prædixitque, quod filii ſui in terra promiſſionis coronam portare deberent, quod poſtea rei probavit eventus. *Lambertus* vero *Henrici* filius fundavit duas Canonicales eccleſias, & aſſignavit præbendas & redditus, unam in *Bruxella*, in loco, qui dicebatur mons ſancti

cti Michaelis, modo vero eccleſia ſanctæ *Gudelæ*, aliam in *Lovanio* in honore ſancti Petri. Ipſe poſtea apud *Tornacum* anno Domini CIↃ. LXVIII. in magno quodam bello occubuit & in *Nivella* ſepelitur. Hic poſt ſe reliquit filium, qui nuncupatus eſt *Henricus*. Iſte habuit captivum quendam nobilem, qui dictus eſt *Hermannus*. Qui nocte quadam ſurgens neſcio per quam induſtriam advenit ad lectum Comitis *Henrici*, & interfecit eum, atque diffugit anno Domini CIↃ. LXX.

Henricus iſte ſecundus reliquit filium hæredem alium *Henricum*, qui in Principatu ſucceſſit, qui duos habuit filios, quorum unus ſimiliter dicebatur *Henricus*, qui etiam prope *Tornacum* occubuit, & allatus apud *Nivellam* ibidem ſepelitur. Alius dicebatur *Godefridus* cum barba, qui progeniem & Principatum multum exaltavit. Nam Ducatum Lottringiæ recuperavit, qui a progenitoribus ſuis fuerat violenter ablatus, quod per talem modum evenit. Nam *Henricus* Imperator qui quadraginta annis imperium tenuit, & multas habuerat victorias, plurimaſque ſuſtinuerat adverſitates, habuit filium *Henricum*, qui cum patre gravem habebat diſſenſionem, interim quod ipſe eo vivente voluit imperare, & patrem imperii voluit facere extorrem. Hinc gravis ſurrexit guerra inter patrem & filium, & Principum imperii diviſa ſunt vota, ita quod aliqui eum patre alii cum filio conſpiraverunt. Mortuo autem *Godofrido* de *Bocljon* in terra ſancta Ducatus *Lottringiæ* devenit ad *Henricum* Ducem *Limburgiæ*, qui inter ceteros Principes imperii infideliter valde ſe geſſit in guerra prædicta. Nam modo patrem contra filium juvit, poſtea deſertor patris factus ad filium ſe contulit, & partes ejus viribus auxit. Tandem mortuo patre filius in imperium ſucceſſit. Et reminiſcens quod infideliter & inſtabiliter quaſi arundo vento agitata *Henricus* Dux *Limburgiæ* ſe habuerat impius, perfidiam execratus abſtulit ab eo Ducatum Lottringiæ, & tradidit eum *Godefrido* cum *barba* Duci Brabantiæ, quia noverat eum eſſe bonum & fidelem, & valde eum dilexit. Per judicium ergo imperiale elevavit eum Ducem ſuper Lottringiam & Brabantiam, & ſic ad veros heredes reverſus eſt Ducatus *Lottringiæ* prædictus juxta diſpoſitionem divinam, quem tamen non ſine labore potuit poſſidere, quia *Henricus Limburgiæ* Dominus dolens amiſſionem prædicti Ducatus erexit ſe contra eum, & ita guerra inter eos orta eſt. Sed *Godefridus* fugavit eum, & interim coegit, quod dimiſit ei totam Occidentalem partem Moſæ, & ſic obtinuit totaliter Lottringiam, & Henrico IV.

fines ſuos ampliavit. Hic religioſis benignus fuit, conſtruxit eccleſias & oratoria, & vere oſtendit ſe de progenie *Caroli* deſcendiſſe. Obiit autem [1] anno Domini CIↃ.C.XL. & ſepultus eſt in monaſterio Affligemenſi, cui de bonis ſuis elcemoſinam elargitus eſt. Cui filius [2] *Godefridus* in Principatu ſucceſſit. Alter filius *Henricus* nomine relictis cunctis ſeculi divitiis ibidem monachus effectus Chriſto domino maluit deſervire. Ejus una filia dicta *Alita* fuit Angliæ Regina. [1] Alia filia nomine *Ida* effecta eſt Comitiſſa Clevenſis. Tertia nomine *Clariſſa* ob amorem Chriſti in virginitate permanſit. Sane monaſterium de *Affligem*, quod ſitum eſt inter *Bruxellam* & *Aloſtum* conſtructum fuit anno Domini CIↃ. LXXXIII. Morabantur ibi quinque milites, qui erant prædones & ſpoliatores hominum, alios per violentiam opprimentes, & plurima mala operantes. Venit vero tunc temporis monachus quidam religioſæ vitæ de monaſterio ſancti Petri Gandavenſis, homo literatus & prudens, & apud *Aloſtum* verbum Dei prædicans multos peccatores convertit, inter quos prædicti milites gratia Dei illuſtrati pœnitudinem de malis ſuis geſſerunt, & de conſilio viri Dei acceſſerunt *Coloniam* ad *Annonem* Archiepiſcopum hominem ſanctum & devotum, cui ſua peccata confitentes ab eo abſoluti ſunt, & in remiſſionem peccaminum injunxit eis, quatenus ad locum prænominatum revertentes ibi domum Dei ædificarent, ubi perpeti tempore religioſi homines Deo ſervirent. Quo illi cum gratiarum actione accepto omnibus bonis ſuis renunciarunt, & in vigilia beati Petri, quæ eſt in Junio, ad locum cum ingenti humilitate & adeo pauperes redierunt, ut illic non attulerunt niſi veſtes, quibus amicti erant, dimidium caſeum, & tres panes, & frumenti modicum. Sed Deus qui pauperibus ſuis non deeſt, & provida largitate eos ſemper procurat, ita negotium proſperavit, quod poſt tres annos *Gerardus* epiſcopus Cameracenſis in honore ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli locum ſanctum dedicavit. Comitiſſa quoque *Adela* & filii ſui *Godefridus* & *Henricus* locum libertati dederunt, ut ibi monachi

1. Imo anno Domini 1139. Auctar. Affligemenſ. ad Sigebert. 1139. *Godefridus Lovanienſis, Dux Lotharienſium, magnum patriæ ſuæ decus vir ſuo tempore & tempori & honori ſciens ſe decenter conformare meritur, & Affligemenſis templi ſepultura honoratur.*

2. Idem Auctarium: *Conradus tertius Rex hujus nominis Godefridum filium Godefridi ducis facit paterni honoris ſucceſſorem, ea maximopere cauſa, quia ſuæ conjugis ſororem ei dederat uxorem.*

1. Go-

naſterium fieret. Tunc illi quinque venerabiles viri accerſierunt monachos aliunde, qui monaſticam eos docerent diſciplinam, & ſic tam ſalubre principium hoc monaſterium ſortitum eſt. Hujus cœnobii primus Abbas extitit vir vitæ venerabilis nomine *Fulgentius*, ad quem *Franco* monachus ſuus ſcripſit pulchrum & valde mirabile opus, quod initulatur, *De gratia Dei.*

Igitur *Godefrido* primo ſepulto ſucceſſit in Principatum *Godefridus* ſecundus filius ejus. Imperator vero *Conrardus* hunc eximio amore dilexit, ſicut patrem dilexerat, deditque ei in conjugem *Lutgardam* uxoris ſuæ germanam, quæ Comitiſſa erat de *Salſenborch.* Anno ſecundo Principatus ſui *Henricus* dominus *Lymburgiæ* revocavit in mentem, quomodo a Ducatu *Lottringiæ* totaliter fuit alienatus, quem pater ſuus ante tenuerat, & bellum contra *Godefridum* Ducem inſtruxit, ac cum poteſtate magna veniens terram illam deprædari cœpit. Quæ *Godefridus* ut audivit graviter tulit, & non parvo pedeſtri & equeſtri congregato exercitu perrexit & obſedit [1] oppidum ſancti Trudonis. Audierat enim, quia volebant præſidium ferre partibus *Henrici.* Qui portas ei aperuerunt, & juramento accepto ab eis fidelitatis & favoris inde movit expeditionem Aquiſgranum, & fecit ſibi provideri de redditibus & bonis, quæ *Lottringiæ* pertinebant, ſeditque duobus menſibus in ſede Imperatoris, & compulit cives, quatenus ſibi faverent & *Henricum* abdicarent. Hic ſtrenuus Princeps anno quarto Dominii ſui diem obiit anno Domini CIↃ. C. XLIII. Sepultus eſt *Lovanii* in eccleſia beati Petri ad Auſtralem partem. Hic reliquit poſt ſe filium *Godefridum* tertium, qui necdum annum ætatis ſuæ impleverat. Cui *Conrardus* Cæſar omnia, quæ pater ſuus habebat, confirmabat & ab imperio tenebat. Mortuo patre nonnulli primates contra hunc puerum inſurrexerunt, inter quos erat *Gualterus Berthout* & *Gerardus* de *Grimbergen.* Iſti funditus deſtruxerunt caſtrum de *Nedelaer*, quod juxta *Vilvordiam* ſitum fuit. Etiam in *Vilvordia* effregerunt aulam, & nonnulla alia, & ſuſtulerunt ſpolia multa. Porro Barones *Brabantiæ* videntes hanc violentiam doluerunt, & ſuccurrere volentes Domino ſuo infanti congregaverunt concionem populi, & obſederunt caſtrum de *Grim-*

Comitem de Lo vocat Godefrid. Monach. ad Ann. 1189.

1. Godefrid. Monach. ad Ann. 1189. *Godefridus dux Brabantiæ & Henricus Comes de Lo propter juriſdictionem opidi S. Trudonis in manu valida bella gerunt. E quibus Dux* LX. *millia hominum contraxiſſe fertur. Comes autem minus ad* LX. *&c.*

Grimbergen, quod captum funditus destruxerunt, secum Dominum suum [1] in cunis habentes. Unde & adversarii valde timuerunt, & inter se tractantes deditionem sui fecerunt. Cum ergo iste *Godefridus* XVII. annos in Principatu exegisset, duxit in uxorem filiam *Henrici* de *Lymburgia*, & sic sedata est discordia, quæ diu steterat inter Brabantiam & Lymburgiam, postquam *Godefridus* avus istius *Lottringiam* contra patrem istius *Henrici* obtinuit, fuitque sibi datum cum isto matrimonio castrum de *Roede* cum omnibus redditibus sibi pertinentibus. Habuit ergo *Godefridus* hic de uxore sua *Margareta* nomine duos filios. Primus fuit *Henricus* postea Dux Brabantiæ, alter *Albertus* episcopus *Leodiensis*. Quem postea *Henricus* Imperator graviter insecutus fecit eum occidi juxta civitatem Remensem VII. Calendas Decembris, & martyr effectus sepultus est ibidem in ecclesia beatæ Mariæ virginis. Porro *Gualterus Berthout* perrexit in Jerusalem & reversus defunctus est anno Domini CIↃ.C.LXXVIII. Anno sequenti *Alexander* Concilium Romæ, & post septem annos anno scilicet Domini CIↃ.C.LXXXVI. *Salhadinus* rex Syriæ terram promissionis obtinuit. *Godefridus* quoque Dux filiam habuit, nomine *Alitam*, quæ Angliæ Regina fuit. Mortua vero *Margareta* uxore sua *Godefridus* Dux duxit aliam uxorem nomine *Imaniam* filiam Comitis *Lossensis*, de qua filius ei natus est, qui dicebatur *Wilhelmus* de *Parwys*. Anno Principatus sui XV. perrexit Ierusalem, & inde rediens post annos sex diem clausit extremum sepultus in *Lovanio* in ecclesia beati Petri ad septentrionalem plagam chori. Itaque anno Domini CIↃ. C. LXXXII. perrexit *Godefridus* hic Jerusalem, filius vero ipsius nomine *Henricus* duxit in uxorem *Mechtildem* de *Bononia* [2] filiam *Mathei*. Natique sunt ei filius *Henricus* nomine, qui

1. Alberic ad Ann. 1150. *Bellum gravissimum ortum erat ante annos circiter viginti inter Ducem Lovanii Godefridum juniorem, & Walterum cognomento Bertolt. Puer quidem Godefridus adhuc in cunis jacchat.*

2. Matthei Comitis Bononiæ, qui frater erat Philippi Comitis Flandriæ. Vid. de ea Divæum rer. Brabant. *lib.* X. *in fin.* Septem fuerunt liberi, quos Henricus ex ea sustulit, quorum nomina etiam prodidit, unius tantum omisso, scriptor alius Brabantus, quem ineditum adhuc servo *lib.* 4. *hist. in fin. Eodem anno*, inquit, *Mathildis Brabantini uxor mortem obiit. Matthei quondam Bononiensis Comitis filia. Liberos ex ea sustulit Brabantinus Henricum Lovaniensem successorem suum, Godefridum Lovaniensem, cui Gasbecanum agrum & Harstallum ad Mosam pater assignavit, & filias quinque, Mariam Ottonis Imperatoris uxorem, Aleidam Arverniæ Comiti nuptam, ex qua processere Robertus Comes Arver-*

qui ei in Ducatu ſucceſſit, & *Godefridus* de Lovanio. Filia ejus *Maria* nupta eſt *Ottoni* Imperatori. Aliam filiam accepit Comes Gelriæ, cujus fuerunt filii *Otto* Comes Gelriæ, *Henricus* epiſcopus Leodienſis, & filia quædam Comitiſſa Juliacenſis. Tertiam filiam *Henrici* Ducis accepit Comes Arverniæ, cujus filius *Robertus* ſucceſſit patri in Principatum. Alius filius fuit dominus *Guido* Archiepiſcopus Viennenſis. Tertius filius dominus *Guilhelmus* Epiſcopus Leodienſis. Filia vero domina *Delphina* Comitiſſa fuit in ſuperiori Alemannia. Alia filia uxor *Bertoldi* de Mechlinia. Quarta filia *Henrici* Ducis primo fuit Comitiſſa *Palatina* ſuper Rhenum, poſtea Comitiſſa Hollandiæ habens filium *Guilhelmum*, qui ſuccedenti tempore fuit Imperator Romanorum, qui dum poſtmodum contra *Friſones* exercitum duceret, ibidem occubuit. Habuit & alium filium nomine *Florentium*, qui apud *Weſtcapelle* Flandrenſes ſuperavit. Habuit & filiam, quæ Comitiſſa fuit Haynoniæ. Ab hoc quoque Duce *Henrico* deſcendit *Henricus* de *Haerſtalle*. Mortua *Mechtilde Henricus* duxit aliam dominam *Mariam* filiam *Philippi* regis Franciæ, cujus filiam poſtea accepit Comes Clevenſis. Anno XIII. Principatus ſui dux *Henricus* perrexit verſus *Jeruſalem*, & cum multis aliis expugnavit civitatem de *Baruth*, quam cepit, & Sarracenos fugavit. Anno Dominii ſui XVIII. venit prope *Uden*, & pugnavit contra *Florentium* Comitem & *Ottonem*

vernorum, Guido Archiepiſcopus Ravennenſis, Guilielmus epiſcopus Leodienſis, Maria uxor Valteri Bertoldi principis Mechlinienſis. Tertia filiarum Mathildis materno nomine ex Florentio Comite Hollandiæ Guilielmum peperit poſtea Imperatorum, & Florentium. Sophia quarta Mechtildis filia ex Ottone Comite Gelriæ Ottonem tulit, & Henricum poſtea epiſcopum Leodienſem. Quintæ nomen non invenio.

1. Quid & ubi illud *Uden*? Et quis Florentius hic quæſo? Ne nauci quidem illud *Uden*? Pro *Uden* legendum *Hoeſden*, & pro *Florentium Theodericum*, VII. ſcilicet. Hic enim apud Heuſden bello captus ab Henrico, cum ad captivitate liberandum Ottonem Gelrum Brabantiam ingreſſus, direpta Sylva-Ducis, capto etiam ducis fratre Wilhelmo de Parwys, gravis præda & onuſtus in Hollandiam rediret. Datus Comes tum in cuſtodiam, nec prius dimiſſus, quam faſſus Ducis ſe vaſallum, ſolutis bis mille libris, Dordracum ei ceſſiſſet. Chron. Brabant vernacul. *in Henrico*, Jo. a Leydis *lib.* 19. *hiſt. cap.* 12. Scriver. in *not. ad Chron. Goudan* Veldenaer in *Theodor.* VII. Refert Divæus *lib.* 10. *hiſt. ad Ann.* 1202. Rectius Buchel. in not. ad Bek. ad Ann. 1200. Argumento eſt charta, quæ ſpecialis de ea re. Et ſic ſe habet, ut ſequitur: *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis: Ne præſentis ætatis negotia conſumat oblivio, literarum indiciis ſolens æternari. Notum ſit igi-*

nem Comitem Gelriæ, & adepto triumpho ambos in bello cepit. Anno Domini CIↃ. CC. XII. in festo Ascensionis anno Principatus sui

tur tam futuris quam præsentibus hujus paginæ inspectoribus, quod discordia fuerat a multis temporibus inter Henricum ducem Lotharingiæ & suos prædecessores, ac inter Theodericum Comitem Hollandiæ & suos prædecessores de terra inter Mosam & Sealdam, de qua catenus processum est, quod illa discordia consilio hominum utriusque tali modo sopita est. Comes resignavit in manus ipsius Ducis, ex utraque parte aquæ Dordrechtswaerde, Herreswaerde, Dussen, ac totam terram inter Siryen & Walewyc usque ad terram Ducis: Hanc quoque terram totam recepit Comes in feudum a Duce, & factus est suus homo ligius, juravit etiam quod de prædicta terra & in propria persona dicto Duci de cætero serviet, tanquam homo ligius domino suo contra omnes homines, excepto Imperio, sicut jus suum est erga Imperium. Nec hoc detur oblivioni, quod Dordrecht, & Dordrechtswaerde, Harriswaerde, & Dussen, datum est concambium Duci & suis heredibus pro terra illa, quam Dux & sui prædecessores calumniati sunt super Comitem ultra versus Zelandiam. Per hoc quoque remanserunt sopitæ omnes discordiæ, calumpniæ, & quæstiones inter eos. Hæc vero concessit Dux Comiti jure Brabantino, ita videlicet, quod nullus heres inde exhereditabitur. Similiter Dux jurabit, quod Comitem juvabit contra omnes homines, tanquam hominem suum ligium, quando consilio suo acquiescere, vel juri Curiæ suæ stare voluerit. Et hoc excepto Imperio, sicut jus suum est erga Imperium. Præter hoc dimisit Comes Duci & heredibus suis omnes suos mercatores per terram Comitis transeuntes tam in aquis quam in terris in omni eo jure theloneorum, quo thelonea fuerunt a principio statuta. Idem vero vice versa Dux Comiti fecit. Præterea Comes renunciavit omni juri, quod habere se dixerat in Breda. Insuper conditum est, quod Comes non retinebit aliquem in terra sua, qui damnum faciat Duci, vel suis hæredibus, quam primum hoc perceperit. Et idem Dux observabit. Omnes homines meliores Comitis juraverunt, quod hæc concordia stabilis permanebit. Similiter homines Ducis. Sane quicquid Duci contingat humanitus, Comes & heredes sui juvabunt heredes Ducis suam conservare terram, & ligium præstabunt eis homagium, ut supra dictum est. Similiter Dux & sui heredes juvabunt heredes Comitis, si Comes decedat. Quod si Comes & Dux moriantur, uxores & heredes eorum sibi invicem assistent, & juvamen præstabunt. Hæc autem ut in posterum rata permaneant, sigillorum appositione tam Ducis quam Comitis sunt inviolabiliter roborata. Testibus his; Theodericus Trajectensis episcopus, Mathildis Ducissa, Heinricus de Limburch, Albertus Comes de Dalburch, Philippus Comes Namurcensis, Wilhelmus frater Ducis, Henricus de Kuyc, Albertus filius ejus, Waltherus Berthout, Godefridus de Scoten, Arnoldus de Grimbergen, Arnoldus de Diest, Leonius de A, Godefridus Castellanus de Bruxelle, Arnoldus de Wesemale, Wilhelmus Vulpes, Walterus Hae. Hi sunt homines Comitis Rutgerus de Morhem, Hugo de Vorne, Theodericus de Althena, Gerardus de Horst, Wilhelmus de Teylingen, Simon, Johannes, & Yfebrandus de Haerlem, Albertus Bernardi, Walterus de Egmonda, Florentius de Wolda, Philippus de Wassenaer, Arnoldus, Henricus, & Johan-

nes

ſui xxvi. intravit civitatem Leodienſem in multitudine gravi hora iii. ubi magnam plagam operatus eſt cædibus & rapinis. Nam aurum & argentum omnia patuerunt direptioni, ſacerdotes & clerici nudati ſunt, nec eccleſiis Dei pepercerunt. Fiebat in eis cædes & rapina. Altare ſancti Lamberti ſanguine manabat. Magna quoque mulierum & parvulorum multitudo interiit. Alii interfecti, & alii ſubmerſi. Iſtis patratis venit *Hugo* epiſcopus apud *Hoyum*, & facta ibi ſynodo gravi excommunicatione innodavit *Henricum* Ducem. Anno ſequenti venit iterum Dux & incendit civitatem *Tungrenſem* incendiis & rapinis patriam devaſtans. Tunc venit *Hugo* epiſcopus & cum eo *Ludovicus* Comes Loſſenſis, & multos de exercitu Ducis interfecerunt, ita quod ad duo millia numerus eorum aſcendit, qui pro majori parte de *Lovanio* & de *Lyra* extiterunt. Et poſtea incenderunt *Leuwis* & *Landen*. Ex iſtis perpendi poteſt, quam ſit periculoſum eccleſiam Dei perturbare. Nam quia anno Domini CIↃ. CC. XII. Brabantiniones tam horrenda mala in eccleſiis Leodii perpetrarunt, hæc eis ſtrages hominum anno ſequenti, id eſt, XIII. apud *Seps* juxta caſtrum de *Montenaken* evenit. Eodem anno *Ferrandus* Comes Flandriæ, Comes *Bolonia*, & Comes *Hollandiæ* obſederunt *Bruxellam* ob hanc cauſam, ne Dux ipſe Regi Franciæ fieret in auxilium. Nam rex Comitem Flandriæ nocere voluit, & paulo ante plurima ei damna intulerat, in quo Dux *Henricus* adminiculum ei præbuerat. Paraverat etiam Rex multas naves ad tranſeundum in Angliam, ut obtineret eam apud *Gandavum* oneratus armis & arcubus, & aliis ad bellum neceſſariis. Hæc ut percepit rex Angliæ miſit fratrem ſuum eum numero, qui veniens apprehendit quadringentas naves cum omnibus copiis, & in Angliam tranſvexit

nes de Ryſwyc, Theodericus de Boekel. Hi & alii quamplures juraverunt. Acta ſunt hæc apud Lovanium anno Dominicæ incarnationis CIↃ. CC. *tertio Nonas Novembr.* Homagium autem id tandem deſiit præſtitum uſque ad Ann. 1283. quo remiſit id Joannes Dux. Verba ejus hæc ſunt:

Nos Joannes *Dei gratia Lotharingiæ & Brabanciæ dux notum facimus univerſis præſentia audituris vel viſuris, publiceque recognoſcimus, & præſentibus proteſtamur, quod nos fidelium hominum noſtrorum communicato conſilio, homagium, quod nos ab illuſtri viro domino Florentio Comite Hollandiæ dilecto conſanguineo noſtro de jure, ut putabamus, exigere conſuevimus, & quod idem Comes prædictus, ut putabatur, de jure nobis ſemper renuit faciendum, quitum proclamavimus, & tenore præſentium quitum penitus proclamamus, illud nunquam a dicto Comite, nec a ſuis heredibus, nos vel noſtri heredes aliquatenus petituri. Cujus literas & inſtrumenta, ſiqua re-*

xit eas. Et poſt hæc Dux pacem cum Comite Flandrenſi fecit, & ab obſidione Bruxellenſi receſſit. Poſt hæc *Otto* Imperator in *Trajectum* ſuperius venit, & *Mariam* filiam Ducis *Henrici* in uxorem duxit, ſicque amicitia confœderati ſunt. A quibus etiam rex Angliæ oppido auxilium flagitavit ſibi impendi. Quod & fecerunt. Venerunt ergo in prælium juxta *Tornacum*, ubi graviſſima pugna acta eſt, & ceciderunt vulnerati multi, ſed rex Francorum triumphum obtinuit. Et capti ſunt Comes *Ferrandus*, Comes Boloniæ, & frater regis Angliæ cum aliis multis militibus & Baronibus non paucis. Otto vero Imperator & ſocer ſuus Dux fugerunt de prælio. Facta eſt pugna hæc anno Domini CIↃ. CC. XIV. Et poſt quatuor annos pax reformata eſt inter *Hugonem* epiſcopum Leodienſem & Ducem *Henricum*. Anno XXXIV. *Henrici* Ducis Henricus filius ejus primogenitus accepit crucem cum aliis Principibus contra *Stadingos*, qui a fide Chriſti apoſtataverunt. Quo cum pervenerunt, venerunt ipſi *Stadingi* in campum exercitumque ſuum valde ordinate diſpoſuerunt, in principio magis acutum, ſed retro latiorem. Et quilibet in fronte conſiſtens habebat fortem lanceam in manu. Quod noſtri videntes timuerunt eos aggredi, quoniam conglobati in unum valde incedebant. Quod unus de nobilibus exercitus Dei intuens dixit: *Magnum dedecus imminet nobis, ſi eos aggredi declinemus. Hinc caute & a latere invadamus eos, & ſic diſſipabitur iſte anterior apparatus.* Quod cum factum fuiſſet, omnes illæ nefandæ copiæ ceciderunt in ore gladii. Interfecerunt etiam mulieres & parvulos, quorum non erat numerus, ſicque reverſi ſunt Principes noſtri in pace magnificantes Deum. Poſt hæc *Henricus* Dux Brabantiæ ſenior apud *Coloniam* diem ſuum obiit, & naturæ debitum exſolvit, ac honorifice relatus eſt Lovanium, & in eccleſia beati Petri in medio chori ſepultus. Quadraginta & novem annos Dux fuit, in quibus raro quievit a prælis. Obiit autem anno Domini CIↃ. CC. XXXV. Nonis Novembris. In eadem eccleſia ſepulta eſt *Mechtildis* conjunx ſua prima, & *Maria* filia ejus uxor *Ottonis* Imperatoris. Secun-

reperiri contigerit in poſterum, facientia de dicto homagio mentionem, illa decernimus pro nobis & noſtris heredibus irrita, & penitus non valere præſentium teſtimonio literarum ſigillo noſtro ſigillatarum. Datum anno domini CIↃ. CC. *octogeſimo tertio, Dominica poſt Dionyſii.*

1. Quam vera hæc calumnia vid. Wilhelm. Procurat. *to.* 4. *Analect.* & quæ ibi notavi, *ad Ann.* 1234.

cunda vero uxor ſua ſepulta eſt in monaſterio Affligemenſi anno Domini CIↃ. CC. XXV.

Henricus ſecundus Ducatum Brabantiæ & Lottringiæ aſſecutus eſt, qui diu ante mortem patris militiæ caractere inſignitus fuit. Probus, & magnanimus, & ſtrenuus ad bella. Hic in matrimonium conſecutus eſt Mariam filiam *Philippi* Regis Romanorum, qui filius fuit *Frederici* ſenioris, qui Fredericus, dum accepiſſet crucem contra *Sarracenos* in ſubſidium terræ ſanctæ, veniens ad quandam aquam, dum magno calore æſtuaret, exutis veſtimentis voluit ſe lavare, & ibi ſubmerſus fuit, de quo Chriſtianitas non immerito doluit. *Philippus* hic tres filias habuit, quarum una data eſt regi Hiſpaniæ. Altera nupſit regi Boëmiæ. Tertiam accepit *Henricus* Dux Brabantiæ prædictus, de qua natus eſt *Henricus* tertius, qui patri in Principatum ſucceſſit, & quatuor filiæ, quarum una tradita eſt fratri Regis Franciæ, Comiti Arteſiæ & ſancti Pauli. Altera data eſt Duci Bajoariæ, quæ modo dicitur Bavaria. Tertia *Beatrix* nomine conjuncta eſt in matrimonio Lantgravio de Thuringia. Poſt ejus mortem accepit eam *Wilhelmus* Comes Flandriæ, ſed nullus heres ex eis natus eſt. Quarta filia *Margareta* relictis omnibus, quæ mundi ſunt, in virginitate perſeveravit, & facta eſt ſanctimonialis fœmina devota in monaſterio, quod dicitur *Vallis Ducis*, Deo perpetuo ſerviens, ibique dedit magnam decimam van *Overyſche*. Quæ Abbatiſſa tandem facta ibidem in Domino feliciter obdormivit. Mortua autem prima uxore Dux *Henricus* deſponſavit ſibi nobilem *Sophiam* filiam ſanctæ *Eliſabeth*, quæ olim fuerat Lantgravia Thuringiæ. Hæc *Sophia* bona fuit, & devota, conſtans, & dominum timens, infirmos libenrer viſitans & conſolans, ac eleemoſinas eis tribuens, ſequens veſtigia ſanctæ matris. Ex hac natus eſt filius, qui etiam dictus eſt *Henricus*, & poſtmodum factus eſt Lantgravius Thuringiæ, qui tamen ſapienter ſe non rexit. *Henricus* iſte Dux, qui magnanimus dictus eſt, magnas exercuit inter Rhenum & Moſam guerras. Nam *Randerode* funditus deſtruxit, & obſedit civitatem *Coloniam*, & inde ad ſaperiora progreſſus venit uſque *Bunnam*, & vineta excidi mandavit, nec ullus ei reſiſtere auſus fuit, & ſic per totam patriam tranſiens inimicorum ſuorum ſuperbiam humiliavit. Dum vero obſideret *Coloniam*, accidit quadam die, quod homines ſui convehentes piſces, & ad exercitum deferentes, tranſirent ante caſtrum de *Daelhem*. Tunc illius caſtri Domini filii deſcendentes rapuerunt piſces aſportantes

in castrum. Quod Dux ut comperit commotus juravit se vita comite eis, qui hæc fecerunt, in caput eorum retribuere, antequam in Brabantiam reverteretur. Venit ergo & castrum de *Daelhem* obsidet, & cum omnibus suis pertinentiis cepit, per quod Brabantia multum fortificata est. Huic Duci Summus Pontifex honorem magnum exhibuit, cum Imperialem ei coronam ut acciperet misit, quam tamen non acceptans filio sororis suæ *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ transmisit. Qui electus in Imperatorem *Aquisgranum* mirabili quadam industria & exquisito ingenio cepit. Quem postea Frisones per infortunium occiderunt. Post hæc mortuus est Dux *Henricus* apud Lovanium anno Domini CIↃ. CC. XLVII. postquam annis XII. principatus est, relatusque sepultus est in monasterio Villanensi ordinis Cisterciensis.

Henrico secundo mortuo successit filius ejus *Henricus* tertius. Hic adeo mansuetus fuit, & in moribus compositus, quod vix posset illud enarrari. Aspectus etiam dulcis erat & morigeratus. Duxit autem in uxorem filiam Ducis Burgundiæ, quæ *Alita* dicebatur. Inde nati sunt tres filii, *Henricus*, *Joannes*, & *Godefridus*. Filia vero dicebatur *Maria*, quam accepit in uxorem *Philippus* rex Franciæ. *Godefridus* junior istorum trium filiorum, probus & strenuus miles una cum filio suo Joanne in bello Cortracensi occisus est. Iste *Henricus* Dux annis XIII. principatus est, & post viam universæ carnis ingressus sepultus est *Lovanii* in Conventu fratrum Prædicatorum, quem ipse fundaverat anno Domini CIↃ. CC. LX. ultima die Februarii. Defuncto ergo patre istorum filiorum ipsi tam erant juvenilis ætatis, quod major eorum adhuc arma portare non quivit. Insuper senior eorum *Henricus* debilis erat, tam sensu stolidus & deficiens, quod patriam gubernare non valebat, quare mater eorum, uxor scilicet defuncti, diu post virum superstes vixit patriam suam feliciter gubernans, & quia senior, ut dictum est, sensu deficiens erat. Postquam octo annis Dux fuerat, primores patriæ de consilio matris præbuerunt Ducatum alteri fratri scilicet *Joanni*. Et Henricus abrenuntians seculo monachalem habitum assumpsit in quadam Abbatia Burgundiæ relinquens temporale dominium, ut cum Christo regnaret in æternum, sicque *Joannes* frater suus in Ducarum Lottringiæ successit. Verum Comes Gelriæ & frater suus *Henricus* episcopus Leodiensis voluerunt acceptare patriæ tutelam tanquam ex linea prosapiæ eis attinentem. Pariformiter *Henricus* Lantgravius Thuringiæ, qui erat patruus juvenum, hanc tutelam expetiit sibi assigna-

gnari, sed domina videns hoc filiis, qui adhuc parvuli erant, & patriæ utile non fore, restitit eis, & vellent nollent a prædicta tutela abegit data eis summa pecuniæ. Dominus vero *Bertholdus*, qui *Mechliniæ* apud sanctum Rumoldum honoratus est, istius Dominæ consiliarius fuit. funeratus.

Nam per eum actum est, quod *Henricus* monasterium intravit, & *Joannes* Dux effectus est Brabantiæ & Lottringiæ in magna gloria, sed & tutor effectus est Aquisgrani anno Domini CIↃ. CC. LXVIII. Duxit autem in uxorem *Margaretam* filiam *Philippi* regis Franciæ de prima uxore, quæ in Arragonia obiit, sed & ipse Rex, ut prædictum est, fortitus est in matrimonium sororem Ducis *Joannis Mariam*, *Margareta* postea in partu defuncta est cum prole partus. Qua mortua duxit aliam conjugem filiam *Guidonis* Comitis *Flandriæ*, quæ etiam *Margareta* nuncupata est, de qua natus est Joannes, qui patri in Ducatum successit, alius *Godefridus* qui juvenis obiit, & *Margareta* filia, quæ postea Imperatrix effecta est, & alia *Mariæ*, quæ Comiti Sabaudiæ nupsit. Accidit autem ut moreretur *Henricus* Dux Lymburgiæ, cujus proximus heres extitit *Adolphus* Comes Montensis, qui pridem omne jus Ducatus Lymburgiæ, quod sibi successu poterat provenire, Duci *Joanni* vendiderat. Venit ergo in terram *Lymburgiæ* volens eam potestative disponere, quam legitime ipse acquisivit. Comes autem Gelriæ oppositum se dicens se usufructum ex terra illa cupere, eumque deberi ex parte uxoris suæ, quæ filia fuit prædicti *Henrici* Lymburgiæ Ducis. Sed quoniam ipsa ante patrem defuncta fuerat affirmabat Dux *Joannes* terram sibi totaliter competere debere. Hinc orta est guerra gravis & diutina, de qua multi postea profligati sunt. *Reynaldus* Dux Gelriæ conquisivit sibi undique auxilia ad resistendum Duci, & attraxit in partem suam *Zuederum* Archiepiscopum Colonienſem, & alios Principes militiæ, *Henricum* videlicet Comitem Lucenburgensem & *Walravium* fratrem ejus, nec non & *Walravium* dominum de *Valckenburch*, qui omnes pariter contra Ducem guerraverunt. Ista Dux Brabantiæ intelligens cogitavit secum dissipare concordiam eorum, pergensque in patrias Archiepiscopi & Comitis vastavit illas & multa intulit damna. Sed constituta die de pace tractanda interim Comes Gelriæ de consilio episcopi Colonienſis Lymburgiam vendidit Comiti de Lucemborch pro summa pecuniæ quam sibi daret. Quod Dux audiens graviter indignatus infremuit, & induens animum leoninum statim eum suis Trajectum superius, quo causa tractatus pacis venerat, exiens versus *Valc-*

kenborch, quo Comes cum ſuis intraverat, perrexit, quatenus Archiepiſcopum ibi incluſum obſideret, ſed ille per exploratores ſuos adventum Ducis agnoſcens timore correptus fugam iniit, & Dux ipſum inſecutus in patria ſua multa mala perpetravit longe lateque pervagatus, ſed ut in confuſionem inimicorum ſuorum ipſemet equos ſuos in Rheno adaquavit, & inde pergens verſus *Bunnam* vineas excidi fecit. Nec his contentus in Brabantian miſit pro canibus ſuis, quatenus in nemoribus Archiepiſcopi venationes exerceret, ut videretur potius terram hoſtium ſuorum intraſſe cauſa recreationis & gaudiorum quam cauſa præliorum. Itaque dum Princeps iſte invictus talia perpetraret, etiam confinia vaſtans in terra hoſtili, acceſſerunt ad eum Comes *Montenſis*, & *Walravius* Comes *Juliacenſis*, & plures alii nobiles, nec non de civitate *Colonia*, proſternentes preces eorum coram eo, quatenus cum eis *Woringiam* obſideret, quæ erat locus peſſimus ſub Archiepiſcopo conſtitutus. Unde negotiatoribus & peregrinis multa incommoda provenerunt. Nam a prædonibus, qui ibi morabantur, diripiebantur frequenter eorum bona, allegantes etiam quod Comitem *Lymburgiæ* iſta facere deceret. Qui precibus eorum benigne annuens obſedit illum diaboli nidum volens ſtrata publica reddere quieta, & ea a ſpoliatoribus purgare. Tunc Archiepiſcopus iſta conſiderans amplius diſſimulare non potuit, quia alienus Princeps in terra propria munitiones ſuas ſibi per obſidionem tollere vellet. Miſit ergo longe lateque per regnum Germaniæ demandans pro amicis & propinquis, accerſiens cunctos, qui ad hoc negotium apti eſſe viderentur, & congregavit exercitum tam magnum tamque fortem, quod vix in partibus illis ſimilis fuerit viſus. Anno ergo Domini CIↃ. CC. LXXXVIII. in feſto ſancti Bonifacii, in menſe Junii, XXVII. anno Ducatus *Joannis* computatis annis, quibus frater ſuus cum matre principabatur venit Archiepicopus cum horrendo & tam robuſto exercitu, quod etiam contra totum paganiſmum poſſe confligere videbatur. Erat cum eis *Reynoldus* Comes Gelriæ, *Henricus* Comes de Lucemborch cum *Walravio* fratre ſuo, *Walramus* dominus de *Valckenborch*, Comes de *Naſſouwen*, qui poſtmodum imperator fuit Romanorum, itemque Comes *Moerſenſis*. Hi omnes cum ingenti terrore venerunt putantes ſe Ducem abſque labore poſſe obtinere. Attulerunt etiam compedes, manicas, & funes, quibus Brabantiones captos vincirent. Dux vero *Johannes* ab omnibus iſtis permanſit imperterritus, & relinquens obſidionem diviſit ſuos in tres turmas, & oc-

occurrit eis in campum, quamvis illi decem homines contra unum haberent. Allocutus autem ſuos bellatores dulciter & ſapienter tanta conſolatione & confidentia animavit eos, quod repleti gaudio leonum more in adverſarios ruebant. Ab utraque ergo parte acerrime pugnatum pro triumpho & gloria, ac tandem poſt longum conflictum Dux ipſe adeptus eſt victoriam, cæſis, captis, & vulneratis multis. Nam & Comes *Henricus* de *Lucemborch* & frater ſuus *Walravius* interfecti fuerunt, Archiepiſcopus vero, Comes Gelriæ, Dominus de Valckenborch, Comes Murſenſis, Comes de Naſſouwen cum multis aliis nobilibus & militibus capti fuerunt, multi in ore gladii ceciderunt, ceteri cum opprobrio fugerunt. Ex parte vero Ducis pauci corruerunt, quorum principales fuerunt *Walterus Berthout* dominus *Mechliniæ*, & *Arnoldus* de *Zeelhem*, qui fuit probus homo moribuſque compoſitis. Deſtructa ergo *Woringia* & cunctis rebus ſuis inter Renum & Moſam bene compoſitis reverſi ſunt in Brabantiam cum gratiarum actione magnificantes dominum, qui talem aſſiſtentiam tribuerat eis. Et factum eſt poſt quatuor annos dictus egregius Dux *Joannes* filiam ſuam *Margaretam* tradidit nuptui *Henrico* Comiti Lucemborgenſi, cujus pater mortuus fuit in bello, & ſic reformata eſt pax inter eos. Et quia in linea conſanguinitatis attinebant oportuit diſpenſationem requirere a Sede Apoſtolica. Et obtenta fuit a ſummo Pontifice Nicolao quarto. Revolutis autem ſex annis poſt bellum *Woringenſe* Dux Barenſis duxit filiam Regis Angliæ in uxorem. Has volens honorare nuptias Dux *Joannes* perrexit illuc cum magno apparatu. Cum autem celebratis nuptiis cœpiſſent Principes torneamento ſe recreare, *Joannes* Dux cum alio quodam nobili eundem ludum aggreſſus eſt. Ubi, proh dolor! in tertio occurſu truſus fuit in muſculo brachii, ſic quod ex illo vulnere diem clauſit extremum. De quo Brabantia non immerito vehementer indoluit. Cum gravi ergo luctu relatus eſt Bruxellam, & apud fratres *minores* honorifice eccleſiaſticæ traditus eſt ſepulturæ anno Domini CIↃ. CC. XCIII. ætatis ſuæ anno XLI. Fuit autem egregius, moribus probus, & ſtrenuus, nec non & magnanimus, largus & benignus, victorioſus, militibus, pauperibus, munificus, nec unquam alicui quod ei promiſerat fregit. In tanta pace & tranquillitate patriam ſuam gubernavit, quod mercatores libere tranſire poterant abſque formidine, & quæcunque portare, etiamſi de terris inimicorum veniſſent, & ſui ubique pergere poterant, & ob amorem Domini habebantur

in honore. Post cujus obitum succeſſit in Principatum *Joannes* ſecundus filius ejus, cujus mater extitit *Margareta* filia *Guidonis* Flandriæ Comitis.

Tempore iſtius Ducis *Joannis* ſecundi cœpit guerra illa horribilis ac diuturna inter *Franciam* & *Flandriam*, in qua plurima mala acciderunt, & ſtrages morteſque multorum evenerunt, maxime tamen in illo lamentabili bello *Curtracenſi*, ubi tot nobiles interierunt, & pene omnis militia Franciæ concidit ſimulque Brabantiæ & Hannoniæ per manus textorum & fullonum. Inter quos occiſus eſt *Godefridus* frater Ducis Brabantiæ, quem prædiximus ante *Woringiam* victoriam habuiſſe, & dominus *Johannes* de *Vorſoen* filius ejus, Dominique de *Weſemale*, de *Bontheſen*, de *Walen*, de *Ethonem*, *Arnoldus* & *Joannes* filius ſuus, & dominus *Lambertus* filius Domini de Walen, Dominus *Henricus* de *Wilre*, Dominus *Arnoldus* de *Hofſtat* cum tribus filiis ſororis ſuæ, dominus *Geldolphus* de *Winge*, dominus *Wilhelmus* de *Redingen*, & plures alii de Brabantia, egregii pugnatores, quos omnes Godefridus traxerat ſecum. Nulla tamen fuit comparatio reſpectu illorum, qui de Francia & de Artheſia in prædicto bello ſunt ſtrati. Interea tumultus magnus exortus eſt inter Ducem *Joannem* & *Mechliniam*. Nam epiſcopus *Leodienſis* ipſum oppidum [1] tradiderat in manus Ducis. Et ipſe ordinavit ibi Judices & Scabinos.

1. Provincia Belgii Mechlinia, & una ex ſeptendecim, in quo & Bertholdis, qui & Domini ejus dicti, & Leodienſi Antiſtiti ſuum ſingulis olim jus. Sed lapſu temporis Antiſtes ſuum quod habuit Gelriæ Comiti Reinoldo, cui conjux Sophia, Florentii filia de Berthout, ultimi ejus gentis, quod ſtrenua ejus opera fidelique eſſet uſus, in civili, quod ei cum Leodienſibus, bello, in feudum conceſſit. In promtu ſunt, quæ id docent Antiſtitis tabulæ: *Adolphus epiſcopus, Præpoſitus, Decanus, totumque Capitulum eccleſiæ Leodienſis, conſideratis ſuorum, & eccleſiæ ſuæ neceſſitatibus & utilitatibus propter ſervitia, oportuna præſidia, quæ Reinaldus Comes Geldrenſium ipſis, & eorum ſociis contra cives Leodienſes & ipſius eccleſiæ inimicos gratanter impendit, & impendere non ceſſat, matura deliberatione præhabita, de omnium eorum unanimi conſenſu dederunt & conceſſerunt eidem Comiti Gelriæ ſponte & ſcienter in augmentationem ſui feudi, quod progenitores ſui & ipſe ab eis & eccleſia Leodienſi antedicta hactenus tenuerunt, villam ſive civitatem eorum Mechlinienſem, ac alias villas, videlicet Heſſenſem, Leeſt, Humbeke, Muſen, Heveren, Heyſt, cum juribus & pertinentiis ſuis, prout ad eos, & prædictam eccleſiam Leodienſem digoſcebantur pertinere, omniaque cetera bona, quæ Wilhelmus tertius Comes Hollandiæ ab ipſis & eorum eccleſia quondam tenuit obligata, ſalvo ſemper nobili viro Florentio domino Mechliniæ, Sophiæ Reinal-*

Vid. Pontan. lib. 7. hiſt.

nos, & oppidum disponere cœpit. Accidit post paululum, quod ex parte communitatis extitit homo quidam vulneratus bonus & pro-

naldi Comitis conthoralis genitori omnibus suis juribus in præmissis, a prædicto Comite & suis veris heredibus tenendos, & in perpetuum hereditarie, tanquam sua propria, possidendos fructus, reditus & proventus exinde provenientes levandos, & in usus suos pro sua libertate libere convertendos &c. Cum autem a Gelria urbs esset remotior Gelrus rursum eam vendidit Ludovico Nivernensi Comiti Flandriæ centum millibus aureorum Turonensium, quæ sunt centum & XL. millia Regalium monetæ Flandricæ, ut rationem init Meyerus, & ex eo Pontanus *lib. 7. hist.* Sed cum ægre admodum id tulisset Dux Brabantiæ Joannes, suum dicens id esse feudum, a se solo agnoscendum, quod eadem pressus necessitate episcopus eodem modo id & sibi tradiderat, ut Auctor obiter meminit. Verum perperam & injuste, ut Levoldus scribit de Northof apud Meibom. *to. 1 rer. Germ. ad Ann.* 1347. *Sed Dux*, inquit, *qui magnum habebat exercitum, cum episcopus veniret ad ipsum rogandum, quod procederet & veniret, renuit procedere dicens, quod non procederet unum pedem, nisi prius filium suum Henricum infeudaret de Mechlinia. Sicque episcopus positus in angustia, videns in proximo sibi bellum imminere, necessitate coactus fecit, quod jure facere non potuit, & prædictum filium Ducis infeudavit. Licet illa infeudatio non teneret de jure, & esset invalida, tanquam de feudo, quod ex sui prima fundatione hanc conditionem habebat annexam, quod a Comitatu Flandriæ, & a duobus aliis feudis, videlicet Geraldimont & Vorteleem huic feudo Comitis separari non posset.* Durante dein bello cum uterque investituram ab episcopo peteret, Flandro investito, repulsam tulit Brabantus, quod detrectaret juramentum præstare ad voluntatem & in verba episcopi. Idem Levoldus: *Anno Domini* CIↃ. CCC. LVI. *inter Ducem Brabantiæ & Comitem Flandriæ magna orta est contentio super villam Machlinienſem: utroque petente se infeudari ab illa per episcopum Leodiensem, Duce Brabantiæ videlicet ratione successionis & Comite ratione emtionis. Sed quia dux licet dominus episcopus sibi melius faveret, ductus malo consilio facere renuebat ea, quæ erga ipsum & ecclesiam, & maxime quod Mechlinienses de cetero non deberent exire armati contra episcopum & terram ecclesiæ, quia hæc facere & * permittere nolebat, Mechliniam non habebat, quam habuisset, si præmissa feciſſet. Igitur Comes Flandriæ mediante tractatu Comitis Namurcensis, & mediantibus multis pactis, per ipsum juratis, extitit infeudatus per episcopum in Capitulo solemniter, ubi omnia pacta & conditiones appositas expresse juravit.* Sed hic quædam adhuc difficultas: Quod enim Pontanus vult *d. loc.* ad Ann. CIↃ. CCC. XXVIII. a Gelro factam venditionem ea summa, quam dixi, reclamant certe Acta ipsa contractus, quæ extant integra & incorrupta apud Baluzium in Collect. *Act. vett. ad Pap. Avenionens. cap.* 81. docentia factam non a Gelro, cujus nulla ibi mentio, sed ab ipso episcopo Ann. 1333. Eorum hoc est initium: *Universis & singulis præsentes literas visuris & audituris Ludovicus Flandriæ, Nivernensis, ac Regitestensis Comes salutem in Domino sinceram. Literas a Reverendo in Christo patre ac domino nostro, domino Adolpho Dei gratia Leodiensi epi-*

* promittere.

scopo,

probus. Ista Dux cognoscens venit cum militibus & scutiferis, quatenus factum istud vindicaret. Plures etiam probi & notabiles

scopo, ejusque venerabili Capitulo ecclesiæ Leodiensis super alienatione & translatione oppidi Mechlinensis Cameracensis diœcesis & pertinentiarum ejusdem in nos & successores nostros Comites Flandriæ factas pro certa summa pecuniæ nos recepisse & habere noveritis in hæc verba: Universis *præsentes literas inspecturis* Adolphus *Dei gratia Leodiensis episcopus totumque Capiculum majoris ecclesiæ Leodiensis salutem in Domino sinceram cum notitia veritatis. Noveritis quod nos considerantes, quod oppidum nostrum Mechlinense cum suis pertinentiis & juribus universis Cameracensis diœcesis extra nostram potestatem & districtum, in medio quasi Brabantiæ situatum taliter aliorum Principum & Dominorum temporalium jurisdictionibus, territoriis, & districtibus inclusum sit & constrictum &c. & ab hoc &c. nobili & potenti Principi, nobis in Christo dilecto domino Ludovico Flandriæ, Nivernensi, ac Regitestensi Comiti, oppidum nostrum Mechlinense prædictum cum appendiciis, accessoriis, & pertinentiis suis universis, nec non cum omni districtu, honore, potestate, mero, mixto imperio, omnimoda jurisdictione, feudis, homagiis, gardiis, fructibus, redditibus &c. vendidimus & deliberavimus, vendimus, tradimus, & deliberamus, pro certo & competenti pretio, videlicet pro centum millibus librarum Turonensium nigrorum, grosso Turonensi pro sedecim denariis Turonensibus computato &c. Hinc est, quod nos Ludovicus Comes prædictus oppidum Mechlinense prædictum sub modo & forma superius expressis nobis venditum esse recognoscentes, ipsum cum Geraldimont & Bornehem unitum & conjunctum, ut præmittitur, ab eodem domino Episcopo, & ejus successoribus episcopis Leodiensibus, qui pro tempore fuerint successive, in feodum relevare, sibique homagium ac alia de ipso feodo facere, quæ dominis suis boni vasalli facere tenentur &c. promittimus pro bona fide &c.* Quod communiter possessa urbs a Gelro & Leodiensi, ut Meyerus scribit ad Ann. 1333. ex his tabulis non liquet. Vendit solus hic Antistes, & vendit opidum universum, nullo excepto. An in gratiam Antistitis Gelrus forsan rursum destitit? An salvo jure tertii venditio hæc accipienda, salvo nimirum Gelri, cui jus suum invito auferri non potuit. §. 2. *Inst. de h. qu. su. vel al. jur. l.* 11. *ff. de reg. jur.* Intricata nonnihil res est ob crebra Principum bella, contendentium diversa studia, & contraria inter se pacta. Triennio vix elapso post tabulas jam dictas, anno scilicet 1336. inter Flandrum & Brabantum convenit de Mechlinia æqualiter possidenda, lucris & emolumentis invicem inter se dividendis, sic ut hactenus eam possederant episcopus Leodiensis & Margareta Gelrensis, & sic ut Dux feudi dominum agnosceret Flandrum pro semisse, pro altero autem semisse Flander episcopum. Meyer. ad *d. Ann.* Divæ. *lib.* 14. Pontan. *d. loc.* In ea autem pactione quod mirum nihil de Gelro. Nihil etiam in sententia, quam suscepto in se arbitrio dixit inter partes Guilielmus Bavarus Hollandiæ Comes V. qua vi ejusdem emptionis urbs Flandro adjudicata, nulla Gelri mentione. Habet lector eam infra ad Ann. 1358. Alia autem vix ratio, quam quod ditio episcopi pro semisse duntaxat, altero spectante ad toparchas de Grimbergen, e quorum etiam stirpe Walterus

les homines intranei *Mechliniæ* jam exiverant timentes Communitatem, & venerant, quatenus Duci de isto facto querelam deponerent. At indigenæ verentes ne Dux illuc festinanter & minus considerate ad judicum expulsionem procederet, prout jam pridem in *Antverpia* fecerat, ubi nonnulli morti traditi fuerant, portas ei clauserunt. De quo Dux indignatus ipsum oppidum obsidione vallavit, incenditque domos, quas extra mœnia invenit. Porro feria quinta in cœna Domini Antverpienses, Lyrenses, & populus de Ryen castra metati fuerunt ad partem versus *Ryen*, & Dux cum cuneis suis erat ad aliam partem versus Brabantiam, sic quod una pars alteri succurrere non potuit, si necessitas vel periculum incubuisset. Porro fratres Prædicatores & fratres *Minores* discurrebant utrimque, quatenus inter Ducem & oppidum pax redintegraretur. Quare *Antverpienses* & *Lyrenses* putantes jam pacem esse compactam dederunt se ad ludos & spectacula. Quod *Mechlinienses* considerantes exierunt armata manu,

rus de Berthout, ut Auctor clarius ait infra. Episcopi facta erat concambio, ut tum temporis dicebant, seu permutatione inita cum cœnobio Lobiensi, cui unus ex dominis, cui media pars opidi, cum plures essent fratres, ab intestato obtigerat, in remissionem peccatorum eam volens tradiderat. Gelri inter cetera etiam titulo successionis, quod duxisset Sophiam Florentii de Berthout filiam, ut dixi, ultimi ejus gentis, unde ei filia, cujus tum erat tutor, mox Comiti Clivensi nupta. Flander autem semisse empto ab episcopo à Gelro paulo post etiam alterum comparavit. Docent Flandri codicilli, quibus spondet se Gelrum ob venditionem sibi factam præstiturum indemnem. Anni sunt CIↃ. CCC. XXXIII. Vid. apud Pontan. *lib. 7. hist. p.* 217. Post varios dein casus inter Flandrum & Brabantum inter eos convenit, ut solutis Flandro a Brabanto XXXVI. millibus aureorum Regalium Brabanti esset opidum in solidum & ex asse, ut & Auctor scribit infra & Meyer. ad Ann. 1346. atque ex eo Pontan. *lib. 7. hist.* Et necdum tamen quies. Asserta rursum Flandriæ sub Joanna Ducissa, ut Auctor itidem *d. loc.* Mox Joannis de Wesemale ex familia Grimbergensi. A quo cum eam repeteret Arnoldus dux Gelriæ Wesemalius per literas respondit, ut Pontanus habet *lib. 9. hist. p.* 451. *Quod ad hæc scire te velim me ditionem Mechlinienſem meum legitimum peculium judicare, quodque ad me jure est devolutum, mihique legitime delatum adjudicatumque. Estque eadem ditio sita in solo Ducatus Brabantiæ, ubi jus & æquum colitur & administratur cuique id petenti, ubi & juri & justitiæ me sistere paratus sum adversus te atque eos universos, qui sibi hic aliquid juris competere existimans.* Tandem quum Flandria, prorsus jam extinctis vetustioribus dominis, eundem agnovit dominum, quem agnovit Brabantia, Mechlinia ut terris Brabantorum undique circumcincta Brabantiæ deinceps pars habita.

nu, & irruerunt repente super eos improviſos, & multos occiderunt, inter quos erant duo ſtrenui & egregii milites *Gerardus* de *Vorſelaer* & *Godefridus* de *Lyra*, qui in multis fuerant expeditionibus, & fugere erubuerunt. Reliqui vero ſeſe ſalvarunt. Manſit etgo hæc guerra uſque ad menſem Auguſti, & Dux ubique præceptum dedit, nequis victualia *Mechliniam* conveheret aut tranſportaret, & ſæpenumero Ducis neceſſarii ad victum exierunt. Plures eorum jugulabantur, ſed & ipſi mala quæ poterant Brabantiæ intulerunt. Tandem fortes, altas, & latas fabricaverunt naves, per quas ſe putabant poſſe reſiſtere hoſtibus, & perpetrare quæ volebant. Sed multum aliter evenit quam cogitabant. Nam homines ex parte Ducis hoc præſenſerant, & ſe contra machinationes eorum præparaverant. Itaque fabricatis navibus exierunt quadam nocte igne ſulphureo flagrantes terribiliter multum, & venerunt verſus *Scaldam* prope *Rupelmonde*. Ibi qui erant ex parte Ducis cum navibus reſtiterunt eis, & pugnatum eſt multum acriter, fiebatque cædes hominum. Tandem illi de *Antverpia* advolaverunt, & ipſos horribiliter aggreſſi ſunt, ſic quod victoriam amiſerunt. Capti ſunt valentiores de exercitu eorum, multi neci dati ſunt, multique ſubmerſi, pauci fugere potuerunt. Sic tandem *Mechlinienſes* bello fatigati pacem fecerunt, nec ultra domino ſuo rebellare præſumpſerunt. Circa iſta tempora Communitates cœperunt ſe contra nobiles erigere in multis locis. Nam poſt tres annos calamitatis *Mechliniæ* cœpit Dux contra *Bruxellenſes* moveri, qui tunc erant inſolentes & animoſi. Et propter quendam de Communitate vulneratum deſtruxerunt manſiones Dominorum & nobilium. Duciſſa tunc degens *Bruxellæ* rogavit eos, quatenus ab auſu iſto temerario temperarent, quod illi facere deſpexerunt. Ob quod Dux plus commotus eſt, dum audivit uxoris ſuæ preces ſic contemptas. Nobiles & ditiores fugerunt de oppido metuentes vita privari inibi ſi remanerent. Dux & ſui morabantur in *Vueren* & in *Vilvoerden*, & etiam profugi de *Bruxella*. Unde in feſto *Philippi* & *Jacobi* Duce morante apud *Vilvordiam* Bruxellenſes exierunt cum magna poteſtate, & venerunt erectis vexillis in prata de *Vilvorden*. Hoc Dux percipiens exivit obviam cum paucis minus conſulte, ſed tamen eos reverti fecerunt LXX. morte proſtratis. Ceteri refugerunt intra munitionem murorum, nec ultra audebant reſiſtere formidine tabefacti, ſed ſe voluntati Principis tradiderunt. Et pariformiter ex hoc eventu per totam Brabantiam communitates fuerunt humiliatæ,

pavefacti

quæ

quæ contra nobilitatem erexerant manus. Eo tempore multi populares se congregaverunt de pluribus provinciis, id est, de Almania, de Francia, de Brabantia, de Hannonia, & aliis provinciis, qui conspiraverunt se velle ire ad terram sanctam contra infideles, sed hoc inconsulte & temerarie inceptaverunt. Nam nec a sancta Romana ecclesia crux fuit prædicata, nec habuerunt Ducem vel Principem, qui eos duceret, & per quem uniti & concordes incedere possent. Erant autem plebeji, & Judæos, ubicunque in via invenerunt, eos neci tradiderunt. Quapropter Dux Brabantiæ castrum de *Genappen* concessit Judæis, ut in eo sese defenderent, quod populus iste capitosus & temerarius statim obsidione vallavit. Quibus Dux mandavit, ut a cœpto desistentes recederent. Cujus precibus & monitionibus dum illi non flectereutur, personaliter eos adiit, inducere volens, ut acquiescerent rationi. Quod dum facere recusarent compulsus bello eos superavit. Cæsis nonnullis, reliqui fuga sese exemerunt. Perrexeruntque turbæ istorum populorum Avinionem ad summum Pontificem, qui præcepit eis, ut quantocius domum repedarent. Et sic stulti isti reversi sunt domum inopes, & tam pauperati, quod vix calceamenta haberent in pedibus. Accepit autem Dux iste *Joannes* in connubium *Margaretam* filiam Regis Angliæ, qui dictus est bonus *Eduardus*. Et inde natus est *Joannes* tertius. Hic *Joannes* secundus fuit miles strenuus, adhuc juvenis, dum defunctus est. Elegans fuit & gratiosus, moribus bene dispositis & facundus, dulcis sensu, & a contumacia alienus. Diu fuit in obsidione cum exercitu coram *Wassenberge*, quod tamen tandem obtinuit eum omnibus, quæ pertinebant ad illud, & quamvis pater suus in armis fuit strenuus & victoriosus, iste tamen cum exercitu ultra Mosam longius processit quam ille. Nam & *Reckelichusen* obsedit, quod & bellando acquisivit adversariis opem ferre non valentibus. Attamen guerra non fuit proprie sua, ad persuasionem consiliariorum suorum opem tulit Comiti de *Marka*, cui sua quidam auferre conabantur. Etiam in tempore suo bellando cepit *sinte Geerbergen*. Invite bella acceptavit, sed cum vidit id oportere, tantæ fuit audaciæ, tamque magnanimus, quod omnes mirabantur. Post hæc postquam Dux fuerat decem & octo annis diem obiit apud aulam de *Veuren*, & relatus *Bruxellam* honorifice [1] sepultus est in ecclesia sanctæ *Gudelæ*

1. Divæ. *lib.* 13. *hist. in fin. His peractis Joannes Dux, invalescente vi*

delæ anno Domini cıɔ. ccc. xii. Et anno ſequenti mortuus eſt Comes de *Lucemburch* imperator Romanorum, qui cum gladio & pugnante manu uſque *Romam* cuncta obtinuerat. De quo ferebatur, quod fuit intoxicatus, dum glorioſam accepit euchariſtiam in feſto aſſumptionis virginis beatæ Mariæ.

Mortuo ergo Duce filius ejus *Joannes* nominatus patriam obtinuit. Tunc magna ſurrexit adverſitas in Brabantia. Nam negotiatores ejus ubique in aliis provinciis arreſtabantur, & capiebantur propter debita, quæ contraxerant avus & pater ejus, quæ necdum ſoluta erant. Iſta calamitas plus quam per annum duravit. Dux etiam, quia puer erat, & domini, qui Conſiliarii ejus erant magis, quæ ſua ſunt, quærentes quam quæ Jeſu Chriſti, negotiatorum luctuoſas querelas non ponderabant, ſed ſua quæritantes lucra has pro nihilo habebant. Itaque negotiatores & cives videntes ſe nihil proficere habito inter ſe conſilio adierunt Dominum ſuum, & ſuggeſſerunt ei, quod conſilium ſuum ad eos convertere vellet, ipſi omnia patris ſui debita perſolvere vellent, quamdiu ipſe puer eſſet, nec hoc in damnum ſuum converti timeret. Quibus Dux acquieſcens convertit conſilium ſuum ad eos, & ipſi debita plenarie ſolverunt, propter quod inter nobiles & cives quædam ſimultas & diſſenſio exorta eſt. Et ita negotiatores a tanta calamitate liberati pergebant, quo volebant.

Anno Domini cıɔ. ccc. xv. extitit pluvia gravis & diuturna, per quam blada & fructus alii maxima ex parte interierunt. Incepit in Majo, & duravit fere per annum. Eodem anno cœpit ingraveſcere fames intolerabilis, & vix unquam talis audita eſt, nec ſolum in bladis, ſed etiam in aliis victualibus extitit cariſtia valde magna, ita quod egeni & pauperes jacebant in plateis plorantes & gementes, multique mortui ſunt ex fame, ſic quod & lx. cadavera in puteum jecerunt, & ſic eos humo obruerunt. Et anno ſequenti mortalitas valde gravis ingruebat ſuper divites & pauperes, ita quod revera dicebatur, quod tertia pars hominum interiit, & ſic peccata hominum Deus punivit. Omneſque ludi, gaudium & tripudium illis diebus converſi ſunt in gemitum & luctum. Et poſt paululum cernere erat Cometam in aere, quæ portendere ſolet caſus adverſos. Iſti Duci *Joanni*, dum adhuc eſſet incompos rationis, data fuit uxor filia domini *Ludovici* Comitis

vi morbi, Furæ hac vita deceſſit vi. *Kal Novemb. Cujus corpus Bruxellam delatam in baſilica D. Gudilæ conditum eſt, in medio chori.*

tis *Ebroncnſis*, qui filius fuit Regis Franciæ, & mater hujus *Ludovici* fuit ſoror primi *Joannis* Ducis Brabantiæ, qui apud *Woringiam* victoriam habuit. Et ſic quia iſte Joannes tertius & nupta ſua linea conſanguinitatis ſe contingebant ſummi Pontificis diſpenſatio intervenit. Poſt aliqua tempora *Otto* de Bueren, filius *Alardi*, qui in Gelria morabatur, depoſuit querelam apud Ducem, quod fœdera & conditiones, quæ a prædeceſſoribus Ducis patri ſuo factæ fuerant, non ſervabantur. Sed videns ſe nihil proficere, & quod ea quæ dicebat non ponderabantur, ipſe ubique adminicula congregans venit armata manu ante *Tiele*. Quod oppidani ut viderunt multi eorum armis freri exierunt, & *Ottonem* aggreſſi ſunt. Qui contra eos prævalens ac nonnullis eorum morte proſtratis eos fugavit, & quod plus eſt eos inſequens oppidum armipotenter ingreſſus eſt, & ut ferebatur intranei per traditionem aliquorum iſta ſuſtinuerunt. At ille oppidum ſpoliavit, & manubias civium comportans poſuit in multis quadrigis, & fecit deferri ad loca, ubi ea tuta habere cupivit. Iſta quanquam Dux ægre valde tulerit, quia tamen juvenilis erat ætatis, & conſiliarii ſui, qui ipſum regebant, ſegniter ſe agebant, metuentes *Wilhelmum* Comitem Hollandiæ, cujus ſororem quanquam illegitimam prædictus *Otto* duxerat in uxorem. Poſtea apud *Hoochſtraten Wilhelmus* Comes Hollandiæ & Comes Gelriæ, qui partes *Ottonis* defendebant contra Ducem Brabantiæ & conſiliarios ejus ſimul in hunc tractatum convenerunt, ut *Otto Lovanium* veniret & in cuſtodia poneretur. Quo facto poſt modicam temporis intercapedinem a priſione relaxatus eſt, de quo plurimi mirabantur tam grande ſorefactum ſic leniter potuiſſe tranſire. Sed Comes Hollandiæ juxta Ducem occultos invenit amicos, & ſic tam ponderoſum factum in auras evanuit.

Eburonenſes

Mortuo autem, ut ſupra dictum eſt, Imperatore *Henrico* electus fuit *Ludovicus* frater Ducis Bavariæ, ſed epiſcopus *Coloniæ* ſibi adverſabatur, qui modis omnibus Ducem Auſtriæ imperatorem nitebatur introducere. Sed ille *Aquiſgranum* eum adduxit, & coronatum poſtea invitis omnibus ſibi adverſantibus reduxit. Hoc videns epiſcopus Colonienſis acceſſit apud *Bonnam* & in eccleſia Auſtriæ Ducem coronavit, & imperii diademate inſignivit. Inde exortæ ſunt guerræ & multa prælia inter Gerardum Comitem Juliacenſem & *Reynaldum* dominum de *Valckenburch*. Uterque enim eorum in alterius provincia rapinas & incendia exercuit. Tandem *Reynoldus* ipſe captus poſitus eſt in caſtro de *Miderge*, *Middachte*

unde evadere non potuit, nisi redimendo se gravi & magna summa pecuniæ. Taxavit ergo populum suum & bona eorum, sed & bona civium Trajecti superioris, qui in terra sua situata fuerunt. Qui ex hoc non parum turbati Duci super hoc querimoniam deposuerunt. Misit ergo ad *Reynoldum*, quatenus civibus suis pecuniam restitueret ablatam. Sed ille hoc renuens facere respondit juris sui id esse, & sic incepit guerra multum nociva inter ipsum & *Trajectum* interim quod Brabantiæ heres id amplius sustinere non potuit. Congregavit ergo exercitum fortem & validum, tamque pulchrum, ita quod dicebatur nullum unquam dominum ultra Mosam tam copiosum exercitum duxisse. Veniens ergo in partes illas incendia & fumus ubique visebantur, ac ipse statim *Zittart* obsedit, quia erat melius & fortius oppidum totius patriæ, & habitatores terræ bona sua istuc convexerant. Duo fossata bene aquata cingebant illud, & bene munita, & in illud convenerant multi milites & Barones ad defendendum, inter quos erat Comes de *Vernenborch*, Dominus de *Rennenborch*, nec non & *Tutor Coloniæ*, & plures alii egregii pugnatores. Venit ergo exercitus prima die Augusti, & gravi obsidione circumdederunt munitionem, & per horribilem assultum aggressi sunt, licet temerarie & inconsulte. Nam plures de Lovanio, qui erant in parte Occidentali, accesserunt ad ligneum vallum exterius, & tam fortiter pugnaverunt, quod statim ipsum ceperunt, & incendio concremarunt. Mechlinienses, qui erant in parte Aquilonari, erubuerunt, si ipsi in quiete sua manerent, & ipsi etiam ferociter accesserunt cum horribili assultu. Quod ut *Antverpienses* compererunt clamantes, hoc dedecus nunquam superabimus, si hic otiosi manemus, accesserunt & ipsi sine modo & sine ordine, & illi qui erant de terra *Breda* sese illis associarunt, & ligneum vallum combusserunt. Fuit ergo assultus iste multum terribilis, & tam diu duravit, quod hi qui de intus pugnabant supra modum fatigati cœperunt viribus corporis & animi deficere, cum ecce subito Lovanienses retro cedentes ad tentoria sua repedarunt. Quod videntes intranei qui ab illa parte ipsis resistebant gavisi sunt, & cucurrerunt ad succurrendum aliis. Ex quo illi animos resumpserunt, qui pene fuerant devicti. Aspicientes vero ab extra pugnantes se non proficere redierunt & illi ad stationes suas. Interim episcopus *Leodienſis* venit *Trajectum*, nam homines sui etiam fuerant exactionati. Pergens ergo trans Mosam obsedit *Haren*, quod erat turris valde munita & fortis, & non lon-

longe a Trajecto ſituata, quæ oppidanis multa ingeſſerat mala. Capta ergo munitione omnes in ore gladii corruerunt, qui intus erant milites, ſcutiferi, & etiam, quod lugubrius eſt, ſacerdotes. Erat unus homo inter omnes, qui Gallicanum noverat idioma, qui arripiens lectum ſuper humerum aliqua verba locutus eſt ſimulans ſe eſſe unum de victoribus. Sic induſtrioſe evaſit. Fecit ergo Dux *Joannes* ingenioſas machinas præparari ad oppidum capiendum. Quod advertentes qui intus erant timuerunt valde a facie imminentis mali, & non audentes plus repugnare deditionem fecerunt, ut ipſi ſalvis ſuis evadere poſſent corporibus. Dux miſericordia motus deditionem eorum acceptavit licet nonnullis ſuorum hoc graviter ferentibus. Cum ergo hi, qui ſub miſericordia Ducis ſe tradiderant, oppidum de *Zittart* exire deberent, tumultus Communitatis in caſtris exortus eſt, & cum ingentibus turmis concurrerunt, ut eos interficerent, ita quod oportuit portas occludere contra eos, & niſi Dux confeſtim accurriſſet omnes jugulati fuiſſent. Sic ergo protegente eos Principe ad ſua redierunt. Videntes iſta hi qui in caſtro de Harle erant pavore perterriti tradiderunt munitionem ipſam Duci, & ille in ambabus munitionibus cuſtodes poſuit, & ſic domum regreſſus eſt. Acta ſunt hæc anno ccc. XVIII. & in vigilia beati Laurentii munitionem illam obtinuerunt. Eodem anno facta eſt mortalitas magna in vaccis, & tam multæ hac lue moriebantur, quod vix decima pars potuit ſuperfuiſſe, & homines carnes bovinas comedere non audebant, ſecutuſque eſt magnæ ſiccitatis autumnus. Circa iſta tempora venit Dominus de *Saſſenberge* aſſerens quod patria de *Heuſden* hereditarie devenerat ad uxorem ſuam, acceſſitque ad *Bruxellam*, quatenus eandem terram in feudum de manu Ducis acciperet. Quod dum ſecundum placitum ſuum obtinere non poſſet perrexit ad Comitem Hollandiæ *Wilhelmum*, perſuadens ei, quod prædicta terra ab eo teneri deberet. Qui verbis ejus aurem accommodans obtinuit terram illam a prædicto domino. Et fecit in oppidum de *Heuſden* plures armigeros venire de Hollandia & Zelandia cum poteſtate magna, quatenus violenter contra Ducem illud teneret. Verumtamen Dux caſtrum imminens oppido peroptime fecerat muniri victualibus & armis, & erat ibi ex parte ejus homo audax & ſtrenuus, dictus *Joannes* de *Elshout*. Nam ſi caſtrum ab eo ſic munitum non fuiſſet majores inde exortæ fuiſſent calamitates. Allegavit Dux contra Comitem, quod caſtrum ſibi pertinebat ad accedendum & recedendum, quando vo-

le-

lebat, & quod avus ſuus oppidum & burgum pugnando obtinuit. Comes e contra dicebat ſua hæc eſſe debere, & quod ultima bona forent ipſius. Inde ergo Iis ſurrexit. Cum ergo veniſſent pugnatores validi caſtrum obſidere cœperunt immittentes ſaxa, & aliis machinamentis graves fecerunt aſſultus. Sed qui intus erant viriliter repugnabant, & mittentes jacula adverſariis non parvam jacturam intulerunt. Nam quotidie jaculis vulnerati & perforati verſus *Dordracum* cum magno luctu vehebantur. Igitur videns Comes ſe ſuoſque nil proficere, quin & indies damna ſibi exaggerari, venit tandem ad colloquium, quod erat ſtatutum pro pace redintegranda. Sed ibi per ſententiam abjudicata ſibi ſunt oppidum & burgus, & ſic fruſtratus intentione ſua ad propria remeavit. Interea venerunt amici & propinqui *Reynoldi* domini de *Valckenborch*, & fecerunt pacem, ſic quod Dux Brabantiæ teneret *Zittart* & *Harle*, & *Trajectum* ſuperius ipſe amplius non inquietaret, ſed in pace dimitteret. Sed hæc pax non diu manſit in effectu. Nam quia odii ſeminaria in mentibus remanſerunt inde multifaria inimicitiarum germina prodierunt. Tandem *Reinoldus* compulſus fuit venire Lovanium tanquam captivus Ducis. Non tamen in cuſtodia poſitus fuit, ſed potuit libere in civitate ambulare, & foris equitare, dummodo veſpere in oppidum rediret. Interea anno Domini CIↃ. CCC. XXIV. venit *Joannes* rex Bohemiæ *Bruxellam*, filius *Henrici* Imperatoris & *Margaretæ*, quæ fuit filia primi *Joannis* Ducis Brabantiæ. Depoſuit ergo Rex gravem querelam, quod mater ſua Imperatrix nullam partem acceperat de bonis patris ſui defuncti, petens inſtanter, quatenus ſibi ſatisfieret. Dux reſpondit hoc nec juſtum nec conſultum eſſe, quod filia divideret in hereditate Ducatus, ſed ad filium devoluta eſſet, & ſi de hoc judicium vellet audire, ipſe illic comparere foret paratus. Rex ex his verbis graviter offen-
cito ſus reſpondit ea, quæ ſibi apta videbantur, & quam rite poſſet ipſe ſibi de remedio provideret. Iratus ergo & Dux manſit diffidatus, licet hoc nec juſtum eſſet nec honeſtum. Erant enim propinqui ſanguine & Dux erat filius patrui ſui. Inſuper Henricus Imperator diu vixit poſt mortem Ducis *Johannis* ſoceri ſui, nec tamen ſuper hiſce rebus unquam conqueſtus, quod tamen non omiſiſſet, ſi perſpexiſſet æquitati conſentaneum fore. Illo in tempore Comes Hollandiæ *Wilhelmus* dedit in matrimonium filiam ſuam *Ludovico Bavaro*, qui ſe pro Imperatore gerebat, habueruntque conſilium nuptias ſolenniter fore celebrandas ad *Aquis-*

quisgranum locum imperialem. Ad quem locum rex Bohemiæ cum tanta venire potentia & apparatu decrevit, ut oſtenderet ſe de nullo Domino curare. Quod ut comperit Dux Brabantiæ, deliberavit & ipſe illuc venire cum tam forti potentia & ſolemnitate, quod monſtraret ſe apud Aquisgranum hoſpitia ſua parare, & tam copioſe fieri proviſiones victualium, quod omnibus erat ſtupori. Fecit ergo milites ut ſcutiferos uniformi amictu veſtiri. Quod Imperator & Comes audientes tranſtulerunt nuptias apud Coloniam elongantes ſe a finibus Ducis. Sciebant enim *Brabantiones* talis eſſe conditionis, quod dominos ſuos libenter in honore conſervarent. Cum itaque dominus de *Valckenburch*, qui *Lovanii* per modum, quo diximus, captivus erat rumores audiret regem *Bohemiæ* hoſtem Brabantiæ eſſe factum, cogitavit occulte recedere ſine ſcitu Ducis, ut cum adjutorio Regis melius ipſum impugnare valerer. Hoc etiam commodum ipſi regi foret ad exercendam guerram, ſi terram ultra Moſam, quæ dicitur terra *Valckenborch*, in adjutorium aſciſcere poſſet. Sed iſtud nequivit ita celari, quin Dux percepit, & fecit apprehendi prædictum dominum, & duci in caſtrum *Genappienſe*, ubi in forti cuſtodia erat ſpatio duorum annorum. Poſt hæc liberatus eſt ſub certis pactis, cujus fidejuſſores fuerant Epiſcopus Leodienſis, Comes Hollandiæ & Gelriæ. Sed poſtquam in terram ſuam rediit omnino prævaricatus eſt, nec fidem ſervavit, ſed iterum cœpit cædere, & præcipue *Trajectum* ſuperius plurimum vexavit, aliquorum Principum animatus confidentia, qui ei aſſiſtentiam promittebant, ſi Dux cum exercitu Moſam tranſiret. Inter quos erat Rex *Bohemiæ* & Archiepiſcopus Coloniæ, & plures alii Comites. Audiens Dux *Brabontiæ* horum conſpirationem, ac contra eum eorum colligationes nil territus aggregato exercitu tranſivit fluvium Moſam, & veniens obſedit *Valckenborch* in opprobrium omnium inimicorum ſuorum. Erat autem oppidum valde forte & munitum, & caſtrum cominus illud defendebat, & victualibus optime erant proviſi, ac omnia genera armorum in magna copia, petrariæ, baliſtæ, ac arcus, & falariæ, hominesque docti ad prælium in illud erant. Murus fortis cingebat illud ab una parte duplex murus, foſſatum profundum & latum. Ibi exſpectavit Dux novem hebdomadas, & omnes Principes, qui ſe tam animoſe jactaverant timore exterriti in ejus ſuccurſum non venerunt, & ita vana facta eſt ſpes *Reynoldi* Domini de *Valckenborch*.

Videns ergo Dux castrum & oppidum tam esse munita, quod per violentiam capi non poterant, nec populum suum voluit in periculo ponere, ut scilicet per assultus munitionem capere niteretur, inito prudenti consilio multis cum laboribus & expensis exstruxerunt aggerem, ut retenta aqua oppidum submergerent. Quod & factum est, dumque submergerentur domus, qui in inferiori erant parte, fugerunt homines ad superiores partes. Rex etiam Bohemiæ videns se *Reynoldo* cum robore exercitus non posse succurrere, post minas cœpit callide ejus amicitias expetere, & hoc mediante *Gerardo* Comite Juliacensi, qui ad hoc efficaciter elaboravit. Dux autem sicut Princeps mansuetus gavisus est benigne his aures accommodans, quia Rex noverat se forefecisse. Facta est ergo pax ista apud *Rode* oppidum Ducis tribus miliaribus a *Valckenborch*. Rex quoque juravit se ei facturum assistentiam consiliis & auxiliis tempore in omni. Reconciliato ergo Rege & accepto ausu cœpit conari ad liberationem *Reynoldi*, & ad hunc finem tractatus pacis devenit, quod rex promulgaret sententiam, & quicquid ediceret utraque pars ratum haberet. Dux ergo & sui præsumentes de fidelitate tanti Principis cum turmis armatorum ad propria redierunt. In hac autem pactione comprehensum est, quod murus & portæ illius oppidi frangerentur. Fecit ergo Rex astutia sua, quod fortitudine efficere non poterat, dum plures expensæ factæ fuerant quam quatuor *Valckenborch* valerent. Postquam novem hebdomadis & aliquot diebus ibi resedissent recesserunt anno Domini CIↃ. CCC. XXVII. circa festum sancti Remigii. Verumtamen istis transactis Rex diu protelavit negotium, nec sententiam voluit promulgare. Nec etiam muri nec portæ frangebantur, prout pactio in se habebat, quin potius servabantur magis. Et Dux sæpius demandavit ad ipsum, quatenus sententiam dignaretur exprimere, sed in vanum laboravit. Transacto dimidio anno accidit dissensio inter dominum de *Valckenburch* & filium Domini de *Heynsberch*, qui cum suis quodam mane intravit oppidum & destruxit. Emenso anni spatio Dux amplius sustinere non valens requisivit, quatenus Rex sine ulteriori protractione sententiam ediceret. Ob quod juxta Nivellam die constituta venerunt illuc Rex & Dux cum plurimis aliis. Ubi dum Dux speraret sententiam audire, Rex requisivit, ut prius ipse reædificaret *Valckenborch*, quæ destructa erat, & tunc sententiam promulgaret & non ante. Super quo Dux satis admiratus dedit responsa, quæ Regi non placuerunt. Tandem crescentibus verbis

bis Rex cum indignatione & gravi commotione receſſit, ſed remiſit nuncium ad Ducem, per quem ipſum diffidavit, cui ille ſimile remandans diffidavit & ipſum. Videns ergo Dux ſic ſe eſſe circumventum ab eo, qui erat filius materteræ ſuæ, & in quo ſpecialiter confidebat, graviter admodum tulit, & tranſacta hyeme circa carniſprivium aggregato exercitu tranſivit *Moſam* fluvium, & obſedit illud firmiſſimum caſtrum de *Valckenborch* proponens illinc non recedere, donec ipſum in manus haberet, vel ipſe in campo mortuus remaneret. Unde tam copioſe fecit exercitui de vino & cibariis & de omnibus neceſſariis provideri, quod erat mirabile videre. *Reynoldus* ipſe in caſtro non erat, ſed filius ſuus, dum pluribus de victualibus & armis optime providit. Igitur qui obſidebant aggreſſi ſunt terribiliter ipſum burgum, occulte ſub terra fodiendo, & cum petrariis jaciendo omni tempore, mane & ſero, intraneos vexando, nec ullam requiem tribuendo. Nonnulli etiam milites & nobiles acceſſerunt, & aſſultum fecerunt adverſum caſtrenſes, qui graviter vulnerati fuerunt ab intus exiſtentibus. Unde Dux volens parcere populo ſuo fecit edictum in caſtris, ut nulli appropinquarent ad caſtrum aſſiliendum, niſi communiter accederent cum bona aviſatione, in hoc conſulens multitudini. Maluit enim cum expenſis ibi diutius morari, quam populum ſuum horridis periculis committere. Dum ergo inceſſabiliter eos impugnarent, non permittentes eos pauſare, & illi laſſati viribus & animis fatigati caſtrum reddiderunt ſalvis perſonis ſuis. Dux ergo permittens eos abire ipſum burgum funditus deſtruxit, ne de cetero fieret in ſcandalum aliorum & perturbationem multorum, anno Domini CIↃ. CCC. XXX. IX. die Maji. Iſte ergo Dux fecit, quod avus ſuus ſtrenuus *Joannes* ad effectum non deduxerat, qui iſtud idem caſtrum obſederat XI. hebdomadibus, ſed ſocer ſuus *Guido* Comes Flandriæ interloquium edixit, ſcilicet quod *Walramus* pater iſtius *Reynoldi* traderet Duci claves de *Lymborch*, quas penes ſe habuit. Quo facto Dux obſidionem ſolvit. Ab illa ergo obſidione uſque ad deſtructionem prædictam fluxerunt anni XL. & menſes ſeptem. Accidit autem quiddam jocoſum in victorioſa obſidione, quod referre libet. Invenerunt enim in caſtro quendam pottum metallinum, quem in campo reliquerat prædictus avus ejus. Nam coci ejus neglexerunt ibi eum, dum receſſerunt ab obſidione. Tollentes ergo eum tranſvexerunt ad *Brabantiam* non propter aliud, quam ob quendam jocum dicentes, quod nunquam talis pottus fuit tam care emptus

ſicut iſte. Jam de cetero apud *Valckenborch* non tenebant deriſiones ſuas cum potto Ducis. Fuit ergo pottus iſte tranſmiſſus apud [1] tres fontes, quod dicitur *drie Borne*.

Interea videns *Joannes* Rex *Bohemiæ* ſe *Reynoldo* ſuccurrere non poſſe contriſtatus eſt valde ſimul & indignatus, & excogitato conſilio perrexit ad Franciam ad regem *Philippum*, ei ſupplicans, quatenus iſtud negotium in ſe transferre dignaretur, & ipſe ac *Reynoldus* parati erant ſtare ſententiæ ſuæ, & quicquid edicere vellent obſervare. His petitionibus Rex acquieſcens miſit epiſtolas Duci *Brabantiæ* inſinuans, quomodo Rex *Bohemiæ* & *Reynoldus* ſeſe obtulerant ſuæ ſententiæ parituros, volens, & requirens, ac deſiderans, quatenus & ipſe ſuper hac guerra ſedanda dictamini ſententiæ ſuæ ſtaret. Cum ergo Dux & Conſiliarii ſui tenorem epiſtolarum bene intellexiſſent, quam plurimum de hoc mirabantur, quia ipſe a rege Franciæ nec patriam, nec redditus, nec caſtra tenebat, ſed inito ſalubri conſilio miſit Nuncios diſcretos & ſapientes, qui Regem informabant de negotio, & ſic hæc machinatio contra Ducem totaliter diſſipata eſt. Verumtamen procurante ſatore malorum alius diſcordiæ ſomes inter Regem & Ducem pullulavit. Nam dominus *Robertus* de *Artheſia* incidit in valde gravem offenſam Regis, relictus ab amicis & propinquis ſuis, ſic quod ipſe propinquus & exul a regno fugatus eſt. Qui in tantis anguſtiis quærens amicos ubique venit ad Joannem Ducem *Brabantiæ* conſanguineum ſuum proferens apud eum lamentationes ſuper injuſta expulſione ſua a regno. Qui miſertus ſuper tam miſerabili eventu gratioſe recepit eum, ac benigne pandens ei patriam ſuam, ut ſine timore de manu inimicorum ſuorum liberatus in pace degeret & quiete. Sed hoc monarcham Franciæ non latuit. Qui protinus Duci demandavit, ut de finibus ſuis eum expelleret, vel certe mitteret eum ad ſe captivum. Quod ſi facere renueret ipſe aliqua faceret, quæ ſibi minus grata forent. Obſtupefactus Dux ſuper his, id eſt, demandatione, cum ipſe feudarius ſuus non eſſet, non acquievit, nec cognatum ſuum, quem in fide ſuſceperat, voluit a patria ſua extorrem facere. Ob quam cauſam rex inimicus ejus effectus eſt. Hoc cito nuncio percepit *Joannes* rex *Bohemiæ*, qui gaviſus eſt valde ſperans ſe poſſe obtinere jam a Brabantia ea, quæ diu optaverat,

1. Cœnobium eſt in diœceſi Leodienſi, unde Albericus, cujus habemus Chronicon a Leibnitio in lucem editum Ann. 1698.

verat, venienſque in Franciam inſtruxit Regem, qualiter Brabantiam poſſent obtinere, & per *Morſellos* incipere, ſed tamen integram eam dimiſerunt. Cœperunt ergo undique quærere auxilium, ſic quod quindecim Principes conſpiraverint contra Ducem, & acceperunt in magna copia pecunias a Rege Franciæ ad ſtipendiarios conducendos. Fuerunt iſti, Conneſtabularius Franciæ, Rex *Bohemiæ*, Archiepiſcopus *Colonienſis*, Archiepiſcopus *Treverenſis*, Epiſcopus *Leodienſis*, Comes *Gelriæ*, Comes *Clevenſis*, Comes *Jaliacenſis*, Comes *Flandriæ*, Comes *Namurcenſis*, Comes *Loſſenſis*, dominus de *Beaumont*, dominus de *Monjoie*, Dux *Barenſis*, dominus de *Boene*. Hi omnes uno animo & una ſententia conſpiraverunt ad obtinendam Brabantiam, cum tamen pene omnes erant conſanguinei Ducis. Rex *Bohemiæ* fuit filius amitæ ſuæ, Dux *Barenſis* filius materteræ ſuæ, Comes *Juliacenſis* & *Namurcenſis* attinebant ſibi in tertio gradu, & ſic de aliis, & tamen Dux nunquam contra ipſos quicquam deliquerat. Acceſſerunt ergo prædicti Principes ad oppidum ſancti *Trudonis*, ut inde patriam melius damnificarent. Dux vero accepto conſilio poſuit milites in *Leuwis*, quouſque Communitas ſua eſſet adunata, quæ ſecum adduxit ingentem exercitus multitudinem. Dux ergo acceſſit ad *Heylleſem*, & illuc venetant ſui parati mori & vivere cum domino ſuo. Pluvioſum vero valde tempus extitit, ſic quod oportuit eum duodecim dies illic conſiſtere contra velle ſuum. Nam terra tam erat lutoſa, quod equi & quadrigæ incedere non poterant ſine periculo gravi. Dum ergo illic pauſaret venit Comes Hollandiæ tractaturus inter eos de pace. Qui cum agnoviſſet benignum Ducis animum & voluntarium acceſſit ad oppidum ſancti *Trudonis*, ſed ibi omnia repperit contraria, nec ulla via voluerunt cum ipſo redire ad concordiam. Comes itaque Duci demandavit, ut ipſe cautus eſſet, & quid ſibi agendum foret inſpiceret, quia pacem reſarcire non valebat. Igitur Dux habens animum compaſſivum noluit pauperes vel ruricolas vaſtare, nec etiam patrimonium beati *Lamberti* invadere vel incendia in eo perpetrare. Miſit ergo Nuncium ad adverſarios ſuos, quatenus abſtinerent ab incendiis & deprædationibus. Ipſe breviter finem guerræ facere cupiebat, ut veniret ad campum in prælium in confiniis patriæ ſuæ, aſſignans eis certum diem, vel ſi mallent eligerent alium. Illi vero pavefacti ad prælium oblatum venire nolebant. Acceperant quidem pecunias Regis *Franciæ*, ſed pro eo prælium inire recuſabant. Rex *Bohemiæ* demandavit Duci ſe

Leodienſium patroni.

in campum venire nolle, ſed intra duos vel tres dies damna ſibi inferret, & ſic domum repedaret, & poſt dum ſibi placeret redire maturaret. Videntes itaque ante nominati Principes magnanimitatem Ducis Brabantiæ, miſerunt ad Comitem *Hollandiæ*, ut pacem aliquam componere vellet. Qui cum de nocte verſus Ducem tenderet, dum tranſiret ante cuneos illorum de Antverpia, illi ſuſpicati hoſtes clamaverunt hoſtes adeſſe, & inſurgentes pene Comitem & omnes ſuos occidiſſent, niſi aliqui prudentes cognita re liberaſſent ipſum. Adverſarii vero aliqui fecerunt incendia circa confinia patriæ, fugiendo tamen, & eventum exſpectare non audentes. In hoc vero Comes *Hollandiæ* minus caute egit, quod iter nocte faciens juxta grandem exercitum, quis eſſet, per nuncium non præmonuiſſet. Veniens proinde ad Ducem in ſex hebdomadas treugas fecit. Tunc exercitus omnis ad propria remeavit anno Domini CIↃ. CCC. XXXII. XII. die Maji. Interea Rex Franciæ omnia iſta percipiens, quod ſcilicet Brabantia non ſic eſſet obtinenda, & quomodo illi Principes nihil effecerant, & quod pecunias ſuas in vanum expenderat, indignatione pariter & admiratione permotus miſit ad Ducem Archiepiſcopum Senonenſem & epiſcopum Tornacenſem deprecans eum ob amicitiam & ob honorem, quem ſibi paratus erat facere, ut in Franciam ad ipſum veniret, & ibi tractarent, quæ ad magnum commodum utrorumque provenire poſſent, ipſique cum pace convenirent, & cum pace ab invicem diſcederent. Dux legatos iſtos cum ingenti honore ſuſcepit aſſerens ſe libenti animo implere velle, quæ tantus Rex amicabiliter ab eo poſtularet. Regreſſis nunciis Dux poſt paucos dies præparavit iter ſuum, & valde honorabiliter & cum decentiva ad Franciam perrexit. Quod audientes adverſarii ſui Principes dicti acceſſerunt & illi verſus Franciam eum accuſaturi. *Franciæ* monarcha ejus adventum percipiens venit *Compendium* & ad Repaehy juxta illud oppidum. Rex ergo Franciæ, Rex Navarræ, Comes de Stampes & alii domini & Barones Ducem multum reverenter ſuſceperunt, & egerunt curam ejus. Nam de adventu ejus gaudebant. Rex & Dux invicem ſæpe loquebantur amicabiliter, & magno favore invicem conjungebantur. Tandem Rex dedit filiam ſuam in uxorem *Joanni* juniori filio Ducis primogenito cum multis redditibus & theſauris, & ſic gaudens ad propria reverſus eſt. Prædicti vero Principes etiam ſunt reverſi, a propoſito ſuo caſſati, quoniam Rex perceperat clare benignitatem Ducis & fidelitatem, & ferociam

decenti comitatu

ani-

animi, quam Principes illi erga eum gerebant, quamobtem ad eos non attendit. Paululum post hæc misit Dux filium suum honorifice in Franciam, prout Rex cum eo convenerat, sed sors humanæ conditionis post breve tempus puellam regiam de medio tulit, de quo *Francia* luctum habuit, & filius Ducis decenter ut oportuit ad patrem est remissus.

Post hæc Comes Flandriæ *Ludovicus* emit *Mechliniam* ab episcopo *Leodiensi*, quæ tamen emptio irrationabilis fuit. Et quia cives *Mechliniæ* Comitem pro domino recognoscere nolebant, Comes ipsum Ducem diffidavit in vitæ & bonorum ipsius Ducis amissionem, & fecit observari fines Flandriæ, ut nec victualia nec alia bona in Brabantiam deferrentur, & bona Brabantinorum, quæ in Flandria inventa fuerunt, auferebantur eisdem. Dux etiam provide cogitavit, quod si Comes Flandriæ sic in intima Brabantiæ limites suos tam late extenderet sibi & patriæ suæ maximum exinde nocumentum posset provenire. Quapropter ipse & *Mechlinienses* invicem locuti firmaverunt pactum se ab invicem nolle separari. Nam & Dux recordabatur multorum obsequiorum, quæ sibi *Mechlinienses* fideliter impenderant, unde inter eos amicitia fortiter coaluit & duravit. Comes *Flandriæ*, qui dives fuit & potens, acquisivit in auxilium suum hos Principes, Regem *Bohemiæ*, Archiepiscopum *Colonienſem*, episcopum *Leodienſem*, Comitem *Namurcenſem*, Comitem *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, Comitem *Gelriæ*, Comitem *Juliacenſem*, Comitem *Loſſenſem*, dominum *Joannem* de *Beaumont*, dominum de *Valckenborch*, dominum de *Heynsberch*, dominum de *Voerne*, & alios quam plures. Isti omnes convenientes apud *Valenchenas* mutuo juraverunt se *Brabantiæ* nocituros, nec unus sine altero pacem unquam iniret. Sed quoniam erant memores, quam potestative Dux apud *Heyleſem* eis campum ad bellum gerendum obtulerat, multum alium modum aggressi sunt. Consilium ergo acceperunt, ut omnes simul, quilibet in partibus suis, quibus Brabantiam attingebat, incendia strueret, & deprædationes ageret, quatenus Dux tot adversitatibus sibi in tam diversis locis obviare non posset. Comes *Flandriæ* aliis promisit dominis, quod ipse circa partes suas *Brabantiam* sic agitaret & occuparet præliis, quod alii libere agere possent, quæcunque desiderarent, & ipse *Mechliniam* cum aqua & omnibus pertinentiis sibi vindicaret. Id ipsum alii sibi promiserant. Dux tamen prius tractatum habuit cum Comite Flandriæ, ut hanc emptionem omitteret, quia irrationabilis erat,

&

& permitteret eum possidere aquam, quam progenitores sui habuerant a tempore, cujus in contrarium non erat memoria. Sed cum in tractatu nil profeciſſet, guerra valde formidabilis exorta est. Omnes ergo prædicti Principes diffidaverunt Ducem in una hora apud *Vueren* in aula sua, quod sibi formidabile erat. Sic ergo Brabantia mansit clausa mensibus IX. nullaque victualia seu alia permittebantur in eam adduci, fiebantque incendia & prædationes ab omni parte. Dux vero indemnitati ruricolarum consulens obtulit eis prælium in campo, ut brevi compendio guerra terminaretur, sed obtinere non valebat. Acta sunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. XXXII.

Flandrenses ergo primi aggressi sunt patriam. Nam villicus quidam nocte cum suis veniens posuit ignem in multis domibus in confinibus patriæ circa Malre & Luxeloe, ibi tamen non subsistens, sed inde continuo fugiens. Non multo post Dux vallatus armatorum cuneis exivit de *Aska* cum vexillis patentibus & expansis pergens in terram Comitis usque *Teneramundam*, & in via domos incendit usque *Aloſtum* & *Teneramundam*, illic usque post vesperas subsistens, sed cum nullus qui resistere vellet compareret reversus est. Monachi autem *Affligemenses* acceptis bonis suis, libris quoque & reliquiis, transfugæ venerunt & habitaverunt in *Bruxella*. Quod ut Flandrenses compererunt illuc accedentes incendebant domos, & sublatis quæ portare poterant ad propria remearunt. Interea *Eduardus* Dux *Barensis* remisit animum offensivum, quem prius contra Ducem habuerat, & audiens eum in tantis concluſum anguſtiis venit ei in ſuccurſum: erat enim filius amitæ ſuæ. Venit autem cum trecentis bene armatis, & transivit per terram inimicorum, resistat qui vellet. Quod Dux cum audisset perrexit ei obviam, cum magna gloria gratiose multum recipiens eum, & duxit in *Bruxellam*. Et ut in majore foret securitate assignavit ei *Vilvordiam*, ut ibi habitaret & exiret, ac quando vellet rediret. Et invenit ibi copiam victualium & pabula equorum. Post hæc venerunt homines episcopatus *Leodiensis* & invaserunt oppidum de *Landen*, quia non erat multum forte. Item Comes *Gelriæ* obsedit [1] oppidum de *Tiele*, quod licet bene mu-

1. Varia urbis sors. Ecclesiæ olim Trajectensis. Heda *hist. Ultraj. p.* 63: mox Brabanti, dein Gelri. Brabanto in feudum data ab episcopo Trajectensi, Heda *in Adelbold.* Sed ut sita in solo Gelrico Brabanto mox vi extorta, & sic tandem juris Gelrici. Pontan. *hist. Gelr. lib.* 7. *ad Ann.* 1332.

munitum erat mœnibus, ac armatum hominibus & victualibus, tamen inteſtina diſcordia intus debacchabatur, ſic quod finaliter deditionem fecerunt, & Comiti ſe tradiderunt. Apud *Askam* vero multi erant poſiti valentes armigeri, qui limites patriæ cuſtodirent. Quadam autem vice venerunt Flandrenſes equites bene armati quingenti, quibus occurrens Dux Barenſis cum ſuis & nonnullis Brabantionibus, ibi multum acriter & viriliter ab utraque parte pugnatum eſt. Sed poſt duriſſimum conflictum Flandrenſes verterunt terga, & hinc inde profugerunt. Capti ſunt autem centum quinquaginta, & adducti ſunt in *Bruxellam* ad Ducem. Qui de victoria oppido gaviſus fecit eos duci aliquos *Lovanium* & nonnullos apud *Vueren* in cuſtodiam. Sed poſt aliquod tempus volens exhibere ingenuam animi nobilitatem, & mentis ſuæ benignitatem, relaxavit ipſos, & permiſit ad propria in fide ſua redire abſque quocunque juramento. Porro Rex Bohemiæ, Dux Gelriæ, Comes Juliacenſis, Archiepiſcopus Colonienſis, & dominus Johannes de Beaumont obſederunt oppidum Ducis, quod vocatur *Rode*. Dominus de *Steenvort*, & dominus *Joannes* de *Oeſtwilre*, & plures alii fuerunt in oppido ſe fortiſſime defendentes, quamdiu victualia habuerunt, ſed illis deficientibus infirmati ſunt animo, & coacti ſunt facere deditionem, ſub tamen conditione, ſcilicet ut ſi Dux infra menſem in ſuccurſum eorum non veniret, ipſi in manus eorum ſe traderent. Quod Dux audiens non parum contriſtatus ſperabat tamen intra terminum ſe poſſe illis ſuccurſum parare. Porro Rex Navarræ, Comes de Stampes conſanguinei Ducis, Comes quoque de Aliſoen cum magna comitiva venerunt verſus *Brabantiam* ad videndum, ſi quirent aliquem pacis invenire tractatum. Sed cum veniſſent ad limites Hannoniæ Comes eos tranſire non permiſit. Quod Dux ut audivit decernit cum magna vi armorum obviam illis pergere, & adducere in patriam ſuam ſcilicet Brabantiam, cuivis placeret, cuivis non placeret. Dum ergo cum Duce Barenſi veniſſet apud *Nivellam*, Comes *Hannoniæ* hoc audiens eis tranſitum permiſit. Quia ergo terminus menſis appropinquavit ad ſuccurrendum obſeſſis in *Rode*, congregatis magnis armatorum cuneis tranſivit Moſam fluvium. Dum vero in Trajecto ſuperiori perceptum fuit Ducem venire eum tanta multitudine, ſtatim nuncius citus perrexit ad eos, qui oppidum obſederunt, & nunciavit eis imminens periculum de Ducis adventu. Ad hæc rex Bohemiæ reſpondit; *hoc credere nullatenus poſſum, Ducem tantum auſum poſſe tentare, quippe qui undique ab ini-*

micis esset circumseptus. Nuncius vero constanter affirmabat ita rem se habere. Misit autem Rex alium nuncium, cui firmius fidem adhibebat ad comperiendum certius veritatem. Qui reversus asseruit Ducem cum tanta multitudine belligeratorum venisse, quod erat stupor videre. Comes autem Lossensis permiserat Ducem transire per patriam suam, & offerebat ei ministerium suum & amicitiam. Rex ergo *Bohemiæ* his auditis dejecit vultum in terram, & aliquamdiu secum tacitus volvebat. Quem dum assistentes interrogaverunt, cur sic staret, respondit: *Jam cogito de Comite Flandriæ, qui nos decepit. Ajebat enim nobis audientibus se Ducem circa fines suos præliis & guerris occupare, quod ad partes Transmosanas nullatenus auderet venire, & ecce tam audax & tam mirabile factum aggressus est, quod omnes nos merito erubescere debeamus. Nam nos contra eum prælio congredi non audemus, cum de hoc provisi non sumus.* Cui responderunt; *Domine Rex cur ita loqueris. Ecce episcopus Leodiensis adhuc veniet, & intercipiet ei reditum ad Trajectum, qui secum multos armatos adducet, & tunc circumdabimus ipsum, & obtinebimus vel vivum vel mortuum.* Confestim igitur miserunt Leodium & Coloniam, & ad omnes civitates, in quibus noverant amicos consistere, quatenus ad expugnandum Ducem velociter adventarent. Cum autem Dux cum suis *Mosam* transisset, festinavit iter accelerare versus *Rode*, ut cito per conflictum tanti mali compendium fieri posset. Et Comes *Lossensis*, qui paulo ante tam favorabilis esse videbatur, & tam amicabiliter se ei exhibuerat, misit Duci epistolas, in quibus eum de vita & de bonis diffidavit, & transivit cum suis ad partes adversariorum, fecitque effringi pontes, per quos Dux, cum ad patriam vellet remeare, fuerat transiturus. Interea Dux ante *Rode* tenuit se, ordinatis aciebus suis exspectans hostes, ut venirent ad prælium, sed dum non comparerent misit duos milites ad eos, scilicet *Joannem* de *Oostwilre* & *Theodoricum* de *Walencourt*. Qui dum venissent, invenerunt exercitum fossa cinctum, ita quod ad eos aditus non pateret, sed de ultra fossam eos allocuti dixerunt se esse missos a domino suo, quem illic viderent præstolantem cum cuneis & vexillis fulgurantibus, quia ultimus dies mensis erat condicti, exirent ergo ei obviam, quia ipse paratus erat illo die terminare omnes querelas, quas multis annis & diebus contra eum movissent. Sed quicquid illi perorabant nil profuit, quia ad prælium exire non acquieverunt. Illis abscedentibus dominus Joannes de Beaumont dicebat: *Vos Domini notum vobis facio, quod*

Dux

Dux Brabantiæ fecit ea, quæ ad istud negotium requirebantur. Unde ipse perpetuo honorem habebit, nos autem confusionem hanc superare numquam valebimus. Nam ille cui nos nocere volebamus huc venit, & ipsemet requirit nos de belli conflictu. Nos vero defendere nos ipsos non audemus. Illi ergo honor manet. Nobis autem confusio perseverat. Dum igitur audisset Dux hujus primi responsionem indignatus est valde, sed tamen per totum diem illum acies suas in campo tenuit ad bellum paratas. Episcopus vero *Leodienſis* interim venit cum multitudine copiosa, ut impediret ne Dux per Trajectum rediret, sed satis tempestive non venit. Nam Dux mane facto adunatis cuneis suis ad solum patrium reversus est, sed revertendo magna damna intulit in Comitatu *Lossensi*, incendens quæ in via repperit, & copiosam prædam inde abducens secum adduxit. Dum autem Capitaneus ejus, qui erat in *Zittart*, percepit, quod apud *Rode* deberet bellum geri, voluit & ipse bello interesse, & illuc sine mora tetendit. Tunc illi qui remanserunt in oppido tradiderunt ipsum filiis de Valckenborch, sed tamen Comes *Gelriæ* abstulit hoc eis, quamvis esset consanguineus eorum. Dum vero Dux esset ultra Mosam, illi Principes Francorum, quos prædixi, transierunt per Hannoniam, & usque ad *Nivellam* venerunt. Ubi Dux satis tempestive occurrit cum gaudio, & adduxit ipsos *Bruxellam*, ubi ingentem exhibuit eis honorem. Post ergo tractatum pacis, propter quem venerant, fecerunt treugam, ut omnes ab utraque parte in dicto regis Franciæ essent. Ista gesta sunt in Sabbato in profesto *Dominicæ Palmarum*, & Rex sententiam promulgaret transacta quindena post Pascha, & interim Brabantia manéret inclusa sicut prius. Veruntamen Rex protraxit hujus sententiæ edictum plus quam per quatuor menses, sic quod in Brabantia aliunde victualia advenire non potuerunt, cui tamen Deus sic providit, quod nullarum rerum defectum habuerunt, nec propter hoc victualia rariora fuerunt, imo minus cara quam in circumjacentibus Provinciis. Tempore quoque hujus conclusionis illi qui haleca capere solent in vanum laboraverunt, sed tamen facta conclusione in maxima abundantia ceperunt. Demum Rex Franciæ in hunc modum sententiam promulgavit: *Filius Comitis Hollandiæ in matrimonium conjungeretur Joannæ filiæ Ducis Brabantiæ. Filius Comitis Juliacensis duceret filiam ejusdem. Filia Comitis Gelriæ in maritum haberet Henricum filium prænominati Ducis. Et hi duo Comites etiam aliquam pecuniæ portionem haberent. Oppidum vero de Tiele maneret Comiti Gelriæ, & Dux alia bona ha-*

beret ejus loco, quæ sibi magis proficua forent, & sunt situata in terra de Heusden: Porro Rex Bohemiæ & Episcopus Leodienſis de pecuniis Ducis habuerunt. Sed sententiam de Mechlinia adhuc noluit edicere, sed eam habuit penes se. Sic habuit finem tam formidabilis guerra.

Post hæc anno Domini CIↃ. CCC. XXXV. obiit *Maria* Ducissa Brabantiæ & sepulta est honorifice Bruxellæ apud fratres Minores. Hæc fuit mulier benigna, curialis, & faceta, constans in sensu, & in moralibus sciens iram dissimulare, & etiamsi mens fuisset conturbata exterius per passiones, non ostendebat. In omnibus modum tenens misericors fuit, & libenter pacem videns ac concordiam habuit timorem Dei, orationes valde devote persolvens, & cum ingenti devotione missas auscultans, liberalis quoque erga pauperes fuit in victualibus & in pecuniis distribuendis. Postea circa annum Domini CIↃ. CCC. XXXVIII. venit *Eduardus* Rex Angliæ *Antverpiam* cum quadringentis quinquaginta navibus volens debellare *Philippum* de *Valesio* regem Franciæ, qui ut ajebant injuste regnum invaserat. Nam ipse filius erat sororis Regis Franciæ ultimo defuncti, & sic ad se magis Regnum pertinebat. *Philippus* vero allegavit, quod ipse ex parte gladii succesſerat, & sic suum erat regnum. Cum ergo Eduardus procurasset auxilium Imperatoris & plurium aliorum Dominorum *Alemanniæ* requisivit etiam Ducem *Brabantiæ*, quatenus assisteret sibi; nam erat filius amitæ suæ. Dux ergo habito consilio, rememorans præterea quanta incommoda *Philippus* Rex Franciæ jam dudum intulerat ei spopondit auxilium & favorem. Igitur *Eduardus* cum exercitu suo circa festum nativitatis B. Mariæ perrexit versus Franciam. Dux *Brabantiæ*, Dux *Gelriæ*, Marchio de *Brandenborch*, Marchio *Juliacensis*, Comes *Lossensis*, Comes de *Marka*, Comes de *Vernenborch*, Comes de *Catzenellenboge*, Comes *Montensis*, Comes de *Nucen*, Dominus de *Valckenborch*, & plures alii Principes secuti sunt eum uno animo & una sententia contra Regem *Philippum* bellare cupientes. Rex vero *Bohemiæ* & episcopus *Leodienſis* perrexerunt ad *Philippum* in auxilium ejus futuri. Dux vero Brabantiæ venit usque Haspere volens ibi omnes suos exspectare, & interim misit nuncios ad cives Cameraci, ut mitterent ad se Legatos, quia cum eis nonnulla foret tractaturus, dans eis salvum conductum secure veniendi. Qui cum venissent dixit ad eos: *Quoniam Cameracum recto jure pertinet ad Imperium Germaniæ, & non ad regnum Franciæ, magnam irrogatis injuriam*

Im-

Imperio, qui Francigenas intromiſiſtis, ut ipſum imperium oppugnarent. Et quoniam ego ſum Imperii Mareſcallus, & ex parte & auctoritate ejus huc veni, requiro, quatenus mihi civitatem aperiatis. Sed cum hoc facere nollent, habuit occaſionem Franciam impugnandi, miſitque nuncios ad *Philippum*, & eum diffidavit. Sed quia hyems imminebat, nolebat aliquam obſidere civitatem, ſed perrexerunt prædicti domini in terram Francorum agentes prædas & incendia conſtruentes uſque *Peronam* & oppidum ſancti *Quintini*. Sed quoniam ſupervenit frigus & pluvia, ob neceſſitatem cogebantur domum remeare. Dux igitur incepit apparatum ſuum præcedere, & reverti ad propria, cum ecce Nuncius venit ad *Philippum* Regem aſſerens Ducem ad patriam diſceſſiſſe. Quod ille audiens cogitavit *Eduardum* debellare, & ordinavit regem *Bohemiæ* & alios Principes debere præcedere, ut Anglicos oppugnarent. Qui dum parati eſſent, & ex parte paſſagium tranſiſſent, venit Nuncius ad ipſos, qui dixit Ducem Brabantiæ non receſſiſſe, ſed adhuc in eodem loco manere. Quod illi cum audiſſent timore correpti cito retroceſſerunt. Sed *Eduardus* & Dux compoſitis aciebus & arrecto exercitu exſpectabant eos, a mane uſque poſt veſperas, ſi forte ad pugnam venirent. Et ſic receſſerunt ſinguli ad loca ſua, & Rex *Antverpiam* rediit, ubi dimiſerat Reginam ſuam anno Domini CIↃ. CCC. XXXIX. circa feſtum beati Dionyſii.

Interea apud *Gandavum* fuit exaltatus quidam homo, qui dicebatur *Jacobus* de *Artevelde*, qui prius dives opibus non fuerat, nec nobilis proſapia, verum prudens & facundus, ſic quod tota patria ſibi adhæſit proprio Comite dimiſſo. Iſte procuravit, quod facta eſt concordia inter Angliam, Brabantiam, & Flandriam, & Comitem Hollandiæ de conſenſu omnium civitatum, quod quælibet patria limites ſuos contra omnes hoſtes ſuos obſervaret. Tunc *Eduardus* ab *Antverpia* recedens venit *Gandavum* cum uxore & filiis. Circa proximam Penthecoſten Dux *Brabantiæ* cum Comitatibus ſuis perrexit juxta *Cameracum* ad caſtrum *Tuulmeke* ob rogatum Comitis *Hannoniæ*, qui homines ſuos in prædicto caſtro poſuerat, licet non eſſet ſuum. Nam Dn. *Joannes* de Francia cum armatis phalangis illuc advenerat, ut & caſtrum caperet & eos qui intus erant necaret. Sed videns adverſariorum tantam concionem receſſit. Tunc Comes homines fecit de caſtro deſcendere, & ipſum flammis exuſſit. Porro rex Franciæ ad portum *Cluſis* armatorum multitudinem maximam poſuit cum trecen-

tis navibus, qui exitus maximos contra hoſtes obſervarent. Illi plurima mala in mari commiſerunt, navigantes deprædantes, & portum ita arcebant, quod nulla bona tranſire potuerunt. Unde Flandria, Brabantia, Hollandia, Zelandia, haud parvam penuriam ſuſtinuerunt. Iſta dum Rex Angliæ audiſſet, venit illuc cum claſſe ſua, & ipſos cum magno impetu aggreſſus eſt, & tam diu pugnavit, quod eoſdem ſuperavit. Facta eſt autem ibi horrenda hominum ſtrages, ſcilicet xxx. millium occiſorum. Mare ex ſanguinis effuſione rubicundum fuit, & in multis navibus pedes in cruore tinxerunt. Actum eſt hoc anno Domini cıc. ccc. xxxix. in vigilia beati Joannis Baptiſtæ. Tunc Flandrenſes per omnia junxerunt ſe Anglicis, & cum magna potentia paraverunt expeditionem ſuam verſus Franciam Dux Brabantiæ, *Wilhelmus* Comes Hollandiæ, Hannoniæ, Zelandiæ, Comites Gelriæ & Juliacenſis. Hi omnes cum rege *Eduardo* forti manu obſederunt Tornacum. Dux *Brabantiæ* ab una parte Scaldæ caſtra metatus fuerat, ſed audiens quod rex *Philippus* eos debellare volebat, qui ad duo miliaria prope erat cum exercitu grandi in locis paludoſis conſiſtens, ubi ad eum acceſſus facilis non patebat, fecit pontem de navibus compingi ſuper flumen, & ad aliam partem ſe locavit. Durante ergo iſta horrenda obſidione Comitiſſa quondam Hollandiæ mater *Wilhelmi* Comitis, quæ erat ſoror regis *Philippi*, & ſocrus Regis *Eduardi* interpoſuit ſe, & multos labores impendit, ut pax reformaretur. Sed cum in vanum laboraret venit ad Ducem Brabantiæ proſternens preces coram eo, ut negotium iſtud pacis aſſumeret, & perpetuum inde honorem conſequeretur, ſi tanta mala intercipere poſſet. Qui acquieſcens ejus conſilio ad hoc rem deduxit, quod facta eſt treuga uſque feſtum S. Joannis Baptiſtæ. Et præter hæc ambo Reges erant quaſi laſſi de guerris iſtis. Nam de ærario Regis Angliæ pecuniæ defecerunt ad ſolvendum ſtipendia exercitui, & etiam pretioſa clenodia ſua impignorata erant cum corona ipſius. Item in exercitu regis Franciæ peſtilentia graſſabatur, & erat penuria victualium apud eos. Acta ſunt hæc anno Domini cıɔ. cc. xl.

Anno ſequenti Dominus *Alardus* Præpoſitus *Lovanienſis*, homo ſapiens & diſcretus, qui erat magiſter reddituarius Brabantiæ, cœpit aggeribus munire terram de *Lilloe*, & cum laboribus magnis & expenſis perfecit. Quinquaginta tribus annis tellus fluctibus aquarum ipſa ſubjacuerat. Poſt hoc venerunt cives *Hoyenſes* ad Ducem Brabantiæ, conquerentes de magnis oppreſſionibus &

af-

afflictionibus, quas eis intulit episcopus eorum, asserentes quod in manus ejus se conferre vellent, si eos in tutelam suam recipere dignaretur. Dux recogitans quomodo episcopus se ei sæpe opposuerat, & qualis sibi fuerat inimicus recepit eos in defensionem suam, & armata manu domum deduci præcepit. Fecit ergo campanas pulsari & guerras indici. Quod episcopus pariformiter contra eum fecit. Deinde anno Domini CIↃ. CCC. XLV. *Wilhelmus* minor Comes Hollandiæ perrexit contra Frisones; & ab eis occisus fuit, & cum eo nobilis militia totius Hollandiæ, quod ipse Comes sibi ipsi fecit per incautelam, & nimiam festinantiam suam. Mortuo autem *Adulpho* episcopo Leodiensi *Engelbertus* de *Marka* successit eidem avunculo suo. Iste contra communitates suas guerram habuit valde gravem. Ad quas debellandas acquisivit sibi plures Principes, inter quos erat Rex Bohemiæ cum *Carolo* primogenito suo, Comes de *Marka* frater episcopi, Comes *Lossensis*, & alii plures. Leodienses accepto consilio exierunt in campum, quem ad hoc delegerant, ut adversarios suos ibidem præstolarentur, & se ipsos fossato cinxerunt, in quod non erat ingressus nisi ab una parte. Mox ergo dominus de *Valckenborch* irruit in eos cum aliis militibus & armigeris putans, quod alii sequerentur se, sed ipse & alii, qui eum secuti fuerant, manserunt ibi interfecti. Quod alii videntes irruente in eos terrore veloci fuga se liberarunt. Antequam istud accideret omnes civitates episcopatus invicem conjuraverant contra dominum suum, volentes simul vivere & mori, id est, *Leodium*, *Tungri*, *Hoya*, & *Dionantum*, & oppidum sancti *Trudonis*, totaque patria simul. Anno Domini CIↃ. CCC. XLVI. venit *Eduardus* rex Angliæ cum exercitibus suis in Normanniam, & obsedit civitatem vocabulo *Caem*, id est, *Cadomum*, quam tam violenter impugnavit, quod eam tandem expugnavit exercens ibi cædes & deprædationes. Inde ingrediens Franciam venit juxta *Parisios* incendia & prædas multimodas exstruens, & transiens fluvium *Summam* venit in patriam *Pontivi*. Ibi horrendum & graviſſimum extitit prælium in loco, qui dicitur *Cressi*, inter ipsum & *Philippum* Regem Francorum, ubi Anglici obtinuerunt trophæum. Nam Rex *Bohemiæ*, Comes de *Alenchon* frater regis *Philippi*, Comes *Flandriæ*, & plures alii Principes provinciarum ceciderunt ibi in ore gladii. Rex Franciæ cum magna confusione fugit *Ambianis*. Inde ergo Rex *Angliæ* processit ultra, & obsedit oppidum *Calesii* circa festum beati Egidii, & per annum integrum ibi resedit, & tandem ipsum

ipsum obtinuit. Sed dum in hac obsidione consisteret, duo matrimonia conatus est procurare, quorum neutrum habuit effectum. Primum fuit, quia juveni *Ludovico* filio Comitis Flandriæ *Ludovici* in bello occisi filiam propriam voluit copulare. Pater & mater istius junioris Ludovici prius manebant in Francia propter rebellionem populi sui. Iste ergo *Ludovicus* audita morte patris accessit ad Flandriam, attentare volens, an melior fortuna eum comitaretur quam suum parentem. Qui receptus est quidem in dominum, sed sub tali schemate, quo habuerunt patrem suum. Oportebat enim talem se exhibere, qualem ipsi volebant. Ad postremum proposuerunt ei, ut filiam Regis *Eduardi* duceret in uxorem. Contra ille multas allegavit rationes se hoc facere non posse. Nam ante paucos dies præfatus Rex patrem suum occiderat, & se connubium inire non posse propter consilium matris & aliorum propinquorum suorum. Sed hoc non profuit, quia violenter ceperunt eum, & duxerunt in exercitum ad regem *Eduardum*, & coactus est ibi puellam violenter in fide suscipere. Paucos autem post dies latenter evasit pergens in Franciam, & violentiam sibi factam amicis suis retexens. Qui postea duxit in matrimonium *Margaretam* filiam *Joannis* Ducis *Brabantiæ*. Aliud matrimonium fuit. Nam *Eduardus Reynoldum* filium Ducis Gelriæ coactive inducere voluit (erat autem filius sororis suæ) quatenus filiam Comitis Juliacensis conjungeret sibi in fœdus matrimonii. Iste autem juvenis XII. annorum allegavit e contra olim esse pacem reformatam inter patrem suum & Ducem Brabantiæ, sub hac conditione, ut filiam suam haberet in conjugem. *Et pater*, inquit, *meus ante mortem suam obnixe me rogavit, quatenus hanc conditionem firmiter observarem.* Illæ allegationes non profuerunt, sed compulsus est ipsam sibi in conjugem confœderare. Verum adolescens caute observavit, ne aliquid committeret, unde matrimonium consummatum esse potuisset. Post aliquot dies caute & absconse se subtraxit assumpto parvulo fratre suo, & venerunt *Antverpiam*, ubi Ducem reperientes gratissime ab eo recepti sunt, & dedit eis vestes & equos, & juxta eum manserunr ibidem. Postea *Mariam* filiam suam dedit ei in uxorem habita dispensatione a summo Pontifice *Clemente* sexto tollente impedimenta consanguinitatis. Tertia filia *Joannis* Ducis nomine *Joanna* data pridem fuerat *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ, qui ut præfertur a Frisonibus interemptus erat, de quo liberos nullos susceperat. Hæc postea nupsit *Wenceslao* Duci Lucenburgensi, qui postmodum in Ducatum

tum Brabantiæ succeſſit. Leodienſes vero cornua ſua erexerunt, & manſiones nobilium deſtruxerunt. Poſtea venerunt ad caſtrum de *Herkenteel*, quod pertinebat domino *Reynero*, & obſidebant illud forti manu. De quo ille nimium dolens, dum nec ipſe nec epiſcopus valeret reſiſtere, venerunt ad Ducem Brabantiæ tanquam ad deſolatorum refugium, & agnoverunt eum, quatenus veniret, & caſtrum liberaret, quoniam ab ipſo tenebatur, & de hoc homo ſuus erat. Epiſcopus quoque ipſum lamentabiliter exorabat pro conſolarione. Nam ipſe quaſi totus expulſus erat, & oporteret eum provinciam deſerere, & omnia jura eccleſiæ, & patrimonium beati Petri ad nihilum redigeretur, & quod tantis malis cum Deo & honore reſiſtere vix poſſet. Dux ergo piis acquieſcens precibus decrevit illi ſe velle ferre auxilium, & verſus Leodium expeditionem ſuam paravit. Sed antequam illuc veniret caſtrum de *Herkentel* obtinuerunt, & uſque ad fundamentum deſtruxerunt. Dux *Clivia* cum ſocero perrexit, & etiam Comes Loſſenſis, & venerunt uſque *Walame*, & obſederunt illud. At *Leodienſes* hoc audientes cum exercitu xxx. millium illuc venerunt, & ſine mora obtulerunt eis campum & prælium. Alia die ante ſolis ortum aggreſſi ſunt Gelrienſes cum impetu grandi, & nonnullos occiderunt. Quod cum alii Domini perceperunt ſubito irruerunt in auxilium, ſic quod *Leodienſes* debellati fugam inierunt multis millibus cæſis. Illi de oppido ſancti *Trudonis* intuentes hæc tradiderunt ſe in manus Ducis, & ille recepit eos. Etiam funditus deſtrui fecit caſtrum forte de *Waleme*, quod pridem multa incommoda & adverſa intulerat, quamvis epiſcopo pertineret, quod licet oculis ſuis videret, tamen neceſſe fuit hoc eum ſuſtinere. Acta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. XLVII. in profeſto ſanctæ Mariæ Magdalenæ.

Iſte igitur Princeps egregius tanta bonitate conſpicuus, in regimine prudens, moribus ornatus, in præliis victorioſus, etiam nobili prole a Deo fuerat donatus. Nam præter tres filias prædictas tres habuit elegantis formæ filios. Primogenitus dicebatur *Joannes*, patris vocabulum ſortitus, ſequens *Henricus*, tertius *Godefridus*. Hi etiam moribus inſignes magnum futuræ probitatis indicium demonſtraſſent, niſi quod humanæ conditionis ſors immature de medio tuliſſet, de quo non immerito Brabantia ingentem dolendi & plangendi materiam dinoſcitur habuiſſe. *Joannes* ergo primus filius ſortitus eſt in connubium filiam Regis Francorum *Philippi*. Qua poſt aliquod tempus ex hac vita demigran-

te filius ad patrem reverſus etiam ipſe tactus infirmitate defunctus eſt. Quem pater lugubri corde honorifice tradidit ſepulturæ. *Henricus* ſecundus filius duxit in uxorem filiam *Joannis* Ducis *Normanniæ*, qui fuit filius prædicti filii *Philippi* Francorum Regis. Hic fuit in bello cum patre contra Leodienſes immediate prædicto, ibique militiæ balteo accinctus eſt. Qui uſque adeo adoleverat, quod ſcripſit ſe Ducem *Lymburgiæ* & dominum *Mechliniæ*. Hic optime patriſſans in operibus juſtitiæ & artibus militiæ ab Imperatore in tantum diligebatur, ac ſi proprius filius ejus fuiſſet. Similiter egit Rex *Franciæ*, & alii, quicunque notitiam ejus habere potuerunt. Sed & hunc mors abripuit adhuc vivente patre, qui gemino dolore ſaucius & hunc eccleſiaſtico more ſepelivit. Tertius filius *Godefridus* duxit in conjugem filiam nobilis Ducis *Borboniæ*, qui & ipſe raptus eſt in juventutis flore in Francia defunctus. Heu quanta adverſa & quam magnas calamitates nobilis Brabantia perpeſſa eſt ex funere horum trium ſequentia declarabunt. Primus *Joannes* Dux Brabantiæ dederat in uxorem *Margaretam* filiam ſuam Henrico Duci de Lucenborch, a quibus proceſſit filius nomine *Joannes*. Cujus pater qui poſtmodum fuit Imperator procuravit, quod ei data fuit in conjugem filia Regis Bohemiæ. Quo rege mortuo hic *Joannes* filius Henrici regnum Bohemorum potenter obtinuit. Hic eſt ille Rex, qui Ducem *Joannem* quam plurimum vexavit, ut in præcedentibus enucleatum eſt. Ipſe quatuor filios & unam filiam procreavit. Primus fuit *Carolus*, qui patri in bello contra Anglicos occiſo, quod bellum cœcus intraverat, ſucceſſit in regnum, & poſtea Imperator fuit Romanorum. Secundus filius extitit *Wencelaus* Dux de Lucenborch, Comes de *Chini*, Tutor ac Dominus de *Elzaten*. Hic
Joannis III. poſtmodum Dux exſtitit Brabantiæ habens *Joannam* ſeniorem filiam in uxorem, tamen per diſpenſationem Papæ, ob lineam conſanguinitatis, qua attinebat, quia vidit hoc expedire paci & quieti multarum provinciarum. Tertius filius *Judocus* nomine procurator fuit Marchionatus de *Brandenborch* & de *Moraviæ*. Quartus filius exaltatus in eccleſia, unus de quatuor Patriarchis factus. Filia ejus vinculo matrimoniali conjuncta fuit *Joanni* Duci Normanniæ, qui poſt patrem *Philippum* monarchiam aſſecutus eſt Francorum. Qui valde bene & prudenter rexit, ex quo cognominatus eſt bonus Rex. Iſte Rex etiam quatuor habuit præcellentes filios filiamque unam. Primus vocatus eſt *Carolus*, qui poſt eum in regnum ſucceſſit, quod adeo ſapienter gubernavit,

ut meruerit *Sapiens* Rex nuncupari. Secundus ejus natus vocatus est *Ludovicus* Dux Andegavensis, potens & fidelis, qui & ipse filium reliquit in Principatu succedentem. Tertius filius fuit *Joannes* Dux Bituricensis homo sensatus & pacificus, qui plurimum dilexit margaritas & lapides pretiosos, aurum & alia jocalia exquisita & sumptuosa. Hic laudabilis Princeps gemino pollebat virore filiarum. Quarum seniorem duxit in uxorem Comes Sabaudiæ. Unde prodiit filius nomine *Amedeus*, qui ei in Ducatu successit. Alia copulata fuit Comiti de *Den*, cui genuit filium successorem Principatus sui & filiam, quam postea duxit in uxorem *Philippus* Comes Nivernensis, qui postmodum in bello contra Anglicos occubuit cum *Antonio* fratre suo Duce Brabantiæ, ubi multi nobiles cortuerunt. Quartus filius *Joannis* Regis Franciæ fuit *Philippus* Dux Burgundiæ, qui cognominatus est *Hardi*, id est, *Audax*, pater scilicet *Joannis*, qui ei in Ducatu successit, & *Anthonii* ac *Philippi* prædictorum. Fuit etiam ipse multum sapiens ac prudens, ac boni regiminis, in diebus suis famosus ac nominatus ubique terrarum. Fuit enim Princeps Catholicus ac amator & promotor sanctæ ecclesiæ, qui inter cetera bona sua construxit quam pulchram ac solennem domum ordinis Carthusiensis prope *Divionem*, in qua cum domina uxore sua sepultus pausat diem futuræ resurrectionis exspectans. Dum adhuc vixit in humanis studuit paci & quieti, guerras & tribulationes ubi potuit sedando. Nam mortuo Carolo fratre suo Rege Francorum cum successisset *Carolus* alius filius ejus, hic *Philippus* regnum sapienter & tranquille rexit, eo quod Rex debilis sensu per intervalla temporum non fuit compos mentis suæ. Sed post mortem ejus totum in contrarium versum est, & per horrendas guerras & divisiones partium regnum tam nobile pene est destructum.

Johannes ergo Dux Brabantiæ attendens, quanta rex Bohemiæ cognatus suus egerat contra patriam suam, & qualiter eum & suos vexaverat, videns etiam ipso mortuo progeniem suam crescere in potentia, & divitiis, & honore, metuens ne graviora per sobolem ejus evenirent, caute procuravit, quod Joanna senior filia priori marito viduata traderetur uni natorum ejus, scilicet *Wencelao*, quod & factum est. Tempore hujus Principis constructum fuit monasterium ordinis *Cartusiensium* prope *Antverpiam* sub primo Priore *Johanne* de *Boechaut*. Cui mox ipse Dux favorem suum impendit, & quodam privilegio decoravit. Post hæc infirmitate tactus hic amabilis Dux viam universæ carnis

ingressus est [1] anno Domini CIↃ. CCC. LV. in profesto sancti Nicolai, postquam provincias suas nobiliter rexerat annis XLIII. sepultusque est honorifice in monasterio *Villariensi* ordinis Cisterciensis non parvam luctus materiam relinquens, cujus memoria in benedictione est in generationes & generationes. Successit ei *Wencelaus* prædictus, & receptus fuit in Dominum *Lovanii* tertia die Januarii, & postea *Bruxellæ*, & per cetera oppida Brabantiæ reciprocam fidelitatem sibi mutuo promiserunt. Sed proh dolor paulo post gravis dissensio orta est inter ipsum & Comitem Flandriæ *Ludovicum*, qui *Margaretam* aliam sororem sortitus est in conjugio. Nam in Brabantia ipse divisionem habere voluit & partem accipere, & quia plus exegit, quam sibi dare voluerunt, paulatim malum discordiæ germinavit. Fuit ergo dies constituta in *Mechlinia*, quo ambæ partes convenirent de bono pacis tractaturæ. Sed illis ibi existentibus conatus omnis in vanum cessit, nec poterant aliquæ viæ inveniri, per quas in amicitiam & concordiam revocarentur. Fuit tamen ibi concluſum, quod Domini ex utraque parte oppidum exirent æqualiter, & sine præjudicio alterius, quod & fecerunt. Verum post non multum spatium Comes Flandriæ regressus est subtiliter & caute. Ibi cum oppidanis loquens ad hoc negotium deduxit, quod omnes se inclinarent ad partem ejus, & accipientes in verum Dominum fidem & assistentiam promiserunt. Et cauteloſe & fideliter oppidum muniens reversus est in locum suum. Pariformiter fecit in terminis Flandriæ mittens illuc homines armorum, qui terminos Brabantiæ intrantes debellarent eam. Hæc percipiens *Wencelaus* commotus est animo, proponens viriliter resistere grassantibus. Erant enim tunc temporis in *Brabantia* plures nobiles, strenui, & militares viri in bellicis rebus non parum experti, qui militaverant tempore *Joannis* Ducis contra Principes, & in regno Franciæ coram *Tornaco*, & *Cameraco*, & alibi [2] probitates suas ostenderant. Venerat quoque Montensis Comes, nec non & alii de Ger-

1 Levoldus de Northof. apud Meibom. *to.* I. *rer. Germ. Anno Domini* CIↃ. CCC. LV. *dux Brabantiæ Johannes circa festum S. Nicolai obiit, & in Villari in habitu monachali sepultus: sed exequiæ suæ postmodum in crastino Purificationis celebratæ sunt cum magnis expensarum pompis.*

2. *Probus* idem quod vir fortis, ἀγαθὸς τὰ πολεμικά. *Probitas* fortitudo. Chron. Altissiod. *p.* 194. *vers Milites sex, sed multa præditi probitate cum servientibus quinquaginta.* Genealogia Balduini de Avennis apud d'Achery *to.* 7. *Spicileg. p.* 615. *Hic postmodum ultra mare multas probitates fecit.*

Germania ad ipsum, qui auxiliatores ejus effecti sunt. Isti adeo *Mechnienses* tanquam desertores proprii Domini ita coarctarunt, quod nullo modo Brabantiam intrare potuerunt. Præterea *Bruxillenses* & *Antverpienses* contra Flandros se ita opposuerunt, quod cogebantur intermittere excursus & incursus, quos fecerant. Præcipue *Antverpienses*, qui terram ipsorum percurrentes in terra *Waes* & usque *Gandavum* magnam eis jacturam intulerunt. De quo graviter dolens Comes *Ludovicus*, & indignanter cogitans apud se, quod si unquam fieri posset, ipsis hæc retribueret, & in eis vindicaret, quod postea fecit, prout luce clarius sequentia demonstrabunt. Videns ergo mala invalescere *Wencelaus* consilium habuit cum suis se velle petere auxilium & solamen a fratre suo Imperatore *Carolo* quarto. Et de communi consensu decretus est dies apud *Trajectum* superius, quo omnes convenirent de bono statu invicem collocuturi, ubi multa de hac materia ventilata sunt. Et inter cetera Ducatus Brabantiæ & Lymburgiæ auctoritate Imperiali confirmati sunt & adjudicati Wencelao. Et omnia ibi gesta ipse Cæsar, Dux, & Ducissa, omnesque deputati ex parte civitatum Brabantiæ literis & sigillis suis approbarunt. Ita hæc Comitem Flandriæ latere non potuerunt, qui timens potentiam Cæsaris tractavit apud se non esse tutum rem multum differre, sed melius esse prævenire quam præveniri, antequam alii congregarent omnes suos. Vidit etiam modicum sibi prodesse gentem armorum, quam circa limites Flandriæ posuerat, quia alii fortiter eis resistebant, nec poterant, ut eis libuit, Brabantiam intrare. Indixit ergo generalem expeditionem populi sui per totum Comitatum Flandriæ, & cum manu valida Brabantiæ fines est ingressus, ubi incendia & magna damna perpetravit. Quod primum prius percepit Dux *Vencelaus* quam Flandrenses se movera cœperunt, & statim misit suos veredarios in omnes fines suos, demandans ut omnes nobiles & civitates quam cito ad se properarent. Qui jussis obtemperantes omnes uno animo illuc venerunt. Comite ergo *Ludovico* exeunte cum suis inter monasteria *Affligemense* & *Bruxellam* Brabantiones eis obviam pergunt in prælium, sed Flandrenses victoriam adepti sunt. Nam in principio congressus duorum exercituum principale vexillum corruit ac dejectum est in terram. De quo facto dominus de *Ascha*, qui ipsum vexillum ferebat, fuit valde diffamatus, & notam traditionis incurrit, quam etiam prius mortem non evasit. Corruente ergo vexillo fugam arripere cœperunt tendentes versus *Bruxellam*, in qua via per do-

mos & per compita plures cæsi sunt præter eos, qui in campo certaminis ceciderunt, multi vero præ timore in fluvio & in fossatis submersi. Dum ergo illi fugerent *Ludovicus* Comes cum suis insecutus Bruxellam pariter intravit, & posito oppido in manu sua fixit vexillum suum in domo Scabinali, sed & super muros oppidi alia vexilla sua crigi jussit. Post hæc fecit se recipi in dominum & fidelitatem sibi promitti. Constituit mox etiam Scultetum dominum *Sigerum* de *Helefelde*, ordinavit Scabinos pro arbitrio suo & secundum manum suam. Hæc autem clades evenit Brabantinis ex eo, quod inconsulte ad pugnam processerunt & prudentum virorum consilium fuit refutatum, cum tamen dicat scriptura; *Melior est sapientia quam vires, & prudentia quam arma bellica.* Et Salomon dicit; *quod gubernaculis tractanda sunt bella.* Hæc fuit facta strages anno Domini CIↃ. CCC. LVII. die .... Augusti.

His itaque gestis præcepit Comes suis serioſe, quatenus omnibus expensas solverent, & in nullo intraneos gravarent, sperans per talem benevolentiam & discretionem alia oppida ad se attrahere, ut & ipsi eum in verum dominum & legitimum Principem reciperent. Perrexit ipse cum populo suo versus *Fonantum*, & in via obtinuit villam de *Vueren*, ponens ibi Capitaneum suum, inde Lovanienses venienti portas aperuerunt. Convocata ergo modeste & benigne concione populi majorum & minorum, ubi sapienter & clementer declaravit eis, quod in verum Principem & dominum recipere eum non cunctarentur, sed & hoc facere deberent. Cum hinc inde de hoc tractaretur, ad hoc deventum est, quod oporteret eos juramentum sibi præstare, & hoc juramentum in scriptis redigere. Populus autem animatus absque mora hoc facere voluit, & jam digitos elevarant, ut facerent quæ poscebat, & eccè quidam sapiens & honestus [1] miles eos sic alloquebatur: *Quid facere vultis homines maledicti, an non recordamini, quod dudum juraſtis vero Domino vestro, & quod ei exhibebitis fidelitatem & honorem? Numquid vultis eum modo deserere, & contra Deum & fas recipere alium Dominum nobis impertinentem. Hanc confusionem nunquam poteritis vincere, omnes ob hoc peribitis, & in baratri locum cum anima & corpore devenietis.* Audiens populus hos sermones attoniti sunt, & attraxerunt digitos suos cogi-

1. Imo monachus e cœnobio S. Gertrudis Guilielmus Sadelerius, ut scribit Divæus *lib. 15. hist.*

gitantes, quod male taliter jurando feciſſent, & ſic unus poſt alium omnes domum remearunt. Comes hæc animadvertens non fuit auſus diutius illic remanere, ſed cito recedens iter ſuum paravit verſus *Bruxellam* & compoſitis ibi rebus in Flandriam reverſus eſt. Poſt hæc venit quidam electus & nobilis miles de *Bruxella* oriundus nomine *Everardus Tſerclaes* germanus *Joannis* Epiſcopi Cameracenſis fidelis Duci domino ſuo. Hic in ipſo prælio non fuerat, quod habitum eſt. Audiens autem cuncta quæ acciderant, & quod Flandrenſes *Bruxellam* ſic obtinuerant, contriſtatus eſt valde, & ſecum deliberans, quonam modo liberaret populum ſuum & patriam ſuam, veniens illuc congregavit cognatos & amicos ſuos, quorum non erat parvus numerus, accedenteſque ad murum in locis ſibi notis ſcalas appoſuerunt in noctis caligine, & paulatim aſcendentes oppidum intraverunt clam Flandrorum populis, qui inibi remanſerant, & ſine mora acceſſerunt ad domum Scabinorum, & occupaverunt eam, & concurrentibus aliis amicis ſuis detraxerunt vexillum Comitis, & ſimiliter alia vexilla, quæ ſupra portas fuerant affixa, in quorum loco crexerunt vexilla domini Ducis ſui. Oppidani iſta percipientes convenerunt in unum, ac ſuper forum ſe collegerunt, zelantes pro honore domini ſui, & gaudentes ſuper hoc tam felici eventu, & in hoc gaudentes, quod non ſponte deſeruerant dominum ſuum, cum amor ejus ſemper perſeveraret in animo eorum, ſed coacti timore ad hoc qualiter qualiter fuerant inducti. Porro *Flandrenſes* ex parte Comitis illic relicti intuentes iſta timor & tremor irruit in eos, & inſultum plebis metuentes ſtatim fugam arripuerunt, & ad dominum ſuum triſtes ſecum adferentes rumores redierunt. Hos ergo tam lætos rumores hic miles judicavit domino ſuo Duci fore nunciandos. Sed o quanto gaudio Dux & Duciſſa & omnis Curia militum & nobilium tripudiarunt & magnificas Domino gratias egerunt ſuper tam inſperato & jucundo rumore. Et omnes attollebant fidem, bonitatem, & probitatem militis prædicti, omni honore eum dignum arbitrantes. Confeſtim igitur Dux cum conforte ſua & reliquis Bruxellam devenit, & cum immenſo gaudio receptus quaſi redivivus & eis redditus, & convenerunt undique fauſta acclamántes. Fuit in diebus illis Comes Hollandiæ & Hannoniæ filius *Ludovici* Bavari, qui ſe geſſerat pro Imperatore, & contra matrem ſuam navali bello certaverat, & triumpharat, quam etſi prius a Dominio Hollandiæ pro parte expulerat, tunc tamen poſt victoriam omnimodis fuit expulſa.

Hic

Hic satis & multum laboravit pro pace firmanda & redintegranda caritate inter hos duos Principes, qui labor suus in tantum profecit, quod de consensu partium in ipsum fuit totum negotium translatum, ut quicquid ipse per sententiam suam promulgaret, id ab omnibus gratum haberetur. Habita igitur super hoc bona & diligenti deliberatione, ipse apud oppidum *Hannoniæ*, quod dicitur *Aet*, in hunc modum arbitrium suum patefecit, patentibus etiam literis super hoc confectis. Inprimis sedata guerra pacem pronuntiavit inter prædictos duos heroes, nobiles, & ignobiles, oppida, civitates, & villas, quam firmam & inconcussam fore decrevit, ita quod omnes ab utraque parte captivi liberi & salvi dimitterentur cum bonis & rationabilibus expensis, sic quod nulla exactio vel angaria fieret pro pretio suæ redemptionis, exclusis tamen illis, qui jam pretium prædictum solverant vel de solvendo se obligaverant. Item quod omnes, qui tempore belli a suis bonis fuerant expulsi, redibunt ad ea salvi & incolumes, ac possidebunt in eo statu, quo habuerunt ea, antequam hoc disturbium fuerat motum. Item quod Comes Flandriæ amovebit homines armatos, quos in monasterio de *Affligem* posuit, & restituet Abbatem & monachos in pristinum statum, quatenus ibi divinum officium perpetuis temporibus celebrent, ut ante fieri consuevit. Item etiam ex quo nonnullæ Communitates, Barones, milites, ac scutiferi in Brabantia Comiti *Flandriæ* homagium fecerunt, nec non & fidelitatem promiserunt, ordinavit & dixit, quod quatuor oppida, scilicet *Lovanium*, *Bruxella*, *Tenis*, & *Nivella* sibi, quamdiu vixerit, semel in anno pergent ad servitium per sex hebdomadas cum uno vexillo & armaturis suis contra quoscunque hostes suos sibi assistentia. Sub quolibet vexillo erunt xxv. homines, duo Barones, duo milites, & sub propriis expensis facient hæc, salvo quod contra *Wencelaum* Ducem ac Dueissam, ac propriam patriam eum non adjuvabunt. Ipse quoque Comes relaxabit eis juramenta, & omnia talia sibi promissa, tradetque literas super hac re confectas. Et quoniam de assensu civitatum ac nobilium assumpsit sibi nomen, ut Ducem Brabantiæ se scriberet, hic titulus sibi remanebit, si placuerit, maxime ob servitium sibi impendendum, de quo supra dictum est. Præterea quoniam *Ludovicus* Comes Flandriæ pater hujus *Ludovici* emit *Mechliniam* erga Capitulum Leodiense cum villis & pertinentiis suis, ex quo guerra pullulavit inter ipsum & Ducem *Joannem*, & *Philippus* rex Francorum edictum suum promulgavit, quod quando Comes renun-

nunciaret emptioni ſuæ, darentur ſibi octoginta ſex millia, quingentæ Realæ aureæ, & quia Comes iſte *Ludovicus* expenſas & magna damna ſuſtinuit in hac guerra, & pax olim apud *Aſcham* facta & ſigillata non fuit obſervata, ordinavit, quod ipſe Comes ac ſucceſſores ſui perpetuis temporibus poſſiderent *Mechliniam* cum omnibus, quæ pertinerent ad eam. Item quoniam dominæ *Margaretæ* non fuerat ſufficienter proviſum in dote ad nuptias, ipſa Comitiſſa Margareta omni anno habebit decem millia florenorum, & heredes ſui. Pro qua ſumma accipiet Antverpiam cum ſuis pertinentiis in poſſeſſionem, & poſteri ejus, in feudum tamen a *Johanna* Duciſſa Brabantiæ, & ſuis heredibus, ac inde ſibi fidelitatem promittent, ita tamen quod Duces *Brabantiæ* ſcribent ſe Marchiones ſacri imperii. Acta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. LVII. in menſe Junio. Sciendum vero eſt, quod quamvis *Wilhelmus* Comes *Hollandiæ* in iſta concordia pacis non dixerit *Heuſden*, in facto tamen & operibus dixit, quod eſt plus quam verbo dicere. Nam ipſum oppidum ſibi uſurpavit, cum tamen manifeſtum ſit, quod ante hanc guerram, quam ipſe ſedavit, ſibi nullo modo pertineret, occaſionem accipiens ex hoc, quod Dominus de *Saſſenberge* ipſum vendidit *Wilhelmo* Comiti avo iſtius *Wilhelmi*. Unde ortum eſt bellum inter Ducem *Joannem* & ipſum. Sed in tractatu apud *Hoochſtraten* per ſententiam fuit abjudicatum ipſi *Wilhelmo* & *Joanni* adjudicatum. Sed poſt definitionem illius ſententiæ hic ſibi uſurpare præſumpſit: Poſt aliquod tempus, id eſt, anno Domini CIↃ. CCC. LVIII. in amentiam cecidit, & uſque ad mortem in ea duravit incluſus apud *Keynoet* in *Hannonia*, ac deinceps anno Domini CIↃ. CCC. LXXXIX. defunctus eſt.

Quia vero per iſtud edictum *Mechlinia* a Brabantia ſeparata eſt, dicendum eſt, quomodo porro ad Brabantiam devenit. Ab antiquo tempore *Mechlinia* pertinebat dominis de *Grimbergen*, ſed non erat pro tunc tanti valoris, quanti poſtea facta eſt. Hi domini omnia ſua bona tenebant in feudum a Ducibus Brabantiæ uſque quo *Carolus* filius *Lotharii* regis Franciæ & Dux captus eſt ab *Hugone Capeto* apud *Laudunum* & tranſvectus eſt *Aurelianis*, ubi diem ſuum clauſit extremum. *Otto* filius ejus Dux Lottringiæ ſine herede deceſſit. *Gerberga* ſoror *Ottonis* Duciſſa Brabantiæ ſortita eſt in maritum *Lambertum* cum *barba*, qui in bello occubuit. *Godefridus* Dux * *Arduennæ* obtinuit *Lottringiam* & magnam partem Brabantiæ, ſic quod *Gerberga* cum filio ſuo *Henrico* nil

* Sylva inter Moſellanos & Condruſios ſita, per medios fines Trevirorum a Rheno uſque ad Nervios & ad Remos excurrens, cujus Cæſar etiam meminit *lib. 6. de bell. Gall. cap.* 29. Pars ſylva Carbonaria eſt, de qua Annal. Metenſ. ad Ann. DC. LXXXVII. Superſunt reliquiæ adhuc in Ducatu Lucenburgico, ad Remorum item opida Doncherium Sedanumque, ubi vetus adhuc nomen, *bois des Ardennes*, ut auctor eſt Valeſius in *notit. Gall.*

plus retentavit quam *Lovanium* & *Bruxellam* cum his, quæ ad ea pertinent, & Marchionatum de *Rien*. Videntes autem domini de *Grimbergen*, & nonnulli alii, adversam fortunam Ducum Brabantiæ & dejectionem, recesserunt a dominatu eorum, nec feuda sua ab eis tenere voluerunt, nec ut dominos recognoscere. Et hoc duravit annis fere centum usque ad tempus scilicet *Godefridi* cum *barba*, qui omnia recuperavit, quæ antecessores sui amiserant. Inter quod tempus crevit potentia dominorum de *Grimbergen*, & Dominium eorum circumquaque dilatatum est per diversos filios heredes, inter quos unus fuit, cui in sortem & funiculum hereditatis obvenit media pars oppidi *Mechliniæ* cum nonnullis redditibus & villis. Hic postmodum divino flamine inspiratus tota se mente in Deum convertit, & cuncta bona sua tradidit monasterio Lobiensi ad honorem Dei & in remissionem peccatorum suorum. Verumtamen domini de *Grimbergen*, qui aliam partem *Mechliniæ* habebant in manu sua, adeo graves facti sunt monasterio prædicto, quod Abbas & Conventus pauca levare poterant de bonis eis collatis. Quod ipsi videntes fecerunt concambium cum episcopo Leodiensi, autumantes quod melius & facilius ipse quæ sua erant requirere posset, & quod ab eis plus timeretur. Tradiderunt itaque ei partem suam, & ab ipso alia bona receperunt. Sed illorum intentio in contrarium versa est. Nam prædicti Domini obfirmati manserunt in proposito, sic quod episcopus non plus vel modicum plus poterat obtinere de obventibus ipsius villæ. Cum ergo ut præfertur Dux *Godefridus* recuperasset omnia deperdita, ac *Henricum* Ducem Lymburgiæ a Lottringia fugasset, coegit omnes nobiles, quorum progenitores feudarii Brabantiæ fuerunt, ad se venire, & sua feuda ab ipso recipere, homagium & fidelitatem sibi promittere. Quorum unus extitit dominus de *Hoern*, ad quem misit, jubens eum ad se Lovanium properare. Qui sine mora venit & accepit ab eo fundos, feuda, & bona in homagium & fidelitatem. Statim perrexit *Bruxellam*, & inde transmisit ad ambos dominos de *Gaesbeke*, & ad dominum de *Angra*. Qui non audentes resistere sine mora accesserunt ad eum & omnem ejus voluntatem humiliter impleverunt. Post hæc destinavit ad *Arnoldum* dominum de *Grimbergen*, quatenus & ipse veniret ad eum, & bona sua ab eo reciperet, ut sui genitores ante eum facere consueverant. Erat hic *Arnoldus* potens valde & multis opibus abundans, amicis & propinquis robustus nimis. Fuit enim dominus de *Grimbergen*, dominus *Mechliniæ*, *Duffel*, *Wa-*

Walen, & de *Reumſt* uſque *Antverpiam*, de *Heyſt*, de *Harlar*, de *Gele*, de *Rethie*, & ſic deinceps uſque ad magnam planiciem de *Poſtel*. Dominia hæc vel ſua erant vel ab eo in ſeudum tenebantur. Caſtrum etiam de Grimbergen tam forte erat, tamque munitum, quod in multis partibus circum circa ſibi ſimile non inveniebatur. Habuit tres filios, quorum ſenior dicebatur *Walterus Berthout*, alter *Gerardus*, milites in armis ſtrenui ac famoſi. Tertius adhuc infra adoleſcentiæ annos degebat. Pater ergo offenſus contra Ducem, quod ab eo ſubjectionem & homagium exigebat, remiſit continuo ad eum, quod ipſe terras ſuas a nullo terreno Domino tenebat, niſi a Domino ſolo cœleſti, & quod nullo pacto ſibi ſubjectionem promittere volebat. Solummodo ſtratas de *Keyler* in feudum tenebat. Hinc ergo grave bellum inter eos ſurrexit, & ſibi mutuo damna non parva intulerunt. Sed Dux prævalens abſtulit ſibi villas, & loca, & reddituum partem ſibi attraxit. Mortuo *Godefrido* primo ſucceſſit ſecundus *Godefridus* filius ejus, qui contra prædictos bellum continuavit, ſed non ita ſapienter & exacte ſicut oportebat hoc fecit. Nam cuncta amiſit, quæ pater ſuus jure belli obtinuit. Inſuper & de propriis bonis plurima ſibi abſtulerunt. Quo defuncto ſucceſſit tertius *Godefridus* anni unius habens ætatem. Tunc *Grimbergenſes* irruentes in patriam tanquam in gregem orbatum paſtore venerunt ad caſtrum de *Nedelaer* juxta *Strombeke*, quod obſidentes expugnaverunt & deſtruxerunt, & combuſſerunt villas, ac *Vilvordiam* caſtrum quoque cum pulchra aula effregerunt. Tunc nobiles de Brabantia ac proceres, inter quos erant *Henricus* de *Dieſt*, *Gerardus* de *Weſemael*, *Joannes* de *Birbeke*, qui communiter electi fuerant in tutores Ducis junioris, congregaverunt electam exercitus multitudinem, & perrexerunt ad caſtrum *Grimbergen*, quod erat valde firmum, & valde bene munitum. Sed illi aſſilientes & impugnantes ceperunt illud comburentes & deſtruentes. Sed dominus de *Grimbergen* cum ſuis confugit in burgum, quod erat bene forte. Alia die Brabantini inde recedentes perrexerunt verſus *Mechliniam*, eamque obſederunt in giro, incendentes patriam, a loco unde venerant uſque eam. Interim dominus de *Grimbergen* miſit ad amicos & propinquos, ac ſocios ſuos pro auxilio & quicunque pro ſtipendio ſervire volebant. Et venit multitudo magna nobilium ac potentum in ſuccurſum ejus. Quod percipientes Brabantini ſoluta obſidione perrexerunt in obviam eis, & de conſilio Domini de *Hoerne* miſerunt Hiraldum ad dominum

de *Grimbergen*, mandantes, ut veniret ad dominum Ducem puerum, & in conſpectum ejus. Si peteret veniam, ipſi procurarent, quod fieret mite ac ſalubre judicium ei. Quod ſi hoc facere recuſaret, neceſſe eſſet cum eis inire pugnam, & ſi victus eſſet fieret ei ſecundum demerita ſua. At ille reſpondit ſe non curare de miti judicio eorum, ſed cum eis intrepido animo dimicare vellet. Tunc Brabantini *Arnoldum* de *Crayen Bruxellam* miſerunt, ut illinc adduceret Ducem, qui adhuc jacebat in cunabulis, quatenus animi pugnatorum ex ejus præſentia confortarentur. Quod & factum. Alia die aciebus ordinatis iniere certamen, ubi fortiter pro triumpho dimicatum. Ceciderunt in ore gladii complures, & ſaucii etiam multi ſunt, ſed nox prælium diremit. Tertia die iterum concurrentes invicem ſtraverunt, ubi proh dolor! infauſto auſpicio tellus ſanguine perfuſa eſt, ſed Brabantini campum obtinuerunt, ubi captus eſt *Arnoldus* de *Grimbergen* cum filio ſuo *Waltero Berthout*, & plures alii. Sed *Arnoldus* prædictus tam graviter vulneratus eſt, quod ultra tres ebdomadas non vixit. Ex parte ejus corruerunt in morte Gerardus filius ejus, nec non & Comes de *Virſon*, & nobilis dominus de *Cochiaco*, Domini de *Caſtillon*, *Arke*, *Bronchorſt*, *Keppele*, dominus de *Yſelſteyn*, *Joannes*, & *Eugenius* filii domini de *Breda*, Dominus de *Itte*, *Schoenderbroec*, de *Baerlegem*, *Henricus* de *Heyenbrugge*, dominus *Wilhelmus* de *Waſſenhoven*, *Henricus* de *Henbeke*. Hi omnes nobiles cum multis aliis in duobus præliis ſupra dictis finierunt vitam temporalem. Brabantini vero hujus cladis immunes non fuerunt. Nam incruenta victoria eis non ceſſit. Caſtrum de Grimbergen ſolo tenus eſt deſtructum, ne in eo amplius nidificarent, qui certamen redivivum reſuſcitare poſſent. Manſit ergo in captivitate *Walterus Berthout*, quouſque multi Chriſtiani pergerent trans mare in ſubſidium terræ ſanctæ. Tunc multis precibus impetravit, quatenus ad certum tempus relaxaretur, ut poſſet & ipſe in remedium animæ ſuæ ſe in obſequium Chriſti impendere, ob quod tradidit in obſidem fratrem ſuum minorem. Ipſe ergo & dominus *Paridanus* de *Waſſenhoven* illuc tetenderunt, & pugnantes cum aliis contra Chriſtiani nominis inimicos laudem eximiam reportarunt. Sed mora quam fecit tam diu & longa fuit, quod tempus ſibi præfixum expiravit. Tunc prædictus germanus ejus pro eo ſe reddidit captivum, ubi etiam diem clauſit extremum. *Walterus* vero ad partes rediens percepit de morte fratris ſui, antequam limites *Brabantiæ* attingere poſſet. Qui ſine mora denuo

re-

regressus est ultra mare militaturus Christo, qui randem eoram *Damiata* finem vitæ exegit. Post eum relicti sunt duo filii, quorum unus *Walterus*, alter *Gerardus* vocabatur. Cum ergo *Godefridus* Dux adultus fuisset, & venisset ad annos viriles, hi duo fratres filii *Walteri* prædicti per amicos & alios subsidia ab ipso requiri fecerunt, quatenus avitas & paternas hereditates eis reddere dignaretur, & tandem in sententia & dicto ejus se posuerunt, ac juramento firmarunt se servaturos. Promulgavit ergo Dux dictum suum. Primo quod castrum de *Grimbergen* nullo unquam tempore usque in ævum reædificari deberet. Secundo quod ipsi & posteri eorum Ducibus Brabantiæ obedirent, fidelitatem promitterent, ac bona sua ab eis in feudum retinerent. Tertio quod quia *Walterus* pater istorum juniorem fratrem suum in captivitate dimiserat, ordinavit, quod semper junior filius in illa patria dominium obtinebit, & senior filius ab ipso allodia ac prædia sua de ejus manu acceptabit. Hoc sic peracto hi duo fratres inter se partiti sunt bona paterna, & *Waltero* Berthout obvenit *Mechliniæ* una pars, quam statim de manu fratris junioris cum aliis Dominiis in feudum accepit, secundum quod Dux dictaverat. Alia pars oppidi continue remansit ecclesiæ *Leodiensis*. Sed post multa annorum curricula prædicta Dominia in plures heredes scissa sunt ob multiplicem sobolem inde prodeuntem, sicque illi, in quorum sortem *Mechlinia* devenerat, assueverunt homagium facere dominis de *Grimbergen*. Cernens autem *Henricus* Dux secundus, quem vulgariter *Magnanimum* vocabant, hoc cedere in præjudicium Dominii & detrimentum honoris sui, non putavit esse dissimulandum, & propter hoc inter ipsum & *Walterum* Berthout orta est quædam dissensio. Sed interposuit se sequestrum & medium *Otto* Dux Gelriæ pacem reformare cupiens per hunc modum, scilicet, quod prædictus *Walterus* dominus *Mechliniæ* subjiciet se potestati Ducis, homines, feuda, & prædia de manu ejus accipiet, ac deinceps inviolatum fœdus inter eos durabit. Marchionatum vero de *Ryen* in manu ipsius Ducis tradidit, & mox eundem ab ipso in feudum recepit. In hac amicabili compositione pacis etiam illud bonum actum est, quod ipse *Bartholdus* accepit in uxorem filiam Comitissæ de *Almunia*, & fuit Dux avunculus istius sponsæ. Nam mater ejus fuit soror Ducis, filia primi *Henrici*, ut in præcedentibus habitum est. Acta sunt hæc anno Domini CIↃ. CC. XXXVIII. apud Lovanium. Alvernia

Sic perdiderunt Domini de *Grimbergen* dominium & feudum

Mechlinia. Aliam medietatem, ut sæpe dictum est, possidet ecclesia *Leodiensis*. Sed hi sic Principatum tenuerunt, quod episcopus parvum emolumentum inde potuit habere. Nam intranei nullum censum illi ecclesiæ solvere voluerunt, nisi duo Canonici forent præsentes, & assiderent ad mensam censualem. Item quæ receperunt ibidem scilicet frumentum, avenam, fœnum, & quævis alia, non poterant extra oppidum asportare, sed oportebat omnia ibidem expendi. Hæc autem ad illum finem agebantur, ut aliam medietatem ab ecclesia possent extorquere. Nichilominus a Ducibus Brabantiæ feudum tenentes fideliter ipsis servierunt. Nam mortuo *Henrico* secundo, & tertio succedente *Joanne* in Ducatum, hic *Walterus* inseparabiliter ei adhæsit, existens summus consiliarius ejus, perrexitque cum ipso ad obsidionem de *Woringen*, & in bello occidens hujus vitæ finem fecit. Igitur dum *Hugo* episcopus *Leodiensis* videret, quod redditus ac proventus sibi debitos commode levare non posset, & pressuram, quam a *Bertholdis* sustinuit, iniit fœdus cum *Joanne* secundo Duce Brabantiæ, videlicet quod ipse Dux efficaciter ad hoc laborabit, ut omnia jura ecclesiæ suæ, quæ multo temporis ævo *Bertholdi* violenter detinuerant, suis expensis recuperabit pro ecclesia prædicta, & episcopus eum pro suis laboribus servabit indemnem. Quod actum est anno Domini CIↃ. CCC. Statim Dux fideliter se habens in negotio recuperavit *Mechliniam*, jura & redditus mediæ partis pro ecclesia prædicta. Aliam medietatem obtinuit *Joannes Berthout*, eamque tanquam vasallus ejus ab ipso in feudum accepit. Sicque isti duo tanquam Domini certas libertates & privilegia contulerunt in loco illo. Hoc evenit anno Domini CIↃ. CCC. uno, dum Dux ibi fuit in Dominum receptus, juxta hoc quod episcopus dominium ei concesserat. Concesserunt ergo ei loco, quod forum piscium, salis, & avenæ semper ibi remaneret salvo jure ac dominio suo. Post hæc *Mechlinienses* Ducem graviter offenderunt interim quod ipse & *Joannes Berthout* cum exercitu venientes ipsam obsidione vallaverunt, & tandem ad deditionem coegerunt, ut ipsi portas & mœnia & omnia alia in voluntate ipsius ponerent. Jussit ergo portas & mœnia versus *Bruxellam* destrui, ut etiam nullo unquam tempore absque ipsius permissu reparari valerent. De emenda vero Duci præstanda propositum fuit in compromisso quorundam Procerum, quod postea etiam fideliter adimpleverunt. Sed mansit sic Mechlinia in manu Ducis septem continuis annis nomine ecclesiæ Leodiensis.

sis. Sed cum *Leodienses* vidissent prædictum Dominium reductum esse ad suam lineam, mutuo dicebant, quod nullus episcopus nisi ad vitam suam posset ecclesiæ bona alienare absque licentia Papæ & consensu Capituli, nec non & patriæ totius. Fecit ergo episcopus *Theobaldus* Ducem Romam citari, ubi per judicium declaratum est episcopum Hugonem ultra vitæ suæ terminos hoc facere non potuisse. Sic medietas oppidi reversa est ad ecclesiam prædictam. Alia pars post mortem *Joannis Berthout* devoluta est ad *Egidium Berthout*, & post eum ad *Florentium Berthout* cognatum ipsius. Qui mox de ea fecit homagium Duci & servitium promisit.. Hoc gestum est anno Domini CIↃ. CCC. XII. Anno sequenti dum *Adulphus* de *Marka* episcopatum Leodiensem obtinuisset, non longe post impignoravit suam partem *Mechliniæ* erga *Wilhelmum* Comitem Hollandiæ pro quindecim millibus aureorum, accedente ad hoc consensu Romani Pontificis, quod ipse episcopus intra quinquennium redderet pecuniam suam, ac pignus recuperabit. Aliam partem Comes emit a domino *Florentio Berthout*, ac de ea homagium fecit Duci Brabantiæ tertio *Johanni*, & ad fidelitatem se obligavit. Speravit autem Comes, quod episcopus suam partem redimeret, & sic dominus oppidi remaneret. remitteret Sed eos spes ejus omnino frustrata est. Nam post non longum tempus episcopus reddita pecunia parrem suam de manu ipsius redemit. Perpendens ergo Comes aliam partem parum sibi valere, quia longe remota fuit a suis patriis, & Duci Brabantiæ pro ipsa ad servitium se obligarat, prudenter egit, quod emptio, quam fecerat, fuit penitus cassata, & sic *Florentius* prædictus recepit portionem hereditatis suæ. Hic habuit filiam nomine *Sophiam*, quam sibi desponsavit filius Comitis Gelriæ vocabulo *Reynoldus*, de qua habuit filiam, quæ postea facta est Comitissa Clevensis. Postquam prædictus *Florentius* rebus humanis exemptus est, devenit ad Comitissam *Gelriæ* filiam ejus. Post cujus mortem devenit ad Comitissam Clevensem ejus natam.

Anno Domini CIↃ. CCC. XXXIII. *Adulphus* episcopus *Leodiensis* consilio Capituli sui vendidit partem *Mechliniæ Ludovico* Comiti Flandriæ pro centum millibus nummorum, qui vocantur *Realæ*, sub conditione, quod recipiet in feudum ab ecclesia Leodiensi. Aliquo tempore elapso idem Comes comparavit aliam partem a Comite Gelriæ *Reynoldo*, qui tutor exstitit filiæ suæ Comitissæ Clevensis. Quo peracto misit *Ludovicus* Comes procuratores suos ad *Mechliniam* cum literis emptionis. Idem fecit episcopus &

Co-

Comes Gelriæ. In quibus literis insinuarunt eis, quod absolvebant eos ab omnibus juramentis & promissionibus sibi factis, requirentes etiam ab eis, ut Comitem Flandriæ in verum dominum reciperent. Porro Mechlinienses petierunt de hoc dilationem. Videntes qui missi fuerant se aliud obtinere non posse indilate regressi sunt. Quod audiens Comes factus est hostis civitatis, jussitque observari vias, ne ulla victualia seu mercimonia ad ipsos adduci possent, & præterea omnia bona, quæ cives habebant in patria sua posuit in manu sua, ne aliqua utilitas ad eos inde proveniret. Quod illi ut audierunt in angustia positi confugerunt ad Ducem Brabantiæ *Joannem*, poscentes solatium & sublevamen non solum ob servitium, quod ei impenderunt, verum etiam quoniam media pars ab ipso in feudum tenebatur, & sic sine ejus arbitrio & consensu ipsa emptio nullum potuit habere vigorem, quam fecerat *Ludovicus* erga *Reynoldum* Gelriæ Comitem; imo quod plus est ille ex hoc ipso feudum perdidit, & in ditionibus ejus fuit redactum. Porro partem illam, quam Comes erga ipsum emerat ipse Dux redimere * possit secundum jura, & quod propinquior esset, attento etiam quod *Mechlinia* habuit a Brabantia ortum, & quod in ipsa esset circumcirca totaliter situata. Item emptio illa non fuerat cum debita solemnitare celebrata, & ob hoc irrita fore deberet. Sic Dux & civitas in unum convenerunt sibi mutuo velle ferre præsidium contra omnem adversantem & inimicum. Quod Comes ut rescivit orditus est guerram contra, & multos Principes in sui auxilium acquisivit, ut in præcedentibus habitum est. Tandem de consensu partium rex Francorum *Philippus* accepit totum negotium in manu sua, & misit quendam militem a latere suo, qui *Mechliniam* interim gubernaret, & cum ceteras causas terminasset, de isto tamen distulit eo quod major difficultas & perplexitas in eo abdita esset. Videntes Dux & Comes Regem sic negotium protelare, ipsimet convenerunt in hanc pacem, quatenus de cetero Dux unam partem, Comes alteram partem possideret, cum multis aliis conditionibus appositis. Cum ergo res in tali interim tranquillitate starent, iterum aliud pactum inierunt, quatenus Dux *Joannes* aliam partem redimere posset pro octoginta sex millibus & quingentis aureis Realium, eo pacto quod Dux a Papa suis expensis obtineret, ut Comes a juramento relaxaretur, quod fecerat ecclesiæ *Leodiensi*. Et hæc dispensatio obtenta fuit a Papa *Clemente* VI. anno Domini CIↃ. CCC. XLV.

Vid. *lib.* 2. *feud. tit.* 9. *pr. tit.* 52. *tit.* 55. *pr. & t. tit. de prohib. feud. al.*

* posset

Cum

Cum autem ut prædictum est episcopus Leodiensis tradidisset *Mechliniam* in manus secundi *Joannis* Ducis Brabantiæ, & ibi receptus esset ut dominus, dedit aliquas gratias civitati. Inter cetera contulit, quod forum piscium, salis, & avenæ, ibidem poneretur, & quod quæcunque navigia libere illuc venirent, & de hoc tradidit literas sigillatas, & identidem aliæ civitates fecerunt ad requestam Ducis anno Domini CIↃ. CCC. Quod dum comperissent Antverpienses, quoniam hæc fora & mercimonia ab antiquo apud eos esse solebant, consternati sunt animo & mirati vehementer, quia & ipsum oppidum & Marchionatus de *Ryen* in feudum teneretur ab imperio Romano, & ista acta fuerunt sine scitu & favore imperatoris. Miserunt ergo ad *Henricum* Imperatorem Ducem de *Lucenborch*, & hæc omnia sibi nota fecerunt. Quamobrem ipse de causa plene informatus scripsit Duci se hoc nullatenus facere potuisse sine voluntate & consensu Imperatoris. Et statim auctoritate Imperiali revocavit & annullavit donationem illam *Mechliniæ* factam, & *Antverpiam* in antiquo suo jure restituit. Et de hoc literas sigillatas misit ad confirmationem prædictorum anno imperii sui primo, & anno Domini CIↃ. CCC. IX. Sic mansit stabile & illibatum tempore toto Joannis secundi & tertii. Insuper dum *Wencelaus* & *Joanna* uxor ejus in *Antverpia* fuerunt recepti propter juramenta, quæ tunc fecerunt, adhuc patentes literas tradiderunt eis, confirmantes omnia, quæ ante habuerunt. Post igitur edictum, quod fecerat *Wilhelmus* Comes Hollandiæ venerunt *Antverpiam Ludovicus* Comes Flandriæ & *Margareta* ejus uxor, & cum ingenti honore ibidem sunt recepti in Dominum & Dominam, & juxta morem juraverunt se servaturos jura & privilegia, & quæcunque alia habuerant a Ducibus antiquis. Sed postea *Mechlinienses* non quieverunt, sed apud Comitem graves deposuere querelas; quomodo violenter eis fuerat extorta donatio a Joanne secundo ipsis concessa de foro venalium rerum, & quoniam dum ipse fuerat apud Mechliniam receptus in Principem juraverat se eis servaturum jura ac privilegia. Cum magna vero instantia ista sunt prosecuti. Cernens Comes illorum instantiam cogitavit apud se velle remunerare eos pro grandi amicitia & favore, quod prisco tempore sibi impenderant, & vice versa retribuere *Antverpiensibus*, quæ tempore guerræ fecerant in eum, dum tanta damna in *Flandria* fecerunt, quæ præponderabant præ omnibus damnis a Brabantia sibi illatis, cum tamen illa non ex aliqua malitia, sed ex fidelitate, ad quam erga

Principem ſuum tenebantur, omnia illa perpetraverant. Ut ergo iſta caute & ſubtiliter ad effectum deducere poſſet, requiſivit, ut omnes controverſias & quæſtiones, quas Mechlinienſes & ipſi contra ſeſe habebant, in arbitrio ſuo ponerent, & quicquid inde judicaret ratum utrimque haberetur. Ad quod illi reſpondent ſe hoc facere non poſſe nec debere ſine conſenſu Imperatoris, & Ducis Brabantiæ, a quibus oppidum in feudum tenebatur, & jura fori rerum venalium fuerant apud eos vetuſtiſſimo tempore, quæ ipſe paulo ante juraverat ſe incontaminata ſervaturum. Hæc & plura alia pro ſe allegarunt, Poſt aliquantum temporis ſpatium venit Comes armata manu *Amverpiam*, multuſque populus cum eo, & ibi viribus contra cives prævalebat. Deinde paulo poſt accepit ſecum de Burgenſibus nobiliores & ditiores uſque ad centum quinquaginta, & fecit eos duci in Flandriam, in diverſis locis diſtribuens, quoſdam quidem in *Gandavo*, alios *Brugis*, nonnullos *Ypris* captivos duci juſſit. Reliquit etiam in civitate ſatellites, in tanto numero, quod ſemper eis prævalere poſſent. Quos adeo premebant, quod oportebat eos Comiti promittere omnem voluntatem ejus ſe impleturos, ſi obſides ſuos rehabere poſſent. Sed & antequam obſides ſuos recuperare valerent, ſeu exire ſatellites ejus vellent, compellebantur ſibi tradere literas ac privilegia, quæ de foro venalium rerum mentionem faciebant, quas ut ajebat dum ſufficienter vidiſſet & examinaſſet eas remitteret. Tandem illi compulſi cum honeſtis & auctenticis perſonis ſibi eas deſtinarunt. Sed tam cito hoc non implevit, quin potius de die in diem, de loco ad locum diſtulit. Permiſit eos ſe ſequi quocunque locorum equitaret. Inclinare cervicem, flectere genua nil profuit. Sed finaliter oportuit eos totaliter ipſius ſe ſubmittere voluntati, ut placitum ſuum de hoc promulgaret. Inſuper compulit cives omnes, qui habebant ſigilla, promittere & ſigillare, ut ibi ſtabiliter manerent, nec ad alium locum cauſa morandi ſe transferrent cum filiis & uxoribus ſine voluntate & conſenſu ipſius. Sic induraverunt ſuper eos mala, tribulationem, & dolorem invenerunt. Priuſquam vero obſides ipſis redderentur, vel ſatellites ab oppido recederent, dedit ſententiam, quod *Mechlinia* ambo fora, vel utraſque nundinas haberet, & nondum *Antverpienſes* literas ſuas habere potuerunt. Verumtamen Comes benignum & humanum ſe erga Carthuſienſes exhibuit, quos in ſuam protectionem ſuſcipiens quodam privilegio communivit.

Ac-

Accidit poſt hæc quendam ire *Lovanium* ferentem piſces venales, ſed in viam quandam difficilem incidit & laborioſam, unde nullatenus valuit ſe explicare. Sed veritus ne ſatis tempeſtive ad forum non occurreret, & ex hoc grave damnum incurreret, caſu vidit equum quendam in prato ſtantem, ac ſe paſcentem, & excurrens tulit eum, & in curru ſuo jungens eum evaſit de periculo, & ſe expedivit, & poſt in paſcua reduxit ipſum. Vidit hoc quiſpiam homo malignus & perverſus, qui inſecutus hominem præcurrens Lovanium venit, & accedens ad Villicum oppidi accuſavit inſontem, labiis iniquis & lingua doloſa dicens, quod ille fuerat equum furatus, & quod volebat eum ducere ſecum, ſed dum, inquit, vidiſſet me hoc videntem, territus repoſuit eum in prato, unde ſumpſerat eum. Talibus ab eo nequiter peroratis villicus incautus, verbis ejus credulus, quoniam occulto Dei judicio magnum & exitiale malum parabatur, ſtatim cum illo nequam miſſa apparitione juſſit hominem rapi, & ſuis aſpectibus ſiſti. Qui viriliter furtum inficians petiit ſibi ex parte oppidi juſtitiam fieri. Sic cauſa ventilata & veritate comperta data ſententia innocentem eum pronuntiavit. Sed Villicus non acquieſcens noluit relaxare eum. Judices requiſierunt, quatenus juxta formam ſententiæ dimitteret eum, ſed ille obſtinatus permanſit. Tunc illi proteſtati ſunt, quod ipſum a modo pro villico habere nolebarit, quia non ſervavit jura eorum, quæ ſervaturum ſe juraverat, dum villicationis officium acceptaſſet. Tunc perrexit ad Ducem, qui eo tempore apud *Vueren* morabatur graviter conquerens, quomodo abſque authoritate ipſius ab officio fuerat deſtitutus, quod ullo modo ad eos non pertinebat. Erat ibi ſolus eum Duce *Reynoldus* de *Scoenbaſt*, qui provectus honoribus & ſummus conſiliarius ejus fuit. Hic intulit dicens: *Domine Dux nunquam eris compos oppidi tui, niſi communitas permittatur juri, & majorem habeat quam jam habet poteſtatem.* Hunc ſermonem Dux cum audiſſet contriſtatus eſt quidem, ſed æſtimans quod ex bono zelo hoc protuliſſet, nil ad hoc reſpondit, ſed ad aliam materiam verba convertit. Videns ergo villicus nomine *Petrus Couteel* quod a Duce nullum ſolatium accipit, cogitavit ſe velle ad effectum perducere, quod Conſiliarius ille ſuggeſſerat, ſperans nimirum omnia pericula, quæ inde poſſent exoriri ejus auxilio ſe evadere poſſe. Reverſus *Lovanium* multum cauteloſe & ſubtiliter orſus eſt, quod mente conceperat, opere conſummare, & neſcientibus Dominis vulgares contra eos in-

flammavit, & in ſuæ obligationem iniquiratis attraxit. Cernens ergo eos ſibi firmiter adhæſuros, qui conceperat dolorem, peperit iniquitatem, & anno Domini CIↃ. CCC. LX. in nocte *Magdalenæ* congregavit ille concionem ſuorum complicum, ut nobiles debellaret. In ſero illius noctis accidit quandam ancillam divitis cujuſdam ire pro vino, & in eundo percepit conſpirationem illorum. Quæ ſtatim reverſa nunciavit domino ſuo, & ille ſociis ſuis rem ulterius indicavit. Qui vehementer territi feſtinarunt, & domum Scabinalem apprehenderunt. Erat tum *Lovanii* miles quidam valens & ſtrenuus *Gerardus* de *Voerſelaer*. Hic audiens quæ fiebant, equitavit ad *Petrum Couteel* & ſodales ejus multum arguens ſeditionem eorum, quod in bona civitate talem tumultum facere præſumebant in grande dedecus ipſorum, quocunque hæc fama perveniret. Sed illis obſtinatis nihil profecit. Tunc bonus ille miles pergens ad Scabinos & nobiles obtulit ſe paratum, quod cum eis vellet in inſtanti prædictum *Petrum* cum ſuis debellare, antequam alii ad eum congregarentur, quod aſſeruit eſſe factu facile, cum cuneus eorum non eſſet adhuc multum grandis, quo facile alii qui nondum advenerant quaſi lepores fierent timidi, & ceſſarent a præſumptione ſua. Sed utilia ſuadenti nobiles quodam ſtupore pervaſi non acquieverunt ei. Contriſtatus ille indignabundus viis ſuis receſſit. Sic crevit illa nocte turma illius villici iniquitatis, qui obduratus exiſtens non attendit, quod Dominus ſe dicturum comminatur. *Quid hic audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Jam enim non poteris amplius villicare.* Et ſteterunt illa nocte ante ſalam ſuper magnum forum quouſque ſol eſſet exortus. Tunc gregatim perrexerunt ad domum Scabinalem. Nobiles autem allocuti ſunt eos inquirentes, quid rerum eſſet, quod ſic armati cum terribili multitudine venirent vel quid deſiderarent. *Petrus* & ſui reſponderunt ſe ad hoc non veniſſe, ut alicui nocerent, vel cujuſquam jus præriperent, ſed ad hoc tantum, quia ſcire cuperent ſtatum oppidi, & de bonis ejus, bonam ac legalem habere computationem. Quo facto in bona pace ſtarent, & recederent ſine tumultu. Quo illi audito inter eos varia reſponſio facta eſt. Quidam dixerunt: *Quamvis ſim de genere nobilium ego tamen in officiis nunquam fui, & ideo, quod timeam, non habeo.* Alii dixerunt: *licet pluries in officiis fuerim, tamen Magiſter reddituum nunquam fui, & propterea nullus metus ex hac conventione me agitare poteſt.* Alii dicebant: *Non diu eſt, quod habui hujus magiſtratus officium, ſed bene & diſcrete a me de hoc computatio fa-*

progenie

facta, & si placet ut iterum fiat, & subtilius examinetur, non formido de hoc, nec aliquis potest me exagitare. Unus illorum dixit: *Ego jam inpræsentiarum sum hujus anni magister, nec quod propter me aliquis tumultus insurgeret vellem. Idcirco paratus sum sine mora hanc rationem reddere.* Hæc dixerunt nescientes quam horrendum malum cervicibus eorum imminebat. Sic ergo intromissus est *Petrus Couteel* cum suis factiosis, cum magno numero, ea tamen conditione interposita, ut nullum male tractarent, aut sibi nocerent in vita aut in membris. Sed protinus irritum factum est pactum, corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi, quoniam diminutæ sunt veritates a filiis hominum. Mox enim coegit eos, ut sibi traderent claves civitatis, omnesque jussit captivari, ponens ipsos in arcta custodia in burgo, ubi in tremore & angustia diu jacuerunt constricti. His itaque gestis ipse signifer malorum ordinavit Scabinos de vulgaribus, & ad dignitates exaltavit. Nec mora transmisit ad illum Consultorem Ducis omnia hæc sibi intimando. Ad hunc ergo finem negotium devenit, quod Dux numerosam pecuniam a Communitate accepit, & omnia dissimulavit, & per digitos suos aspexit. Exacto multo tempore videntes prædicti nobiles, quod a Duce nullus succursus, nullum solatium advenit, non immerito contristati sunt. Quid plura? Unus post alium erga ipsum Petrum gravi summa pecuniæ se redemit, ac si in bello eos captivasset. Ab uno habuit tria millia. Ab alio mille. Ab altero octingentos aureos Petros. De his magnam partem præbuit Duci, sed meliorem * morsellam ipse servavit sibi. Ditatus ergo supra modum tradidit filiam suam nuptui *Henrico* de *Cuik*, qui filius fuit fratris domini *Ottonis* de *Cuick*. Hic fuit miles strenuus & animosus, prout in multis locis ostendit. Igitur vulgares tenuerunt regimen in *Lovanio*, de quo plurimum doluerunt nobiles prædicti, qui sic gravissime fuerunt exactionati. Venerunt ergo ad Ducem, & causam suam persecuti sunt apud eum, ac apud Barones & milites ac civitates, asserentes sibi in his fieri magnam injuriam & damnosam. Dux ergo *Wencelaus* congregans exercitum copiosum, & pergens contra *Lovanium*, ibi castra metatus est. Ubi dum per aliquod tempus durasset, quædam pax facta est sub hac forma, quod ipsi nobiles regimen civitatis haberent, & officia tenerent, prout antiquitus ibi & alibi est consuetum, & damna, quæ perpessi fuerunt, de bonis ipsius oppidi rehaberent. Et in hoc tractatu pacis Dux magnam pecuniæ summam pro sua parte

Imago his Divi Petri, qui Lovaniensium patronus

* Sic in MS. Sed *morsellus* pro frustulo est apud du Cange

te levavit, de qua castrum de *Vilvoert* circumcirca muniri fecit. Tamen reservavit sibi super oppidum aliam grandem pecuniæ quantitatem, quam dum sibi placeret requirere posset. Qua ex re ipsum oppidum quasi in servitutem est redactum, quod eis in grave damnum & incommodum in multis locis factum est. Quæ tota patria prudenter attendens omnibus viribus ac modis auxilium eis impenderunt, quod ab hac summa exgravati sunt. Verumtamen nobiles damna ipsis prius illata ab oppido levare nequiverunt, eo quod multum fuerat debilitatum. Sed emendo & vendendo annuas pensiones ad vitam, sub conditione ad vitam, utcunque se reddebant immunes.

Anno Domini CIↃ. CCC. LX. seminata sunt zizania in *Bruxella* per hunc modum: Vulgares voluerunt, quod XII. Consultores punirentur, quod & factum est ad evitandum magnum malum, quod ex eorum conspitatione timebatur, sed post biennium fuerunt destituti, ob detectam seditionem, qua machinabantur honoratos viros ac nobiles dejicere in infimum statum. Nonnulli Officialium ministri hunc tumultum perceperunt, & pergentes ad domos nobilium suscitantes aliquos a somno adhuc in lectis soporatos propalarunt eis, quæ fuerant ab ipsis comperta. Fuit ibi præsens dominus *Gerardus* de *Voerselaer*, de quo supra dictum est, & alii nonnulli boni venientes ad Scabinos junxerunt se eis. Quorum omnium fuit consilium, ut mittentes demandarent vulgares, ut ad se venirent ad sciendum, quinam essent auctores hujus concionis. Perceperunt etiam, quod carnifices plurimos ad se congregarent, & ad eos etiam miserunt, quatenus ad sese venirent. Qui responderunt se esse venturos dum tempus esset. Is autem qui missus fuerat vidit rem ibi sic esse dispositam, quod omni velocitate illinc aufugit & aliis annunciavit. Scientes ergo nobiles propositum, & quod illi de *Cappelstrate* congregati fuerant, & videbatur eis, quod locum qui dicitur *die Steenpoert*, obstruxerant. Voluerunt ergo primo aggredi & debellare carnifices, & dum super forum textorum venissent, ecce carnifices occurrunt manu armata fortiter clamantes: *Adite eos*, *Adite eos. Nostri sunt. Victoria jam confecta est.* Sed facta congressione nobiles eis prævaluerunt. Illi retro acti fugere cœperunt. Venientes nobiles ad domos ipsorum invenerunt terribiles armaturas, & aquam super ignem & calcem, quibus alios impugnare contendebant, si in vicum eorum venissent. Dum autem nobiles convenissent ante domum Scabinalem, aliqui eorum volebant ferven-

lanius

ti

ti animo tendere ad prædictam portam. Nam illi de extra fuerant ante prædictam portam, & faciebant ibi aſſultum, facientes incendium cum pice & ſtramine. Cum ergo illinc nobiles acceſſiſſent continuo januam portæ aperuerunt, ac ſtantes ibi manſerunt. *Gerardus* de *Voerſelaer* admonuit, ut ante domum Scabinalem armati adſtarent, quatenus reſiſtere poſſent, ſi populares cum cuneis ſuis illuc venirent. Et ibi ſapienter diſpoſuerunt, ut de ſuis aliquos deſtinarent in quandam plateam, ut eos ratione ſedarent, & a ſua temeritate cohiberent. Illi vero qui extra prædictam portam erant, necdum ſciebant, quod intus fuerat geſtum. Alios miſerunt nobiles per poſticum pomerii, qui incenderent vicum quendam, quoniam fullones omnes verſus Capellam perrexerant. Alios miſerunt per quoddam poſticum, qui ſtatim tetenderunt ad ſabulum, & habebant in mandatis, quod dum viderent ignem aſcendere, mox tubis inſonarent, ſicque pergerent ad portam prænominatam, illi quoque qui vicum ipſum incenderant illinc in ſubſidium eorum remanerent. Sicque omnia acta ſunt. Denique vulgares cum cernerent fumum aſcendere, & ſuper ſe perſtrepere tubas, contremuerunt, & præ timore in fugam acti ſunt. Plures eorum capti fuerunt, & aliqui etiam morte puniti. Sic Deo dante tam pernicioſa clades ceſſavit.

Anno Domini CIↃ. CCC. LIII. *Carolus* filius *Joannis* filii *Philippi* de *Valeſio* fuit *Remis* coronatus in Regem Franciæ multum ſolemniter in feſto ſanctæ Trinitatis. Ad quod feſtum perrexit *Wencelaus* Dux Brabantiæ cum grandi honore & nobili ſtatu habens in comitiva ſua Barones & milites de Brabantia, Lymburgia, Lucenburgia in bona quantitate. Voluit enim honorare prædictam ſolemnitatem pro eo quod erat avunculus ipſius *Caroli* ex ſorore ſua, quæ erat nupta *Joanni* regi. Ibi fuit præſent rex *Cypri*, & alii Domini in magno numero. Regina etiam fuit ibi coronata. Dum autem Rex equitavit, vel ad menſam ſedit, Rex *Cypri* ad unum latus ejus, Dux prædictus ad aliud latus comitabantur eum. Tam mirificus honor fuit ibidem, & poſtquam Curia tenta fuit quinque diebus, ipſe eum gaudio ad propria remeavit. Circa annos Domini CIↃ. CCC. XLIV. ſurrexit in *Sabaudia* & *Gallia* quædam ſocietas, maligna & perverſa, quæ erat valde fortis robore. Nam in exercitu ſuo habebant plus quam centum millia hominum iniquorum, qui venundati ſunt, ut facerent malum. Quorum viæ perverſæ & infames greſſus eorum deſcribi

non

non possunt. Mala quæ faciebant, erant tam horrenda, tam enormia, tam inaudita, quod corda etiam lapidea præ dolore findi possent merito; & tinnire aures eorum. Totum propositum eorum fuit contra nobiles, quos exterminare cupiebant. Inter *Sequanam* & *Ligerim* omnia vastabant, ita quod homines in villis & agris manere non auderent, sed confugiebant ad civitates munitas. Constituerunt super se regem hominem pessimum, quem vocabant *Jaque bon homme*, id est, *Jacobum bonum hominem*. Incendiis, cædibus, rapinis omnia impleverunt viri sanguinum & dolosi. Matronarum ac nobilium ab his ereptus est pudor. Accidit inter cetera, quod nobilem quendam militem occiderunt, ac eum vidente uxore sua ac liberis in veru quasi anatem vel eaponem assaverunt. Post hæc voluerunt eam ac filios ejus cogere, ut de tam execrabili assatura manducarent. Nec mora eam & eos occiderunt. Verumtamen Deo miserante quam plurimus eorum numerus extinctus est. Apud *Meldis* in *Bria* Rex *Navarræ* nefandas eorum copias prostravit, ac regem ipsorum *Jacque bon homme* cepit, qui primo excoriatus deinde suspensus est. Reliqua eorum multitudo versus Teutoniam perrexit, ubi etiam resistentiam invenerunt. Nam *Wencelaus* Dux cum sua militia, Dux *Barrensis*, & plures alii nobiles ierunt contra eos, ac pugna conserta superaverunt, & in nihilum redactus est omnis conatus eorum. Post hæc Duce in Brabantia commorante venerunt ad eum crebræ querelæ & frequentes, quod in castro *Heymersbach* morabantur [1] rutheri, qui mercatores Brabantiæ ac ceterarum partium inhumaniter spoliabant, ac male tractabant, sic quod viæ publicæ fuerant impeditæ, nec cum mercibus boni homines transire possent. Tunc Dux videns se salvo timore Dei non posse hæc dissimulare, congregabat collectam multitudinem belligeratorum, & ocius illo perrexit. Munitio ista cum suo districtu pertinebat eo tempore *Fastrado* de *Merode*, qui adhuc pueritiæ annos gerebat, cujus tutores illic tales hospites receptabant. Dux ergo gravi hanc obsidione vallabat, & assiduis impugnabat assultibus, quia proposuerat illinc non recedere, nisi in manibus illud haberet. Tandem violenter illud cepit, cujus compos effectus illum diaboli nidum usque ad solum destrui fecit, & reversus est in terram suam cum pace.

Ad

1. Genus hominum vagum, latrones, prædones, obsessores viarum, Vid. observ. ad *to.* 2. *Analect. p.* 250.

Ad ſciendum plene ac plane quomodo bellum inter Brabantiam & Gelriam ortum habuit aliqua ſunt hic præmittenda. Igitur *Reynoldus* Dux *Gelriæ* duas ſucceſſive habuit uxores. De prima duæ filiæ prodierunt. Primam tradidit nuptui nobili Comiti Clevenſi, ſed inde nulla ſoboles nata eſt, & mortuo marito nupſit Comiti Bleſenſi. Aliam filiam Reynoldi accepit *Wilhelmus* Comes *Juliacenſis*, de qua filium habuit vocatum etiam *Wilhelmum*. Prædictus *Reynoldus* prima defuncta conjuge duxit filiam regis Angliæ, quæ ſoror fuit tertii *Eduardi*, qui Angliæ regnum nobiliter multo tempore gubernavit, de qua duos filios habuit, quorum major erat *Reynoldus*. Ipſe eſt qui *Mariam* filiam *Johannis* tertii Ducis Brabantiæ in matrimonium ſibi copulavit. Alius dicebatur *Eduardus* nomen avunculi portans. Tempore iſtorum fuerunt in *Gelria* duæ partes invicem diſſidentes. Una dicebatur *Bronchorſteren*. Altera *Hekerlingen*. Porro primi videntes *Hekerlingos* ſibi prævalere perrexerent ad *Eduardum* juniorem Comitis fratrem conquerentes de violentia, & potentra aliorum, poſtulantes ab eo ſubſidium & levamen. Qui annuens precibus eorum cum illis & ſuis complicibus venit ad prælium in campum contra germanum ſuum, & habito conflictu ipſe campum obtinuit, ac proprium fratrem captivum, quamdiu ipſe vixit, in cuſtodia tenuit, & *Hekerlingos* humiliavit tenens ipſemet Comitatum. Tunc *Maria* Comitiſſa iſtam violentiam lamentandis precibus conqueſta eſt ſorori ſuæ *Johannæ* Duxiſſæ Brabantiæ ac Duci *Wencelao*. Qui miſericordia motus *Eduardum* diffidavit, ac miſit contra eum unum de Principibus ſuis cum armatura forri, ac deinde ipſemet *Gelriam* cum ſuis ingreſſus eſt. Sed quidam diligenter pro pace laboraverunt. Quæ pax fuit facta anno Domini CIↃ. CCC. LXVIII. Sed tamen Comes *Reynoldus* manſit captus ac Dux ad ſua eſt reverſus.

Ut evidens ſiat quomodo & unde habuit originem guerra, quæ inter Ducem Brabantiæ & Comitem Juliacenſem incanduit, ſciendum, quod primus *Joannes* Dux Brabantiæ habuit fratrem nomine *Godefridum*, cui in partem hereditatis ſuæ dedit *Arſchot*, *Sichenen*, *Bierbeeck*, ac *ſinte Aechtenrode* cum omnibus ſuis annexis. Sichem Hic *Godefridus* de uxore ſua habuit duas filias & unum filium valde probum, vocabulo *Joannem*, qui cum patre ſuo in bello Curtracenſi miſerabiliter occiſus eſt. Seniorem filiam dedit domino de Herrocht, tradiditque cum ea *Aerſchot* ac *Bierbeke*. Juniorem filiam ſortitus eſt in matrimonium Comes *Loſſenſis*, & cum ipſa

habuit *Sichenen* & *ſinte Aechtenrode*. Hic de ipſa habuit filiam, quam duxit poſtea Comes *Juliacenſis*, & eum ea poſſedit duo prædicta Dominia, quæ aliquanto tempore in ſuâ poteſtate manſerunt. Cum autem mercatores Brabantiæ in terra Juliacenſi aliqua damna pertulerunt, conſuevit Dux ſcribere ad Comitem, quatenus eis juſticiam faceret, ut poſſent ſua recuperare. Si vero in hoc negligens inveniretur juſſit arreſtari omnes reditus de *Sichenen*, & de *ſinte Aechtenrode*, donec hominibus ſuis eſſet ſatisfactum. Hoc ægre tulit *Wilhelmus* Comes *Juliacenſis*, & duo prædicta Dominia vendidit Domino de *Scoenvorſt*, & ſic magna damna pertulerunt in terra ſua mercatores Brabantiæ. Dux iterum ad eum ſcripſit, ut juſtitia hominibus ſuis fieret, & damna reſarcirentur. Sed ille neglexit & parum ſcripta ejus ponderavit, eo quod in Brabantia non haberet quod amittere poſſet. De quo graviter commotus *Wencelaus* Dux contraxit undique copias Baronum, militum, ac nobilium Brabantiæ, Lucenburgiæ, ac Limburgiæ, venitque ad auxilium ejus Comes ſancti Pauli, & *Robertus* frater Comitis de *Namurco* in actibus militaribus ſatis famoſus, ſic quod iſte exercitus nobilium pertendebat uſque ad octo millia, qui omnes erant ad bella doctiſſimi & egregii pugnatores. Hi omnes ingreſſi terram Juliacenſem prædas & incendia ubique inſtituerunt, ut Comiti redderent, quæ meruit. Sed ille non ſegniter ſe habens oppoſuit ſe ad repugnandum, congregans & ipſe nobilium multitudinem numeroſam. Venit in auxilium ejus *Eduardus* Comes Gelriæ, quia ſororem ejus Comes *Juliacenſis* habuit in uxorem. Miſit etiam epiſcopus Colonienſis armatos in auxilium ejus in militiæ actibus valde expertos, & artis pugnæ non inexpertos. Fuit tamen dies conſtituta, ſi quo modo poſſet inveniri via aliqua pacis, ut ſine ſanguinis effuſione ab invicem recederent. Sed proh dolor procurante malorum ſatore magis diſſenſio aucta eſt, & verba pungitiva, quæ contra ſe invicem protulerunt, pacis tractatum ad effectum perduci non permiſerunt. Inter quos erant præcipue duo nobiles, unus de Brabantia, alter de Gelria, inter quos hæc tumida verba adeo excreverunt, quod invicem ſibi mutuo armaturas ſuas oſtenderent, ut alia die in pugna ſeſe cognoſcerent, & viderent, quis alteri prævaleret. Quod & factum eſt. Et tam acriter ſe invicem bello petierunt, ut ambo ſe mutuo interfecerint. Diſſipato ergo tractatu pacis altera die fuit aſſignatus campus, in quo comparere deberent ac præliari. Quidam prius ſuaſerunt Duci *Wencelao*, ut non

ſic

ſic præcipitanter iret ad bellum, paululum expectaret, quouſque adventaret dominus *Jacobus* de *Bourbon* cognatus ipſius, qui cum magna militia ex *Gallia* properavit in ejus auxilium. Alii e diverſo reſponderunt, quod cederet in non parvum dedecus ejus, cum ibi haberet viros electos & ſtrenuos in tali numero, quod adverſarios humiliare poſſet. Igitur illuceſcente die, dum auroræ jubar ſe ſpargeret illuſtrans univerſa, Dux exercitum ſuum ordinavit, ex quo duas acies diſpoſuit. Primum ipſemet duxit habens ſecum ſex millia armatorum, qui erant fortes & animoſi. Erat etiam cum ipſo *Guido* Comes ſancti Pauli. Secundam rexit *Robertus* de *Namurco* & cum eo duo millia. Ex alia etiam ſe præparaverunt Geldrenſes & conſortes eorum, inter quos etiam fuerunt plures de *Weſtfalia*. Et ecce dies iræ, dies illa calamitatis & miſeriæ. Hei quod tot nobiles ibi ceciderunt fortes in bello! Congreſſu facto tam diu fuit anceps pugna, quouſque aliquis per unam leucam commode ire poſſet, priuſquam ſciri potuit, quis eorum victoriam obtineret. Porro *Eduardus* Comes Gelriæ levavit ex quadam cauſa partem anteriorem galeæ ſuæ, quæ vulgariter dicitur *viſiere*, & ecce ſagitta repente volans percuſſit eum in facie circa oculum, ac cerebrum ejus penetravit. Qui ſentiens ſibi lethale vulnus inflictum fecit ſe duci de prælio, ſtatimque mortuus eſt, qui proprium fratrem captum tenebat. Illis ergo pugnantibus & crudeliter ſe ſternentibus tandem Brabantiones invaluerunt, & alios in fugam actos inſecuti ſunt. Ipſe etiam Dux *Wencelaus* mirabile probitatis ſuæ dedit indicium. Sed & *Henricus* de *Cuick* dominus de *Hoochſtraten* inſignis militiæ actibus enituit, qui propria manu multos proſtravit, ac ejus inſtantia *Juliacenſes* terga verterunt. His ergo feliciter geſtis Brabantini ſe diſperſerunt ſine modo, ſine ordine, quaſi jam de triumpho ſecuri, ſed heu! heu! multum aliter evenit. Nam mater negligentiæ eſt ſecuritas. Dum enim alii equos ſuos requirerent, alii ad terram ſe locaverunt quaſi præ laſſitudine quieturi, adverſarii de longe hoc proſpicientes recollegerunt ſe, & venientes eum aſpicientes his, qui recentes erant, & ultimam cuſtodiam receperant, aggreſſi ſunt Brabantinos velut ſecure reſidentes. Qui & viriliter ſe ut poterant defenderunt, ſed præ laſſitudine cœperunt eis vires deficere, ſic quod Dux & fere omnes ſui nobiles capti ſunt. Sed heu! ibi cecidit nobilis ille Dominus *Henricus* de *Hoochſtraten*, qui pridem tam ſtrenue ſe geſſerat. Porro *Robertus* de *Namurco*, qui cum duobus millibus ultimam gubernavit cuſtodiam,

quamvis in hoc secundo conflictu vidisset Ducem in tanto periculo, non tamen movit se de statione sua, nescio quo spiritu informatus, qui tamen finaliter & ipse captus est cum plurimis de suis. Comes ergo *Juliacensis* de tam prospero eventu, quanquam incruenta victoria non esset, gavisus Ducem captivum duxit, ei tamen reverentiam & honorem exhibuit, & ejus curam gessit. Porro Comes sancti Pauli in bello peremptus non fuit, sed vulneratus existens die illa & nocte sequenti jacuit inter cadavera mortuorum. Cum autem die altera multi venissent ad detrahenda mortuorum spolia ipse lachrymabiliter clamavit *Simpoel*, *Simpoel*, sperans quod aliquis eum colligeret, & ad vitam reservaret. Quod audiens quidam plebejus homo & animi ignobilis securim suam levavit, & in caput ejus vibrans interfecit eum. Quo perpetrato perrexit ad comitem suum, asserens qualem virum morti dedisset, frustra sperans magnam gloriam apud eum se inventurum. Sed accidit ei illud idem quod nuncio, qui *David* de morte *Saulis* nuntiavit. Nam Comes graviter indignatus jussit apprehendi eum, & in arbore suspendi. Dominus autem *Jacobus* de *Bourbon*, qui in auxilium Ducis & cum multis Proceribus veniebat, cernens se exspectatum non esse, contristatus est valde & ad Franciam remeavit. Hac lugubri fama in Brabantia resonante Duxissa & omnis populus planxerunt valde & tristitia implevit corda eorum. Contigit hoc bellum anno Domini CIↃ.CCC. LXXI. in festo Sanctorum *Timothei* & *Symphoriani*. Ista dum percepit *Carolus* Imperator & Rex *Bohemiæ* fratrem suum sic esse captum graviter doluit, & faciens processum contra Comitem Juliacensem dictante sententia Principum voluit eum privare feudis & omnibus suis dominiis ac bonis. Venit quoque *Aquisgranum*, ubi minis ac precibus ipsum repetivit. Comes ergo timens potentiam Cæsaris gratis relaxavit eum nullo pretio mediante. Sed alii tamen nobiles magno se pretio redemerunt. Quod pretium repetierunt a Duce Brabantiæ, & ipse restituit eis. Quo Brabantia fuit talliata pro novem centum millibus florenorum, omnesque religiosi, qui in ipsa bona habebant, coacti sunt solvere tertiam partem. Videntes autem Gelrienses *Eduardum* Dominum suum mortuum eduxerunt *Reynoldum* priorem suum dominum e custodia, & de novo receperunt ipsum in suum verum Principem, ac fidelitatem ei promiserunt. Sed non multo post rebus humanis exemptus est. Quo defuncto facta est dissensio inter Comitem *Juliacensem* & Comitem *Blesensem*. Qui

ambo duxerant sorores ejus in uxores. Tandem Comes *Juliacensis* prævaluit, qui habebat duos filios & unam filiam. Primogenitus dicebatur *Wilhelmus*, alter *Reynoldus*. Successit ergo in Comitatu Gelriæ *Wilhelmus* filius ejus vivente adhuc patre, & post ejus funus etiam Comes *Juliacensis* factus est. Duce itaque a captivitate liberato, in quo per annum integrum fuerat detentus in castro de *Nidecke*, dum pecunia solvi deberet pro redemptione nobilium factum est disturbium inter ipsum & patriam. Nempe ipse voluit eam levare juxta velle suum, & solutionem de ea facere, sed civitates in hoc nullatenus assentiri voluerunt, dicentes alter ad proximum suum: Quod si ad manus Ducis vel suorum Curialium pecunia deveniret, ipsi eam pigre & tarde solverent, & etiam forte imperfecte, & sic ruteri ac nobiles, qui fuerant cum Duce capti, qui non erant de Brabantia, mercatores patriæ possent arrestare. Quamobrem, ut ajebant, volebant tenere certum, & dimittere incertum, & ipsimet eam persolvere volebant. E contra Dux opponebat dicens, quod hæc precaria fuit sibi concessa, & ideo sibi pertinebat, & de suo ipse libere secundum placitum suum ordinare cupiebat. In hac contentione dum non conveniret, Dux commotus recessit a *Bruxella*, & ad castrum *Genneppen* accessit cum domina Duxissa, ubi congregans milites & nobiles suos perrexit versus Nivellam, & eam obsedit. Ista dum audisset Dominus *Joannes* de *Arckel* Leodiensis episcopus paterna pietate motus, ne bellum intestinum oriretur inter Ducem & ejus Provinciam, misit Canonicos & alios honorabiles viros ac sapientes apud *Cortenberge*. Qui fideliter agentes pacem reformarunt, ac omnia in bonam concordiam reduxerunt. Tunc Dux *Bruxellam* rediit & illic cum gaudio est receptus in pace & tranquillitate patriam gubernans. Anno Domini CIↃ. CCC. LXXVII. venit Imperator *Carolus* ad Brabantiam, ut visitaret fratrem suum Ducem, ubi dum venisset *Bruxellam* cum ingenti valde honore & apparatu magnifico est receptus. Sed & cives ac majores civitatis ante eum venientes præsentaverunt ei jocalia valde pretiosa. Quibus ipse magnifice regratiatus, dum in jucundo tentorio per aliquantum temporis ibi fuisset commoratus, deducente eum Duce cum militibus, in Franciam perrexit.

Superius habitum est, quomodo apud *Lovanium* post tumultum, quem ibi excitaverat *Petrus Couteel* pax fuerat reformata per Ducem *Wencelaum*, ut scilicet nobiles & honorati viri haberent regimen, sicut prius consueverant, & quod damnum suum quod

inciderant levarent de bonis & redditibus oppidi. Sed hoc ad bonum effectum perduci non potuit, quia bona prædicta & redditus se ad tanta non extendebant, quod de paratis pecuniis hæc sumi possent. Quapropter ipsi nobiles & Rectores vendebant multas pensiones super ipsum oppidum, de quibus damna sua resarciebant. Et sic in immensum civitas est gravata, quia non inveniebatur, unde his, qui pensiones emerant, persolutio fieret. Sicque factum est, quod mercatores *Lovanii*, quocunque ibant, arrestabantur & detinebantur. Hæc vulgares oppidani attendentes intolerabilis res eis visa est, & cogitaverunt inter sese remedium efficax apponere velle. Occulte ergo clam Rectoribus & nobilibus conspirationem fecerunt. Die autem constituta auctores hujus concursus fecerunt multos complicum suorum sumere [1] pelves, & sic in plateas prodeuntes percutiebant eas, & horrendum tumultum fecerunt, sic quod tota civitas conturbata est, statimque domum Scabinalem occupaverunt, priusquam alii hoc præscire & præoccupare valebant. Hoc audientes nobiles & Rectores fugerunt ab oppido, quicunque fugere potuerunt. Alii vero qui volucri fuga se liberare non poterant, siluerunt, nec aliquid contra mutire præsumpserunt. Principales hujus factionis auctores fuerunt *Molenbeke* & *Repaer*. Tunc ergo vulgares cuncta prout eis libuit ordinarunt ponentes Communitatis Magistros, Scabinos, ac Consules de se ipsis electos, sicque per tres annos & dimidium regimen civitatis obtinuerunt. Factum est autem hoc anno Domini CIↃ. CCC. LXXVIII.

His ita gestis Dux *Wencelaus* convocaverat Consilium apud *Bruxellam* totius patriæ, quatenus de bono terræ statu sanum consilium haberent, quo convenerunt Prælati, nobiles, ac civitatum Rectores. Illuc quoque convenit *Walterus* van der *Leyden*, qui fuit *Lovanii* Communitatis magister, & quia fuerat unus de principalioribus conspirationis prædictæ Dn. *Joannes* de *Calsteren* profugus a *Lovanio*, ut præsensit adventum ejus, fecit eum per famulos suos occidi. Ea res cum innotuisset apud *Lovanium* factus est concursus terribilis, & clamor intolerabilis, & repleta est civitas confusione. Vulgares congregantes se in domum Scabinalem

1. Pelvi plebem ad tumultum per vias publicas concitabant. Meyer. ad Ann. 1301. *Cumque ad campanam civitatis non auderent accedere, pelves suas pulsantes omnem statim civitatis multitudinem concitaverunt.* Ægid. de Roya: *sonitu pelvium congregavit Brugenses & irruit in Francos*, Vid. observ. *ad to. 2. Analect. p.* 357.

lem habuerunt ibi myſterium conſilii ſui, ut nobiles & majores illuc ad ſe demandarent. Qui non audentes reniti, venerunt ad juſſum eorum, licet anxii & pavore comprehenſi. Tunc ſteterunt turbæ vulgarium inferius in platea ante domum terribiles & inconditas voces emittentes, & mores valde incompoſitos oſtendentes, & clamaverunt, *Projicite nobis illum*, nominantes eos. Et projecti ſunt per feneſtram domus uſque ſedecim, qui erant viri nobiles & famoſi. Quos quaſi pecudes mactantes horrendo mortis genere martiriſarunt, & quod dictu quoque & auditu nefas eſt & horrendum, exceperunt eos in lanceis & aliis armorum inſtrumentis, fœdumque nimis erat aſpicere, quomodo illi carnifices ſanguine occiſorum aſperſi fuerint. Inter nobiles autem, qui ſic inhumane perimebantur, fuit quidam miles, qui dicebatur *Joannes Platvoet*. Hic videns quæ faciebant aſpexit quendam ſagittarium, qui dudum famulus ſuus fuerat, rogavitque eum flebiliter, quatenus eum ſub quodam ſcamno abſconderet & deſuper federet, & ſic alios lateret. Ille autem fidelis ſervus ſic fecit. Accidit autem quendam parvum puerum, cujuſdam textoris filium, ad hoc infame ſpectaculum veniſſe cum patre. Qui intuens quædam ornamenta aurea militis extra tibias hominis apparere, eo quod propter feſtinantiam non poterant cuncta provideri, ſtatim indicavit hoc patri ſuo. Pater vero violenter militem extraxit a ſubſcamno, & apprehendentes eum belluina crudelitate per feneſtram ejecerunt, & ibi membratim a leonibus illis eſt diſcerptus. His patratis vulgares alios nobiles in arcta cuſtodia poſuerunt. Dum hæc geſta ad aures Ducis perveniſſent, & ad eum res crudelis delata eſſet, contriſtatus eſt valde, & erubuit tantam ferocitatem a plebeis hominibus eſſe factam. Et protinus accingens ſe ad vindictam congregavit exercitum, & veniens *Lovanium* [1] obſedit per ſeptem hebdomadas & dies quatuor. Sed *Leodienſes* venerunt

&

1. Ad hanc expeditionem, rogatus ut intereſſet, evocaris nobilibus & vaſallis ſe paravit Albertus etiam Bavarus Comes Hollandiæ, ut in rationibus repperi Ann. 1383. a Quæſtore ejus redditis: *Item van mynen Heere den Hertoghe ontfangen &c. omme met te betalen de goede luden van wapenen, die met mynen Heere dienen ſouden den Hertoge van Brabant voor de Stadt van Loven int jaer* CIↃ. CCC. LXXXII.

Item uytgegeven ende betaelt by Jan van Amerongen als Rentmuſter van Zuytholland om alrehande provanche te copen tot Tordrecht, ende die te ſenden te St. Geerdenberghe, om te leveren myns Heeren Ridderen ende goede luden, die met hem riden ſouden totten Hertoge van Brabant voer Loven omtrent St. Michiels dach Ann. LXXXII. *&c.*

Item

& interpoſuerunt ſe medios ac ſequeſtros pacis. Timebant enim indignationem Ducis contra oppidum nimis poſſe effervere. Tandem ſic concluſum eſt, ne omnino inultum maneret tam horrendum facinus, ipſe Dux cum magna potentia ingreſſus eſt civitatem, & cum ipſo cuncti, qui fuerant ejecti, & omnes, qui in cuſtodia fuerant concluſi, liberati ſunt. Intravit autem XXVII. Januarii. Ibi graviter caſtigavit eos, decem & novem perpetuo condemnavit extra Brabantiæ limites exilio nunquam reverſuros. Quendam etiam militem morte punivit ante domum Scabinalem, eo quod cum vulgaribus ibidem remanſerat, & ſcelerum ipſorum extitit coadjutor. Conſtituit etiam, quomodo perpetuis temporibus deberent Officiales ordinari, & omnibus rite ac judicialiter compoſitis reverſus eſt *Bruxellam*. Venerat autem cum exercitu ſuo ante *Lovanium* anno Domini CIↃ. CCC. LXXXII.

Manſit autem Dux *Bruxellæ* illa hyeme & æſtate ſequenti in pace gubernans populum. In *Novembri* autem perrexit cum magno ſtatu & honorabili comitatu ad viſitandum provinciam ſuam *Lucenburgiam*, ubi dum aliquanto ſpatio demoratus eſſet incidit in gravem languorem. Medicis e contra remedia adhibentibus nil profuit, quia venerant a Deo conſtituti termini, qui præteriri non poterant. Cum ergo vidiſſet mortem ſibi eſſe propinquam ſumpto glorioſo ſacramento & condito teſtamento ab hac luce demigravit anno Domini CIↃ. CCC. LXXXIII. in feſto conceptionis beatæ Mariæ. Ibi autem ingens luctus exortus eſt, ſed in *Brabantia* non minor, dum hic rumor triſtis illuc delatus eſt, & maximus Duxiſſam dolor apprehendit, ob quem etiam per annum

Item uytgegeven ende betaelt by s' Proeſten hant des Woenſdachs voor St. Victors dach int jaer LXXXII. *den Heere van Hoerne, die bi minen Heere quam in wapen, daer men reyſen ſonde mitten Hertoge van Brabant voor Loven in twee daghen mit* 136. *peerden, daer ſlouchmen af, dat hi bi minen Heere bliven ſoude met* VIII. *glavien, ende aldus blyft* C. *en* XII. *peerden, daer voor hem betaelt in twee daghen voorſz.* LXXXVIII. *oude ſcilde, ende* XXVII. *gulden, t'ſtic* XLI. *groote &c.*

Item van bodeloon uytgegeven in de reyſe van Loven: In den eerſten des Sonnendachs na St. Victors dach een knecht geſent aen den Heere van Egmont, den Heere van Abcoude, ende andere Heeren, die gebeden waren met minen Heere te riden den Hertoge van Brabant te dienſte, ende laten weten, dat ſy niet meerder glavien brengen en ſouden, dan ſi eerſt gebeden waren, ende met een placaert omme ſom luden te wederbieden, die oock gebeden waren. Item geſonden aen den Heere van Brederode ende andere Heeren om der ſelver ſaecken wille.

num integrum Cameram ſuam non exivit. Sepultus eſt in quodam monaſterio [1] ordinis ſancti Benedicti extra Lucemburgiam quod vocatur *Orivaels.* Fuit hic Dux de nobiliſſimo germine exortus, non autem natus, quia ex utero matris ſuæ cæſus fuit, ſicut & *Julius* Imperator, qui ob hoc Cæſar dictus eſt. Fuit quoque in moribus clemens, affabilis, & humilis. Milites ſuos ac nobiles magno affectu dilexit. Dum ergo Duxiſſa *Joanna* in viduitatis ſtatu & in luctu quaſi turtur amiſſo compari ſuo maneret, multa ex diverſis partibus contra eam furrexerunt adverſa, & maxime a Comitatu Gelriæ, ubi Comes fuit *Wilhelmus* audax animo & juvenili vernans ætate. Hic quæſtionem movebat ſuper quædam allodia & dominia, quæ ſibi competere aſſerebat. Ut autem hoc clarius & enucleatius ſciatur, præmittenda ſunt hic aliqua. Igitur hi Principatus *Millem*, *Vuecht* &, *Gangelt*, hereditario jure pertinebant domino de *Heynsberch* patri *Joannis* de *Moers*, cujus filius eques *Joannes* vocitatus longo tempore fuit. Prædictus dominus de *Heynsberch* prædia illa impignoraverat *Eduardo* Comiti *Gelriæ* pro ſumma XXIV. millium ſeutorum antiquorum. Poſt hæc contigit dominum *Joannem* van den *Velde* militem probum & ſtrenuum eſſe inimicum prædicti *Joannis* de *Moers*, & pugnando obtinuit tum *Vuegt*. Sed veritus quod finaliter tenere non poſſet reddidit *Wencelao* Duci *Brabantiæ*. Non longo poſt hæc emenſo tempore mortuus eſt prædictus *Joannes* de *Moers*, & ſic remanſerunt *Millen* & *Gangelt* filio fratris ſui Comiti *Moerſenſi*, qui ante hunc *Joannem* fratrem ſuum fuerat defunctus. Poſt aliquantum temporis venit hic juvenis Comes *Moerſenſis* ad Ducem *Wencelaum*, ac vendidit ei, quicquid juris habere poterat vel ſibi pertinere in prædictis tribus dominiis, ſci-

1. Divæus lib. 15. *hiſt. id fin: Porro Dux noſter Luceburgum hoc anno profectus menſe Decembri fatis conceſſit, nulla prole relicta, cujus corpus ab ejus regionis nobilitate in Orivalenſi coenobio conditum eſt.* Dolorem etiam teſtatus viduæ Albertus Comes Hollandiæ Bruxellam miſſis Legatis, ut in iiſdem Rationibus: *Item des Vridachs na St. Lucien van den Haghe geſent die Heere van Aſperen, die Vrouwe van Comengys, en die Vrouwe van Raephorſt, ende andere diere by waren, te Bruſel aen de Hertoginne van Brabant, om mit haer te beclagen van des Hertogen doot van Brabant, dattet myn Heere ende myn Vrouwe leet toe was, hem gegeven tot teergelde 127. gulden, mits dat ſy uyt waren XI. dagen mit XX. perſonen.*

Item op St. Jans dach Euangeliſten Claes van der Boechorſt geſant uten Hage tot mire Vrouwen van Brabant om hoer, hoere vrouwen, en hoere joncvrouwen van miere Vrouwen wegen hoer nieuwe jaer te brengen.

ſcilicet *Millen*, *Vuegt*, & *Gangelt*, ipſeque Dux aſſignavit ſibi certos redditus, quos levare deberet ab oppido Trajecti ſuperioris, ac literarum ſuarum ſigillatione firmavit. Sicque hæc tria allodia, quamdiu vixit, ſine alicujus contradictione tenuit. Quo mortuo *Wilhelmus* Comes *Gelriæ* hæc ipſa ſibi deberi aſſerebat eo quod *Eduardo* avunculo ſuo fuerant in pignus data. Et tamen ſufficienter ei fuit intimatum, quod prædictus *Eduardus* ipſa dedit in pignus *Joanni* de *Moers*. Minabatur ergo ſe velle fieri inimicum Brabantiæ, ſed prudentes ac potentes viri protraxerunt hoc negotium per integrum annum, habentes de hoc multiplices tractatus pacis, ſed nullo modo potuerunt in concordiam devenire. Tandem Comes tranſmiſit literas Joannæ Duciſſæ, in quibus ipſam diffidavit. Quæ dum *Bruxellæ* ea præſente lectæ fuiſſent ipſa extemplo reſpondit: *Jam tempus eſt, ut exeam de Camera mea.* Convocavit ergo conſilium totius patriæ in *Bruxellam*, ubi ventilatum fuit & bene deliberatum, quis eſſet aptior modus contra adverſarios ſuos procedendi. Tandem in communi audientia fuit concluſum, quod dominus *Joannes* de *Wittam* Seneſcaleus Brabantiæ vallatus cuneis armatorum pergeret in *Buſeumducis*, & ibi reſidens ad tutelam patriæ etiam *Gelriam* oppugnaret. Et ſic per omnia factum eſt. Sic duravit hæc guerra per annum & dimidium, quod equites ab utraque parte invicem conflictantes damna in ambabus patriis intulerunt. Inde Brabantini expeditionem fecerunt contra oppidum *Grave*. Sed quomodo hoc evenit ſunt hic aliqua prælibanda. Tempore *Joannis* tertii patris Duciſſæ Joannæ fuit dominus *Otto* de *Cuyck* dominus de *Huyerio*. Terram de *Cuick* tenuit in feudum ab imperatore, oppidum de *Grave* cum ſuis appenditiis hereditario jure ſibi pertinebat. Frater ſuus *Henricus* fuit dominus de *Hoochſtraten*. *Otto* ergo tradidit & vendidit *Joanni* Duci oppidum de *Grave* cum ſuis attinentiis & iterum accepit eadem de manu ejus in feudum anno Domini CIↃ. CCC. XXXIII. Et ipſe Dux promiſit ſibi ſtatim ſummam quinque millium librarum nigrorum Turonenſium, veteri groſſo computato pro denariis ſedecim. Et promiſit ipſe *Otto* quod ipſum oppidum foret ſemper apertum ad voluntatem Ducis, & manſit dominus ejus dum vixit in humanis. Mortuo autem *Ottone* ſine herede frater ejus Henricus dominus de *Hoochſtraten* tres ſilios habuit, ſcilicet *Joannem*, *Henricum*, & *Wennemarum*. Iſti inter ſe omnia hæc tanta bona partiti ſunt. *Joannes* obtinuit *Cuick* & *Grave*, *Henricus* in funiculum hereditatis ſuæ ac-

accepit *Hoochſtraten*, *Wenemarus* habuit *Malſen* & *Mekeren*. Poſt hæc *Joannes* vendidit oppidum de *Grave* domino *Joanni* de *Blaerſvelt*, qui fuit frater *Joannæ* Duxiſſæ, illegitimus tamen: vendidit autem certa pecuniæ ſumma. Sed dum dies perſolutionis adveniſſet, ipſe dominus *Joannes* non complevit ea, quæ in pactum venerant. Quare graviter commotus *Joannes* de *Cuick* convocavit amicos & propinquos, & quodam die venit abſcondite in *Grave*, ubi habebat multos ſibi faventes. In ipſa autem pugna *Joannes* de *Blaerſvelt* manſit occiſus. Iſta autem dum audiſſent Dux & Duxiſſa in gravem iram exarſerunt contra *Joannem* de *Cuick*. Sed boni & potentes viri amici eorum pro pace & concordia ſe mediaverunt. Et in hanc conſenſionem res producta eſt, quod pro morte domini *Johannis* prædicti daret quandam ſummam pecuniæ, & non ſolum *Grave* ſed etiam oppidum & terram de *Cuyck* in feudum a Duce reciperet, & exinde ſervitium ſibi præſtaret. Sic evaſit iram Principis. Succeſſu temporis dum hic *Joannes* de *Cuick* viam univerſæ carnis fuiſſet ingreſſus, reliquit filium poſt ſe, qui etiam *Joannes* vocabatur. Et quia in annis pupillaribus erat conſtitutus, Dominus de *Paruys* accepit eum & terram ejus in tutelam. Sed cum adoleviſſet, poſitus eſt in Curia Duxiſſæ *Joannæ*, ut diſceret, quæ ad bonos & generoſos mores pertinent. Poſt aliquod tempus exorta eſt inter ipſum & dominum de *Cranendonck* inimicitia & diſſenſio, ob quod a Curia recedens perrexit in oppidum ſuum de *Grave*, & ibi in pace ſua pauſavit. Sed poſtmodum ivit cum Comite *Gelriæ* in obſidionem cujuſdam caſtri, quod dicitur *Engelryc*, quod ſitum eſt ſuper limites prope Weſtphaliam. In qua expeditione, quod lugubre fuit, ipſe diem clauſit extremum. Quod ut comperit dominus *Joannes* filius domini de *Hoechſtraten* præparavit ſtatim apparatum ſuum illuc tendendi, ut terram de *Cuick* & de *Grave* in ſuum acciperet Principatum. Sed prævenit eum *Wenemarus* patruus ſuus, junior trium fratrum, ut ſupra dictum eſt, qui primo ingreſſus eſt, & ex parte ſua eam bene & ſufficienter munivit. Veniente autem *Joanne* prædicto quilibet pro jure ſuo multa allegavit. Sed quoniam *Wenemarus* jam erat in poſſeſſione, & actualiter etiam compos effectus ipſe obtinuit, & *Joannes* repulſus eſt. Huic *Wenemaro* filius natus eſt, quem *Joannem* nuncupavit & deſponſata eſt ei illegitima filia *Wilhelmi* Comitis *Gelriæ*. Cum ergo ut præfertur Seneſcalcus Brabantiæ diu in *Buſcoducis* commoratus fuiſſet, & varia facta armo-

rum ostendisset contra Gelrienses habito invicem consilio perrexerunt ante *Graven*, & ex parte Duxissæ requisierunt a Wenemaro, quatenus eos intromitteret, & quoniam ad utilitatem ejus in omni casu oppidum patere deberet. Ille respondit se velle super hoc consiliari cum amicis suis. Tunc aliqui illorum suaserunt sibi, ut nullo modo eos intromitteret, quoniam filius ejus habuit filiam Principis Gelriæ in conjugem, ac sub dominio ejus plura haberet bona constituta, quæ ex hoc contingeret periclitari. Alii e contra ajebant, quod eos intromittere deberet, & servire Dominæ suæ, a qua oppidum in feudum tenebat, & ei fidelitatem juraverat. Egressus ergo ad Senescalcum dixit, quod eum intromittere vellet cum viginti quinque lanceariis, & non cum pluribus, eo etiam pacto, quod ex oppido suo non impugnabit Gelriam, nec quicquam faceret in nocumentum eorum. Senescalcus autem hoc non acceptavit, sed simpliciter voluit & requisivit ut admitteretur, quoniam fides Duxissæ promissa jam locum haberet, ut contra inimicos jure suo uteretus. Denuo petiit, ut sibi cum suis consilium habere liceret. Quo obtento illi, qui pridem, sibi omnimodis consuluerunt, ut ipsos ingredi permitteret. Ad hæc inquit ille: *Per sanctam crucem de Aschа ego moriar bonus Brabantinus*, & indilate voluit eis patefacere ingressum. Quod cernentes Gelrienses qui in præsentiarum erant cum uxore filii sui, & etiam alii qui Gelrienſibus favebant comprehenderunt eum, & in curru ligaverunt, duxeruntque captivum eum in *Noviomagium*, quem Comes *Gelriæ* in custodia tenuit omnibus diebus vitæ suæ. Et sic mansit *Joannes* filius *Wenemari* dominus de *Cuick* & de *Graven*. Tunc Comes Gelriæ venit in *Graven* ad generum suum, & fortiter munivit eam ad libitum suum, ut esset sibi in firmamentum contra Brabantinos. Hic Comes juvenis fuit & animosus, quem Dn. *Arnoldus* de *Hoerne* longo tempore gubernavit, qui fuit dominus de *Amersojen* & *Middelaer*. Post hæc in civitate Trajectensi fuit ab officio suo destitutus, cujus locum subiit Præpositus de *Outmunster*, & ei in regimine illo succesſit, ac eum sic arctavit, quod non erat amplius creditus, nec ad Comitem patebat ei accessus. Quam ob causam factus est ei inimicus, & ad partem Duxissæ se transferens factus est ei adjutor fortis cum filio suo *Reynoldo*.

Anno Domini CIↃ. CCC. LXXXVIII. Duxissa *Joanna* Brabantiæ, audiens cuncta quæ acciderant apud Graven, congregavit extemplo electam exercitus multitudinem Baronum & militum, ac etiam de-

de civitatibus, & ruralibus villis, quæ omnes voluntarie & unanimiter eam ſequebantur, & ipſa cum ipſis properavit uſque Buſcumducis, ubi ipſa remanſit. Exercitus vero tetendit verſus *Graven*, & illud oppidum forti manu obſedit, ubi dum aliquo tempore manerent, & modicum facerent profectum, cœpit communis populus murmurare contra Principes exercitus, aſſerentes eos eſſe in cauſa, quod tam pigre & ſegniculoſe in facto procederent, de quo nobiles & magnanimes viri plurimum erubeſcebant. Quadam die accidit ventum validum flagrare & exſurgere ab occidente tendens contra oppidum & mœnia ejus. Quod videns quidam oppidanus de Bruxella clamavit voce magna in auribus multitudinis: *Si Domini & Principes noſtri vellent jam expugnare præſidium, faciliter illud poſſemus obtinere, quia intranei pulvere obruti & excæcati ſe defendere nequirent.* Cui voci ejus vulgus applaudebat, & ferociter aggreſſi ſunt aſſultum. Quod videns dominus *Joannes* de *Bochaut* Capitaneus *Bruxellenſium*, & cetera militaris manus, operti pudore, ſi ipſi ſegnes reſiderent, cum ſentiſeris ſuis orſi ſunt & ipſi impugnare munimentum, & ibidem tam probe tamque fortiter ſe geſſerunt, quod nullus de cetero aliquam notam infamiæ ipſis adurere potuiſſet, & inter ceteros Dn. *Theodoricus* de *Heetfelde* mirandi agonis robur oſtendit, quia uſque ſupra muros aſcenderat, ſed quia qui intus fortiter repugnabant impulerunt ipſum de muro, ſic quod præceps ruit in profundum. Mox accurrunt plus quam XL. viri, qui ipſum de foſſato levarunt non ſine labore. Inter eos vero qui intus viriliter reſiſtebant præminebat Dn. *Joannes* de *Campo* miles ſtrenuus ac probatus. Sed non obſtante illo Brabantiones tam prope portas acceſſerunt, quod cum lanceis alios urgebant, & fere portam ipſam cepiſſent, niſi quod lapis ab intus venit emiſſus e bombarda, qui quendam militarem juvenem ac nobiliter natum interfecit. Hic cognatus aliorum dominorum fuit, & ab eis bene dilectus. Quæ res fecit eos retrocedere præ dolore. Multi quoque graviter vulnerati fuerunt. Confeſſi ſunt poſtea intranei, quod ſi ipſe aſſultus diutius fuiſſet extractus, amplius non potuiſſent tolerare, & jam cogitaverant & deliberaverant facere deditionem. Remeante ergo exercitu ad tentoria ſua ſperaverunt hi, qui intus erant, eos mox ex toto receſſuros. Sed vana fuit hæc ſpes, quia non abierunt. Et ob hoc formido eos apprehendit & metus de iterato aſſultu fiendo, & ſuper hoc remedium quæſierunt. Comes Gelriæ in

uxorem duxerat filiam *Alberti* Comitis Palatini & Ducis in Bavaria, qui erat tutor solum *Hollandiæ*, *Zelandiæ*, *Hannoniæ*, eo quod frater suus Wilhelmus adhuc vivebat, qui amens factus in *Keynoet* captivus tenebatur. Hic videns, quod gener suus obsidionem prædictam non potuit dissipare, nec contra Brabantinos ad campum venire, accessit in *Buscumducis* ad Duxissam, & ab ea gratiose est receptus. Hic utcunque pro pace laborans ad hoc sagaci prudentia deduxit negotium, quod utraque pars in ipsum compromisit, quod si una pars dictum suum non observaret, ipse se parti alteri conjungeret, & hanc partem cum illa impugnaret. Post hæc accessit ad oppidum de *Hueſden*, ibique dictum suum promulgavit in hunc modum; *Inprimis quod Duxissa in oppido de Grave omnia jura haberet, sicut habuit, priusquam hæc dissensio inchoata fuit. Itemque quod omnes starent in bonis & allodiis suis, sicut ante guerram fuit. Item ne difficultas in pace reformanda staret, judicavit, quod spolia erga spolia, & mortui erga mortuos sic starent & manerent, & omnes captivi liberi ab utraque parte redderentur.* Isto tractatu pacis sic consummato omnes non immerito gavisi in sua redierunt, sperantes ipsam firmam & durabilem fore. Sed heu, proh dolor! multum secus accidit quam putaverunt. Nam dominus Gelriæ nescio qua confidentia ductus hæc tria non observavit. Nam amicos suos in opido *Gravensi* dimisit, & ipsum fecit custodiri, circa muros undique fortificari, & escarum apparatum in eo poni. Sicque Duxissæ in nullo obedire voluerunt, quanquam sæpe hoc requisisset. Item in dicto Ducis *Alberti* comprehensum fuit, quod omnes ad bona sua redirent, sicut ea invenerint, & nominatim Dn. *Arnoldus* de *Hoerne*, quod item ipse non observavit. Nam *Hoerne* & *Amersoien* forti manu expugnavit, & violenter sibi abstulit. Item tertio captivos non dimisit, sed remanserunt detenti, donec gravibus summis sese liberarent. Hæc dum animo dolente comperisset domina Duxissa denunciavit Duci *Alberto*, qualis injuria sibi irrogaretur, obnixe deprecans, ut ipse honorem suum servans dictum suum ad effectum perduceret. Sed hæ preces nullum habuerunt profectum, quamvis pluries requisisset. Propter quod ipsa compulsa hoc negotium insinuavit amicis & propinquis suis, & maxime duobus magnis Principibus, qui erant affines sui, videlicet *Carolo* regi Francorum, quia Dux *Wencelaus* fuerat avunculus patris ejus, qui etiam *Carolus* dicebatur, & *Philippo* de *Hardi* Duci Burgundiæ, nam ipsa matertera fuit uxoris ejus. Quo illi nuncio ani-

animo conſternati ægre admodum tulerunt tam nobilem Principiſſam affinem ſuam ſic tractari. Nec mora *Alberto* Duci ſcripſerunt ſe multum admirari de tali forefacto, quod generum ſuum ſic permitteret inſoleſcere contra eam, ſe ab eo omnimodis requirere, quatenus judicium & juſtitiam faceret juxta proprium verbum, quod ipſemet promulgaverat, ſe nullatenus velle talia ſuſtinere. Dux ergo perlectis & bene intellectis literis Regis ac *Philippi* Ducis laboravit apud eos, & tandem obtinuit, quod in civitate *Cameraco* fieret una [1] diæta ſuper hoc facto, quo convenirent conſiliarii Regis, *Philippus* Dux, ſed & *Albertus* exhiberet ſe præſentem. Cum ergo convenirent illuc Proceres antedicti magnus tractatus habitus eſt inter eos ſuper negotio tam ponderoſo, & ut meliorem haberet finem conſtituta eſt alia dies apud *Antverpiam*, quæ eſſe deberet feria tertia ante *Ramos palmarum*, quo etiam Dux *Gelriæ* venturus eſſet. Verum ſi illuc adventare non poſſet, tunc dies prolongaretur uſque ad *Dominicam Palmarum* in oppido, quod dicitur *Sinte Geertrudenberge*, quo convenire deberent Conſiliarii Regis ac Dux *Albertus* in propria perſona. Cum itaque dies *Palmarum* illuxiſſet, & ut prædictum, omnes alii adveniſſent, conſiliarii Principis Gelriæ non venerunt. Sed paulo poſt miſerunt Nuncium deprecantes illos, qui convenerant, quatenus haberent eos excuſatos, quia venire nullatenus potuerant, eo quod Princeps eorum demandaſſet eos ad ſe venire, & ideo rogabant eos, ut alium diem ſtatuerent, & tum Princeps eorum illuc accederet, ſeu conſiliarios ſuos tranſmitteret, ubi omnia ad bonum finem dirigerentur. Tunc *Albertus* Dux fortiter ſe excuſavit apud proceres antedictos, aſſerens ſe in cauſa non fuiſſe, quod hæc eſſet fruſtrata diæta, quia Dux Gelriæ ſe ſuos fore Conſiliarios tranſmiſſurum ſibi promiſerat. Et ideo petivit, & impetravit, quod fuit ſtatuta adhuc alia diæta pro hujuſmodi

1 Dieta idem hic quod populi, procerum, Ordinumque conventus, Chronic. Citizenſ. ad Ann. 1452. *Habuit quidem eam ob rem plurec convocationes ſive diætas regni & principum.* Idem ad Ann. 1471. *in dieta regni & inclyto Principum conventu* Etiam utrumque eſt, & conſeſſus ſeu conventus, & locus conſeſſus. Andr. Presbyter in Chron. ad Ann. 1434. *Ambaſiatores ſacri Concilii Baſileenſis in dieta Ratiſponæ conveniunt.* Chartæ apud Mantel. in addit. ad *hiſt. Loſſenſ. Patriæ Leodienſis & Comitatus Loſſenſis tres Status repræſentantes in hac publica dieta inſimul in loco Capitulari eccleſiæ Leodienſis, in quo dietæ Statuum ſervari conſueverunt, dum hæc fierent, ſolemniter congregati.* Add. infr. ad Ann. 1410. in *fin.*

modi tractatu, quo ipse vellet convenire cum genero suo. Et in casu, quo ipsi personaliter adesse non possent, suos nuncios & consiliarios illuc transmitterent de negotio plene instructos, & tunc cuncta in bona pace deciderentur, & efflagitavit oppido, ut se apud Regem & Ducem Burgundiæ legitime excusarent. Hæc dies fieri debebat inter hinc & festum Joannis Baptistæ. Nunciis ergo Regiis ad propria redeuntibus post hæc de communi omnium consensu dies prædicta posita fuit in *Buscoducis* in festo sanctæ Trinitatis. Et quamvis hic fuerat concluſum, quod interim nulla pars alteri noceret, Dux tamen Gelriæ hoc non observavit. Nam Gelrienses in Brabantiam venerunt, & jumenta plurima deprædati sunt. Sed cum incolæ illarum partium forti manu occurrissent ad excutiendam prædam, hoc prædatores videntes multa jumenta occiderunt. Venerunt etiam ipsi Gelrienses in *Berehem* facientes incendia, & captivantes Duxissæ subjectos. Ipse præterea dominus Gelriæ cum exercitu castrum de *Middelaer* obsedit, quod pertinebat *Arnoldo* de *Hoerne*. Sed Duxissa Brabantiæ volens servare pactum non permisit homines suos aliquam violentiam adversariis inferre. Appropinquante festo Trinitatis ecce consiliarii Regis & Dux Burgundiæ *Philippus* venerunt versus *Buscumducis*, & tentoria sua extra civitatem in locis virentibus metati sunt. Duxissa vero oppidum cum suis intravit. Venit etiam illuc Dux *Gelriæ*, & ipse mansit exterius. *Albertus* Dux remansit in *Heusden*, sed *Wilhelmum* filium suum Comitem de *Oostervant* illo transmisit. Fuit ergo tractatus iste in tentoriis extra habitus, ubi domina *Joanna* multipliciter allegavit contra Ducem Gelriæ, quod videlicet pacem violaverat, dictum *Alberti* Ducis cui se submiserat, non servaverat. Contra Dux multa pro sua parte allegavit. Tunc Domini qui convenerant super auditis mature deliberaverunt, & utriusque partis rationem bene trutinantes tandem concluserunt, quod Dux *Albertus* se informaret, & faceret decretum suum exequi abhinc usque medium Augusti. Insuper ab illo tempore prædicto fuit data sibi potestas, ut alios casus omnes siqui essent, & omnes alias discordias ad hanc materiam pertinentes discrete & subtiliter audiret & examinaret, & cuncta talia ad bonam ac sanctam pacem revocaret, ab illinc usque ad Pascha proxime futurum. Et ut bonum sortiretur effectum posuerunt treugas, ut interim ambæ partes in pace manerent, nec una alteram præsumeret inquietare. Ac de hac conditione servanda tam Dux quam Duxis-

xiſſa literas dederunt. His ergo Principibus ad propria redeuntibus Albertus per totum tempus treugæ laboravit pro pace, ſed omnis labor ſuus incaſſum ceſſit, quia nullo modo generum ſuum inducere potuit, ut formam pacis teneret, vel de his, quibus exceſſerat, præſtaret emendam, & ſic treuga exſpiravit.

Pendente hac treuga apud *Bruxellam* lamentabilis & lugubris caſus evenit. Nam *Zwederus* Dominus de *Gaesbeke*, de *Putten*, de *Stryen*, tractavit cum Duxiſſa *Joanna*, ut haberet in tutelam ac poteſtatem aliquas villas, quæ immediate pertinebant ad Dominium de *Rode*. Sed priuſquam intentum perficere poſſet, pervenit hoc ad notitiam *Bruxellenſium*, qui ſe directe oppoſuerunt aſſerentes, quod hæc Dominia ſub ditione ipſorum fuerant ſituata, & quod Duxiſſa ea nec vendere, aut impignorare, ſeu alienare poſſet, quia dum in Dominam fuerat recepta, promiſerat ſe talia illibata ſervare. Et ſic impeditum fuit, quod prædictus *Zwederus* requiſivit, qui valde aſpernanter hoc tulit, licet oportuit eum continere os ſuum. Hujus rei fuit magnus perſecutor dominus *Everardus T'ſerclaes*, bonus ac fidelis, qui ſacramenta militiæ ſuæ egregie ſervavit. Ipſe eſt de quo longe ante narratum eſt, quomodo *Bruxellam* recuperavit, dum *Ludovicus* Comes *Flandriæ* ipſam ſuis ſtipatoribus muniſſet. Hic tunc principalis Scabinus fuit, & ſententiam civitatis de hoc coram multis peroravit. Unde de hoc inſidioſe ab adverſariis notatus eſt. Quodam die cum hic dominus de *Gaesbeke* in menſa diſcumberet cum domina uxore ſua, conſeritur ſermo de hoc, & dixit nullum tam graviter ſibi adverſantem in hoc negotio, ſicut prædictus *Everardus* fecit, aſſerens quod erga eum hoc non meruerat. Hunc ſermonem graviter ponderabat conjunx ejus, & dominus *Amelius Utenenge*, qui eo tempore erat Balivus de *Gaesbeke*, & *Wilhelmus* illegitimus filius *Zwederi* prædicti. Hi duo mutuo tractarunt & concluſerunt ſe velle vindicare hoc factum contra ipſum *Everardum*, & ipſi nocere, quam primum eum invenirent. Verum dominus *Zwederus* hoc ipſis non præcepit, nec ut hoc fieret induxit. Dum ergo dominus *Everardus* integræ fidei miles horum omnium inſcius quadam die equitaret a *Lemeken* verſus *Bruxellam*, hi duo cum ſuis famulis in inſidiis poſiti apprehenderunt eum, ac primum ei pedem unum truncaverunt, deinde linguam quidem non penitus abſciderunt, ſed decurtarunt, partem amputantes ac gravibus vulneribus inflictis in ſuo ſanguine volu-

tatum reliquerunt. Nullus ſubditorum domini de *Gaesbeeck* audebat eum contingere, ſeu curam aliquam adhibere, donec venit dominus *Joannes* de *Stalle* Decanus *Hallenſis*, & *Joannes Coroman*, qui conduxerunt quadrigam, & imponentes eum deduxerunt *Bruxellam*. Venerunt obviam amici & propinqui ejus gravi luctu eum lamentantes extra *Bruxellam*, & in civitatem pergentes adduxerunt ſuper forum, ubi concio populi congregata eſt, & cœpit ingens tumultus, & varia eorum cum planctu acclamatio. Deſcendit quoque nobilis Comitiſſa illuc, ut ſeditionem populi mitigaret. Quam ipſe bonus homo ſic dire tractatus alloquebatur de curru, ſed non poterant plene verba ejus intelligi, eo quod lingua ſic extitit mutilata. Hinc planctus, hinc lachrymæ, hinc luctuoſæ omnium voces. Jacebat ille ſaucius corpore, iſtos dolor graviſſimus ſauciabat in mente. Nec poterat Duxiſſa hunc concurſum populi compeſcere, nec dirigere, ſed ſtatim eadem die exierunt cum armato exercitu uſque *Beſenbeeke*. Factum eſt iſtud feria quinta in cœna Domini, & mortuus eſt cum grandi triſtitia omnium feria tertia Paſchæ anno Domini CIↃ. CCC. LXXXVII. De hoc facto dominus de *Gaesbeeck* innocens fuit, quantum ad hoc quod tale ſcelus fieri nec mandavit, nec conſuluit, nec ſciebat hoc eſſe eventurum. Nam rumor ad eum perlatus eſt, dum jam flexerat genua, ut ſumeret viviſicum corpus Chriſti. Sed omiſſa hac ſumptione ſtatim ſurrexit & auctores hujus facinoris in caſtrum ſuum recepit, in quo minus caute fecit. Nam per hoc oſtendit ſe ratum habere, quod actum fuerat, & eorum complicem ſe eſſe monſtravit. In die paraſceves venit exercitus, & forti manu obſedit caſtrum de *Gaesbeke*. Verumtamen ea die ipſe receſſerat dimittens præſidium ſuum bene munitum armis, victualibus, & bellicis inſtrumentis. Exivit autem ſi quo modo poſſet ſibi acquirere auxilium ab amicis & propinquis, ut liberaret munitionem ſuam. Sed hæc ſpes non fuit, quæ non confundit. Nam *Bruxellenſes* indilate tranſmiſerunt ad omnes Brabantiæ civitates, inſinuantes totius rei geſtæ ſeriem, orantes ut quia iſtud bonum Reipublicæ tangebat, ipſi quoque venirent, quatenus non remaneret impunitum, quod contra eam exſtitit foreſactum. Aſſenſi ſunt omnes, & venerunt omnes anguli populorum, excepto quod illi de *Buſcoducis* rationabiliter ſe excuſabant, eo quod treugæ jam exſpirabant, & ob hoc oporteret eos limites ſuos obſervare, ne *Gelrienſes* ipſos invaderent. Quorum excuſatio gratanter accepta fuit. Sed & domina *Joanna* ad requeque-

queſtam eorum miſit *Joannem* de *Wittam* Seneſcalcum ſuum cum ſuo vexillo ad obſidionem ad robur eorum. Tunc Brabantiones deſtinarunt nuncios ad *Leodienſes*, quatenus mitterent eis foſſores ſubterraneos. Qui venientes inceſſabiliter foderunt cuniculos, ut fundamentis præſidium illud everterent. Quod cernentes ipſi caſtrenſes, ac diffidentes inierunt cum foſſoribus compoſitionem pacis, quatenus Domina cum omnibus ſuis exiret munitionem, ſalvis rebus, & corporibus, & ipſi caſtrum traderent in manus eorum, ut de ipſo facerent libitum ſuum. Tunc deſcendit ipſa cum jocalibus & bonis ſuis iens per medium caſtrorum, & abierunt omnes ad loca ſua in profeſto ſanctorum Philippi & Jacobi. Tunc caſtrum deſtructum eſt, & in congeriem lapidum redactum, poſtquam obſidio duraverat quinque ſeptimanis.

His ita geſtis ac rite peractis requiſivit Duxiſſa denuo a patria ſua, ut cum robore exercitus pergerent ante Grave, ut ipſum ſibi recuperarent de manu violenti detentoris ejus, qui nec pactum pacis, nec dictum Ducis *Alberti* ſervare curavit. Igitur congregato omni populo civitatum, Baronum, ac militum direxerunt illuc viam ſuam anno Domini CIↃ. CCC. LXXXVIII. XXVI. die Junii. Qui cum veniſſent juxta *Ravenſteyn* Dux Gelriæ audiens poteſtatem & multitudinem eorum ſtatim ad Principes exercitus miſit demandans illis ſe velle ipſum oppidum integre ac libere reddere in manus Duxiſſæ, ſicut fuerat pridem. Principes retulerunt hoc ad alios nobiles & milites, qui unanimiter hoc laudaverunt, & ut fieret hoc ſuadebant. Sed obſtiterunt nonnulli Capitanei civitatum hoc ſibi non ſufficere, quin & volebant, ut refunderentur eis expenſæ omnes, quas in his fecerant bellis. Sicque manſit negotium infectum. Et profecti ſunt ultrorſum uſque obſidionem, quo illi de *Buſcoducis* plures & ſumptuoſas machinas adduxerunt ad præſidium expugnandum, & eas erexerunt. Seneſcalcus & alii primores omni die pro victualibus emiſerunt, excepto feſto ſancti Joannis Baptiſtæ, in quo ob reverentiam feriari volentes non miſerunt. Sed plures vulgares poſtponentes honorem feſti exierunt inconſulte ſine regimine, ſine conductu, qui mox temeritatis ſuæ pœnas luerunt. Nam multi ab hoſtibus circumventi, capti, multi occiſi ſunt. Tunc Principes exercitus tractaverunt & concluſerunt, quod fieret pons ſuper *Moſam* fluvium, per quem tranſeuntes oppidum in giro poſſent obſidere. Qui mox inceptus, perfectus, & conſummatus eſt. Et dum uſque ad fluminis medium ſtipites & trabes fuerunt infixi,

ſuper quos pons requieſcere deberet, venerunt Gelrienſes ab alia parte ſe objicientes, & cum bombardis tam fortiter ſaxa jecere, quod nullo modo progredi ultra potuerunt. Tunc vero conſilium inierunt, quatenus in certo & bono numero plures in navibus ultra Moſam pergerent in certum locum, qui locus deberet ab eis ſervari ſolerter uſque ad al aliam diem, donec adhuc plures tranſirent, qui hoſtes fugarent, pontem impedientes. Sed per quem locum tranſmearent deberet ſtare in diſpoſitione duorum Principum, ne adverſarii myſterium hujus conſilii percipere valerent. Sed Dux *Gelriæ* citius iſta percepit, ſcilicet conſilium & diem, quo deberet impleri, ſed locum non cognovit. Et habito cum ſuis tractatu de hoc duo loca fecit bene muniri, de quibus plus æſtimavit, unum tamen arctius & cautius alio. Sed caſu Brabantini perrexerunt ad eum locum, quem minus ille præcavebat, quem tamen adeo invenerunt ſeptum, quod ſine magno labore & abſque gravi pugna ad eum pervenire non potuerunt, ſed tandem obtinuerunt locum. Fuerat autem deliberatum, quod iſti prius tranſeuntes nec facerent incendia, nec prædas, quouſque exercitus major adventaret. Sed aliqui clientes & plebeji hoc utile conſilium tranſgreſſi ſunt. Nam cœperunt comburere domos & ſpolia diripere. Quod a longe cernentes, qui in *Mouwick* ad cuſtodiam poſiti fuerant, Brabantini quippe tranſierant ad paſſagium de *Wichtrick*, ſtatim ordinate & caute equitaverunt ad eos, & aggreſſi ſunt Brabantinos, qui ſine regimine & directione hic & ibi diſſipati erant. At illi mox timidi & vecordes fugere cœperunt, unus alium non exſpectans, vociferantes & clamantes, *Fugite*, *Fugite*. Ac per hoc omnes alios, qui Moſam tranſierant, turbaverunt ac puſillanimes reddiderunt. Porro nobiles ac magnanimes viri clamaverunt, *State*, *State*, ſed non profuit, quia in fuga perſeverabant. Et ſic fuerunt ibi capti Dn. *Raſo* de *Lintris*, & dominus de *Burgeraille*, & plures alii nobiles. Si cum eis fortiter & fideliter perſtitiſſent, indubie Gelris prævaluiſſent. Sicque de ponte illo quicquid fuerat deliberatum, ad nullum pervenit effectum, & totus exercitus inde receſſit. Sed termini Brabantiæ bene muniti remanſerunt militibus ac aliis pugnacibus viris, ibique guerra permanſit, & mutuus ab utraque parte conflictus. Videns Dux *Gelriæ* Brabantinos ſic ab obſidione receſſiſſe cogitavit ſecum jam tempus congruum adveniſſe, quo Brabantiæ quam plurimum nocere poſſet, ac convocans undique auxiliarem exercitum, ac Principes, ingreſſus

eſt

eſt terminos ejus, habens in comitatu ſuo epiſcopum *Colonienſem*, epiſcopum *Monaſterienſem*, epiſcopum *Bremenſem*, epiſcopum *Trajectenſem*, Comitem *Clevenſem*, qui poſtea Dux factus eſt, & Comitem *Murſenſem*. Primum tranſierunt *Oeſterwyck*, & igni tradiderunt, item incendit *Geſtel*, & *Beke*, ac *Boxtel*, ſcilicet non intra. Tribus diebus fuit ſic in Brabantia, nullo ſibi ex adverſo occurrente, & reverſus eſt ad propria.

Acta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. LXXXVIII. & duraverunt hæc mala uſque quo hyems fuiſſet tranſacta. Tunc miſit Duxiſſa ad *Philippum* Burgundiæ Ducem ſuppliciter depoſcens, ut aſſiſtentiam ſibi impenderet fidelem. Cui ille acquieſcens tranſmiſit ſibi in auxilium lancearios quingentos, præbens eis ſtipendia in tres menſes. Qui venientes caſtra metati ſunt juxta *Millen*, *Gangelt*, *Vuegt*, anno Domini CIↃ. CCC. LXXXIX. & adjunxerunt ſe illis dominus de *Berchem*, & reliqui nobiles de Brabantia, & erant hi poſiti in *Herpen* & in *Oſch*, & Gelriæ multo plura damna intulerunt, quam pridem fuerant illata. Emenſis autem tribus menſibus volebant Gallici recedere, ſed Duxiſſa obnixe eos eſt deprecata, ut manerent in ejus auxilio, ſpondens ſe ſoluturam ſtipendia ipſis de propria ſubſtantia. Cui illi benigne conſenſerunt, & morati ſunt illic tota æſtate. In quo ſpatio inter cetera ceperunt oppidum unum, quod dicitur *Strale*, quod ilico ad terram uſque complanaverunt. Dux autem Gelriæ requiſivit a Duce Aurelianenſi, quatenus ſe interponeret mediatorem pacis, ut ad gratiam Ducis Burgundiæ pervenire mereretur. Quod ille animo gratanti ſuſcipiens impendit operam ſuam in hunc finem, quod *Philippus* Dux Burgundiæ juſſit treugas fieri, & utrumque ceſſare a bellis, & per hoc intendebat oppidum de *Grave* reducere plenarie ad Ducatum *Brabantiæ*, ſi omnes in ipſum compromitterent, ſibique totum pondus negotii imponeretur. Sed Dux & Duxiſſa minus ad hoc fuerunt inclinati. Quamobrem Provinciæ ſcilicet *Brabantia* & *Gelria* in hoc convenerunt, quod ipſimet inter ſe pacem reſarcire deberent, & nullos extraneos Principes in hoc fatigarent. Elegit ergo Duxiſſa de patria ſua ſex milites ſapientes & gnaros, Dux Gelriæ elegit quatuor milites & duos magnos Domicellos diſcretione & prudentia præditos. Qui convenerunt in *Raveſteyn*, ibique totam materiam quiete & modeſte ventilantes, & circumſtantias examinantes, tandem ipſam in bonam concordiam concluſe-

runt. ' De quo in multorum ore resonuit gratiarum actio, & vox laudis. Actum anno Domini cıɔ. ccc. xc. Benedictus Domi-

1. Pactio & fœdus ipsum literis Ducis Gelriæ comprehensum hujusmodi: *Wy* Willam *van* Gulick *by der genaden Goids Hertoge van* Gelre *ende Greve van* Zutphen *doen kont allen luden mit desen apenen brieve, ende bekennen, dat wy by rade ende goitduncken onser rade ende vriende mit onser liever nichten* Johanne *Hertoginne van* Luccenburg, *van* Brabant, *ende van* Lymburch, *in orber ende nut ons, onser beyder lande, ende onderſaten overdragen ſyn eenre vrientſchappen enae eendrachticheyt in manieren als hier na beſchreven ſtaet; Dats te weten, dat wy, onſe onderſaten, en Dienre, gene gewelt, angryp, oft onrecht keren en ſoilen an onſe lieve nichte voirſz, an hoiren Lande, Steden, Sloten, luden, dienre, of onderſaten, ende ſoilen doin verhoeden, weren, ende keren, na onſen beſten in goeden trouwen, dat uit onſen lande, Steden, Sloten, luden, Dienaren, off onderſaten, of van ymant anders, wie hi were, doer of uyt onſen landen, Steden, Sloten, ende weder in, eghene ſchade en ſal geſchien onſer liever nichten voirſz, noch hoiren lande, Steden, Sloten, luden, ende onderſaten op beyden ſyden der Maſen, ende ſonderlinge Millen, Gangelt, ende Vucht. Ende weert ſake dat ymant van onſen onderſaten onder ons geguid, of geerft, des wy machtich weren, hier tegen dede, dat ſoelen wy hem doin beteren ende richten mit ſynen lyve ende guede. Ende dede oic dat ymant anders, die onder ons niet gegoidt noch geerft en waer, of des wy niet wale mechtich en weren, ende onſe vurſz liever nichten Amptluden of onderſaten den vervolgden binnen onſen palen ende machten, ſoe ſoelen wy hem, onſe Amptluden, ende onderſaten tot hoiren verſuyck daer toe behulplich ende byſtendich doin weſen, ende daer aver richten, gelike of die ſchade ons ſelven of onſen onderſaten gedaen wair. Alſo doch weert dat eyn ofte mere van onſen onderſaten off Dienren tot onſer liever nichten vorſz of tot hoiren onderſaten off Dienren ein gerechtlike anſprake hadde, des ſoelen wy mechtich weſen, dat hem wedervare na anſpreke ende antwoerde, dat onſer liever nichten vurſz Rade ende den onſen ſal duncken, dat reden ende beſcheit ſy. Ende deſe vurſz vrientſcappe ende eendrachticheit hebben wy gelaift ende gelaiven in goeden trouwen te halden, ende te voldoin, durende alſo langhe als onſe levs nichte vurſz leven ſal, Beheltliken ons, onſe erve, ende nacomelinge alſulcker anſpraken ende rechten, die wy nu hebben of hebben moigen na dode onſer liever nichten vurſz. Ende in deſer vrientſchappen ende eendrachticheyt ſal mit onſer liever nichten vurſz ſtain ende weſen Johan Here van Cuyck onſe lieve Swager: die onſe dyener, ende onderſate is, ende ſyne lant, lude, Sloite, ende onderſate, alſo lange als onſe vurſz lieve nichte levet. Ende deſe ſelve* Johan *ſal van onſe vurſz liever nichten ontfangen te lene alſo ons van alds heer comen is den* Grave *tuſſchen dit ende Kerſmiſſe neeſtcomende tot hoire verſuyck mits hoire brieve of vrienden. Ende ſy ſal hem ende de ſyne dan geleiden ende veligen comende ende kerende. Ende als* Johan *deſe ontfangeniſſe gedaen beſt, ſo ſal onſe lieve* Nichte vurſz *hem ſonder vertrecken doin na ſynre anſprake, die hy an hoir heft, ende na hoire antwoerde, dat hoir vrien-*

minus, qui post tempestates tranquillum facit, & post fletum exultationem infundit. Sed heu pax non nisi per septem annos duravit.

Anno Domini CIↃ. CCC. XCVII. post festum sancti Joannis Baptistæ accidit apud *Buscumducis* Dominica quadam processionem fieri in honore virginis gloriosæ. Ad quod festum prout consuetum est plures convenerunt undecunque. Venerunt etiam Gelrienses numero non pauci, inter quos etiam fuit unus nominatus *Wouter over Rhyn* Scultetus de *Bommelwerde*. Hic & alii quidam Gelrienses cum nonnullis incolis civitatis sedebant in taberna, convivantes pariter & potantes. Inter edendum & loquendum cœperunt oriri sermones minus decentes, contentiosi, & rixosi. Post verba perventum est ad verbera & graviter pugnare cœperunt. Walterus & alii forti voce clamaverunt *Gelre, Gelre*. Quod audientes qui foris erant accurrerunt suis in auxilium & pugna crevit. Ibi occisus est *Gosuinus* vander *Diesen* civis Buscoducensis & minister Duxissæ, qui etiam pro tunc vestibus ejus erat amictus, sed & de Gelrensibus fuerunt interfecti & plures captivati. Prædictus *Walterus* ibidem captus, ac tandem per justitiam morte punitus, qui caput fuit & incentor hujus tanti mali, qui etiam prædictum *Gosuinum* ense suo peremit, ac primum omnium *Gelre, Gelre*, exclamavit. Audiens hæc Dux *Wilhelmus* iratus est valde. Nec mora; scripsit ad Duxissam, dicens non latere, quomodo Scultetus & Officialis suus & alii

vrienden ende den synen sal duncken reden ende bescheit te wesen. Alle argelist uitgesceiden. In oerkonde ons segels dat wy by onser rechter wetentheyt an desen apenen brieve hebben doen hangen. Ende omme dat te vaster te halden hebben wy gebeden onse lieve Raide ende vriende, Heren Henrich *van* Steenbergen *Proist van Aldemunster tot Utrecht, Here* Gerrit *Here van* Culenburch *ende van der* Leck, *ende Heren* Johan *van* Hoensele*r geheiten van den* Velde *Riddere, dat sy hoire segele, ende die Burgemeisteren, Scepene, ende Rayde, van onsen Steden van Nymegen, van Ruremunde, ende van Arnhem, dat sy onse vursz Steden segels an desen brieff mit ons hebben doen hangen by onsen segel. Ende wy* Henrick *Proist van* Aldemunster, Gerit *Here van* Culenburch, Johan *van* Hoensele*r geheiten van de* Velde *Ridder, bekonnen dat wy onse segel, ende wy Burgemeisteren, Schepene, ende Rayd der Stede van* Nymeghen, *van* Ruremunde, *ende van* Arnhem *vursz bekennen, dat wy onse Steden segelen vursz hebben omme beden wille ons Genedigen Heren van Gelre by synen segel an desen brief doin hangen te tuge aller vurwaerden als vursz is. Gegeven int jaer ons Heren* CIↃ. CCC. *ende* XC, *op sinte Severinus dach.*

alii ſubditi ſui venerant in *Buſcumducis* tempore pacis, dum omnia ſerena conſtarent inter eos, & nihil mali ſuſpicabantur, ubi ipſi interfecti fuerunt, & captivi alii tenebantur; cupiebat ſcire an ipſa factum ad ſe traheret, vel ratum haberet an non. Si ſic, mitteret continuo conſiliarios ſuos ad *Raveſteyn*, quo & ipſe pariter conſiliarios ſuos deſtinaret, ut ibi de negotio congrue tractaretur, & ad bonam emendam res perveniret. Si vero ipſa ratum non haberet, tunc demum ipſa ſcriberet ad oppidum ſuum, ut ipſi ſufficientem emendam de tam horrido facto præſtarent. Cui ipſa modeſte reſcripſit ſe libenter velle deſtinare ſuos conſultores ad certum locum, qui eum de cunctis plene informarent & edocerent, quicquid difficultatis in materia poſſet afferre. Quid plura? Aſſignata eſt dies apud *Raveſteyn*, & utrimque illuc convenerunt ſuper hac quæſtione collaturi. Sed poſt longum tractatum nullatenus concordare valuerunt, quinimo cum diſſenſione receſſerunt. Sic agente inimico, qui ubique ſuperſeminat zizania; iterum guerra, iterum prædæ & incendia, & confuſio in populo Dei. Itaque Dux *Wilhelmus* congregavit exercitum nobilium ac magnatum, ſic quod erant bene armati & ad bella doctiſſimi, lancearii tria millia cum ſibi adjunctis, qui omnes uno animo ſecum pugnare voluerunt. Ibi proh dolor! quod dictu quoque luctuoſum eſt, & planctu dignum, fuerunt magni Prælati eccleſiarum, qui convenerunt ad pugnandum contra unam viduam, quæ nunquam eis nocuerat, quos ſatius fuerat in locis ſuis ſtare, & oves ſibi commiſſas, ne lupus vorax eos raperet & diſpergeret, gubernare. Fuerunt autem hi: *Fredericus* epiſcopus *Colonienſis*, *Fredericus* epiſcopus *Trajectenſis*, *Fredericus* epiſcopus *Monaſterienſis*, Epiſcopus *Paderbornenſis*, Epiſcopus *Oſnaburgenſis*. Audiens Duxiſſa & videns, quoniam multiplicata ſunt mala, miſit *Joannem* de *Wittam* Seneſcalcum ſuum in *Buſcumducis*, & cum eo Dominum de *Parwys*, Dominum de *Dieſt*, Dominum de *Scoenvorſt*, de *Weſemale*, de *Roſſelaer*, de *Bergis*, de *Lee*, qui fuerunt Barones, & pene omnem militiam Brabantiæ. Illis ibi conſiſtentibus nonnulli ſuaſerunt, quatenus Duci reſiſterent in terminis inter *Engelen*, & *Buſcum*, quia illinc tranſiturus erat. Alii longius cernentes diſſuadebant, primo quia a Domina non habebant hoc in commiſſis, ſecundo quia non eſt tutum juxta civitates proprias inire certamen, quia vulgares in bello, dum incipit fortuna eis eſſe contraria, & animadvertunt ſe eſſe prope loca ſua, facile terga vertunt, ut ad ea confugiant, & ſic ex aliquo-

rum

rum timida fuga totus diſſipatur exercitus, tertio quia plerumque ſequitur majus inconveniens, nam dum iſti ad civitates ſuas fugiunt, hoſtes inſequentes cum eis portas intrant, & ipſæ capiuntur civitates. Quarto, quia ſi exiſſent oppidum, verendum erat, quod non faciliter potuiſſent illud reintrare, etiam ſi bellum non fieret. Nam Dux plures amicos ibi habebat. Dicebatur etiam clare, quod ipſe cum tanta poteſtate ob hoc illuc adveniret ſub tali ſpe, quod oppidum de *Boſſche* ſibi acquireret, quod aliqui abſcondite id ſibi promiſerant. Cogitabant ergo melius & tutius fore, quod ipſum cum tanto apparatu ſuo permitterent aliquantum in *Brabantiam* tranſire, eo quod malebant decem aut duodecim rurales villas amittere quam illam egregiam munitionem. Sic venit cum ſuis cuneis Dux inter *Engelen* & *Boſcum*, oppido ſatis appropinquans. Sed erat ibi conſtructum vallum quoddam, quod vulgariter dicitur *Blochuis*, bene munitum viris & armis. Tunc de exercitu ejus erupit quidam miles, multique alii cum eo, ut igni traderent quoddam molendinum, quod ad ventum giratur, ſed non potuerunt, quia illi de prædicto vallo fortiſſime obſtiterunt, & ille miles ſagitta ictus mortuus eſt. Fuerunt tamen ad aliam portam, & molendinum ibi repertum incenderunt, nec aliud damnum prope *Buſcum* intulerunt, & eodem die perrexerunt uſque *Oſterwyc*, ſperantes alia die ſe obtenturos oppidum *Endoven*. Quod ut perceperunt, qui in *Buſco* pertendebant, eadem nocte indilate quendam potentem cum trecentis lanceariis in Endoviam miſerunt, ut illud præſidium firmiter obſervarent. Veniens Dux cum ſuis illuc, ut cognovis ſe fortiter eſſe præventum, ſtatim illinc receſſit. Iſta ut audivit pia matrona Duxiſſa miſit Heraldos & literas ſuas ad Ducem deprecans eum, quatenus intuitu Dei & fraternæ charitatis non noceret agricolis, nec rura colentibus, ſed modico tempore expectaret, donec venirent armati & exercitus, aſſignareturque campus certaminis, in quo uno die fieret judicium, ut eſſet finis hujus diſturbii, & pax rediret inter eos. Quod ille audiens extimuit, quia præter ſpem ſuam prædicta oppida tam bene fuerunt munita, ac etiam percipiens, quod Brabantinorum turmæ, qui jam congregati erant, contra eum veniebant, ſtatim ad Gelriam repedavit. Dum ergo exercitus veniret ad *Herentaels* nunciatum eſt eis Ducem Gelriæ retrorſum iviſſe. Tunc habuerunt inter ſe conſilium velle ſe tendere in terram Juliacenſem, ut Duci retribuerent, quæ in eos fuerat operatus. Perrexe-

runt ergo ad *Trajectum* ſuperius, ut illic Moſam tranſirent, ubi *Joanna* Duxiſſa pauſans remanſit. Acceſſerunt ergo ad eos nobiles, qui in *Buſco* ad munimen ſteterant loci, eo quod periculum de amittendo oppido fuit ablatum, & exeuntes *Trajectum* caſtra locaverunt in *Vleitmagen*, ubi ordinaverunt, qualiter caute ultrorſum progredi poſſent. Sequenti die intrantes civitatem Juliacenſem cuncta tradiderunt incendio, quæ in itinere ſuo invenerunt, & venientes uſque *Onderhouden* reperiunt illud præſidium bene munitum, & foſſato circumcinctum. Quo non obſtante exorſi ſunt id expugnare, & multa vi inſiſtentes ceperunt, & flammeo rogo involventes deſtruxerunt. Verumtamen magna ex parte bona ſua convexerunt indigenæ loci in eccleſiam, quæ ſtabat procul a domibus verſus murum ad unam portam. Quidam vero mali garciones de exercitu aggreſſi eccleſiam prædam tulerunt ab ipſa, quod eis præceptum non erat. Quos Capitanei & nobiles fecerunt ſuſpendi in arboribus, quia Deum timentes & plagas ejus nolebant in exercitu ſuo veſpiliones tenere, qui domos ſpoliarent cultui divino mancipatas. Quia vero hybernum tempus appropinquabat, & pluvioſum tempus erat, decreverunt ad patriam reverti. Sed redeuntes per aliam viam cuncta quæ invenerant voraci flamma conſumpſerunt, & per Trajectum ad proprios lares ſunt reverſi. Sed proponebant ſe æſtate proxima in Gelriam exercitum velle ducere. Acta ſunt hæc anno Domini cIↃ. ccc. xcvii. in Septembri.

In illo tempore erat inter Comitatum *Loſſenſem* & *Brabantinos* nonnulla turbatio. Nam illi de Comitatu multas annuas penſiones vendiderunt quibuſdam de Brabantia, quas male ſolvebant, & eorum plerique ſolvere non potuerunt. Unde accidit ut incolæ Loſſenſes in Brabantia ubique detinebantur & arreſtabantur. Unde prudentes viri & rerum currentium multum experti cogitabant, quod ſi *Brabantigenæ* æſtate ſequenti, ut præfertur, vi armorum ultra Moſam pergere vellent, ipſi Loſſenſes talionem eis reddere poſſent arreſtardo ſcilicet victualia, quæ ad exercitum deferrentur, ſicut fecerant olim. Igitur ne duplicarentur eis inimici, conſtituta eſt dies pro pacis tractatu apud *Dieſt* ex parte ambarum Provinciarum, Leodii ſcilicet & Brabantiæ. Quo dum conveniſſent ordinatum eſt ſapienter, quomodo antedictæ penſiones ſolverentur, ne diſcordiæ ſeminarium inter eos poſſet germinare. Renovatum eſt etiam ibi pactum & fœdus inter duas has patrias, quod dudum tempore Ducis *Johannis* tertii fuerat

or-

ordinatum & confirmatum. Omnibus ergo rite compositis cum bona concordia & plena pace ab invicem recesserunt.

Anno Domini CIↃ. CCC. XCVIII. Brabantini parata expeditione sua exiverunt cum exercitu quadraginta millium, ac venerunt Trajectum supta Mosam, ubi Joanna Duxissa commendavit eos Domino, & ipsa remansit ibi. Illi vero exeuntes urbem venerunt usque *Vleysingen*, ibique tentoria & papiliones fixerunt exspectantes Leodienses, qui juxta quod fuerat comprehensum in prædicto tractatu in auxilium ipsorum venerunt. Illis advenientibus cum uterque exercitus fuisset adornatus, fuit ibi pulchrum nimis spectaculum videre. Nam a centum annis nusquam circa has partes fuit tam decora populorum congregatio in armis visa. Egregius ac Catholicus Princeps *Philippus* Dux Burgundiæ misit Duxissæ in subsidium *Walramum* Comitem sancti Pauli cum trecentis lanceariis propriis expensis cum tali apparatu, qualem eum decebat. Cum Leodiensibus venit *Joannes* de *Bavaria* electus eorum ad episcopatum. Tunc sapienter divisérunt se duo exercitus, ne sibi mutuo impedimentum præstarent in victualia acquirendo. Leodienses uno itinere gradiebantur comburentes omnia, quæ offenderunt in via. Brabantiones aliorsum pergebant usque ad præsidium, quod dicitur *Nova villa*, armis, viris, & alimoniarum apparatu bene munitum, & dicebatur Ducem Gelriæ ibidem esse. Sed videntes vires & potentiam hostium antequam potuerunt figere tabernacula, fugerunt ab oppido, incendentes oppidum, ne alii victum, seu quæcunque bona sibi fructuosa reperirent. Quod illi qui foris erant percipientes ingressi sunt, & obtinuerunt illud. Congregato illo in loco utroque exercitu perrexerunt versus *Ruremondam*, & obsederunt illam. *Leodienses* fixere tabernacula inter Scoren & Mosam. *Brabantini* ab alia parte se locaverunt. Cumque per aliquot hebdomadas ibi constituti fuissent, Leodienses fecerunt quandam treugam & formam pacis cum Gelrienſibus absque scitu Brabantinorum, nec aliquod ab eis consilium quærentes, cum tamen pactum paulo ante inter eos renovatum multum aliter in se haberet. Ad hanc pacem & treugam multum inclinatus erat *Joannes* de *Bavaria* electus ipsorum, quia Dux Gelriæ duxerat sororem ejus in uxorem. Sed plures milites & nobiles de exercitu hoc non laudabant, nec placuit eis, quod *Leodienses* & *Lossenses* absque scitu Brabantinorum talia attentabant. Sed tamen auditi non fuerunt. Mox Leodienses recesserunt, nec valefecerunt Brabantinis, permittentes eos ibi

ſtare. Quod illi ægre tulerunt, ſapienter tamen ac modeſte diſſimulaverunt, ne novos ſibi acquirerent hoſtes. Porro illi cum domum repedarent addiderunt & aliud, de quo quiſquam mirari poteſt. Nam obviabant eis quadrigæ & vecturæ, quæ a Trajecto venientes annonam & victualia Brabantinis deferebant, ſed & illa apprehendentes rapuerunt dicentes ſe illis indigere. Tunc Brabantini ſolverunt obſidionem & illinc abeuntes diffuderunt ſe per terram Juliacenſem vaſtantes omnia, quæ extra civitates invenerunt. Alia die venerunt uſque *Leynich*, quod tunc temporis præſidium erat valde munitum cum duobus firmis foſſatis, ſed intranei videntes totam multitudinem adventantem pavore in eos irruente non audebant illic remanere, ſed ignem ponentes in præſidio ocius inde fugerunt. Quod Brabantini videntes ingreſſi ſunt, & invenientes vini copiam, non autem panis, uſque ad ſolum illud deſtruxerunt. Tunc conſilium inierunt ſe velle tendere verſus *Aquiſgranum* in medio vaſtando quæ invenirent. Quod ut percepit Comes ſancti Pauli obnixe precatus eos, quatenus dignarentur uſque ad *Juliacum* pergere, & ob ſuum rogatum petiit, ne pigeret eos hoc implere. Principes & Magnates exercitus, ac etiam civitatenſes, memores quanta bona ſæpe Brabantiæ impenderat, & quod pater ſuus *Guido* dudum in *Baſwylre* in eorum obſequium fuerat occiſus, clementer annuentes illuc acies ſuas direxerunt. Videntes incolæ tantas armatorum copias ſibi imminere, diffidentes ſe poſſe reſiſtere cum bonis ſuis per aliam portam fugerunt. Tandem prædictus Comes obtinuit ab eis xxx. millia aureorum, quos pavore trepidi ſibi ſolverunt. Recedentes a *Juliaco* arripuerunt iter verſus *Aquiſgranum*, & miſerunt Duces exercitus ad Aquenſes orantes, ut ipſis victualia pro pecunia ſua vendere dignarentur, quod illi facere renuerunt. Illi indignati illuc iter maturarunt. Erant tunc peregrini valde multi in *Aquis*, qui audientes de tantis turmis armatorum timuerunt valde, & ſeſe invicem conjungentes gregatim exierunt uſque ad quinque millia peregrinorum. Venit autem rumor licet falſus in caſtra Ducem Gelriæ in campo conſiſtere, ut contra eos bellum haberet. Quod illi audientes acies ſuas diſpoſuerunt, ſed dum cognoverunt peregrinos eſſe non bellatores, permiſerunt eos pacifice tranſire coram ſe, nullumque nocumentum illis fuit illatum. Perrexit ergo exercitus uſque prope civitatem demandantes eis obſervando, ut alimonias pro pretio habere poſſent. Tunc Aquenſes tranſmiſerunt eis unam quadrigam panibus onuſtam.

Ca-

Capitanei vero utpote prudentes viri timuerunt, quod si illam quadrigam acceptassent, dissensio & pugna in castris posset oriri, cum certum erat, quod nulli suffeciset, dum videlicet aliqui haberent, & aliqui non, & sic remiserunt eam. Sed retribuerunt eis hoc in caput suum. Nam omnes villas circum circa incendio conflagrare fecerunt. Post hæc venerunt in *Wittum* super fluvium tentoria locantes, ubi alimentorum copiam invenerunt. Sicque in *Brabantiam* sunt reversi. Post hæc venit *Rupertus* Dux *Helsbergiæ* Aquisgranum, ubi acciperet primam coronam imperii. Nam is in regem Romanorum fuerat electus. Quod ut percepit Dux Gelriæ, venit ad eum, ac subtiliter eum informavit, quantam confusionem, & quam gravia damna Brabantini imperio Romano & sibi fecerant, laborans modis omnibus, ut fieret inimicus eorum. Et ut ferebatur acquievit sibi. Sed hoc fieri oportebat proxima æstate, quia hybernum tempus jam cœpit appropinquare. Hic rumor pervenit ad aures *Philippi* Ducis Burgundiæ, qui commotus animo super hoc præparavit se cum omni & maxima militia Provinciarum suarum venire contra Ducem prædictum æstate futura. Quod Gelrienses audientes timuerunt valde a facie ejus, habueruntque secretum consilium cum his, qui familiarius adhærebant Duxissæ *Joannæ*, quatenus inter eos pax reformaretur, ac Deo prosperante convenerunt ambæ partes apud *Ravesteyn*, & ibi colloquentes ac mature tractantes conclusio pacis facta est. Hoc tamen Dux *Philippus* non æquo animo accepit, quod de convenientia partium absque scitu & voluntate sua fuerat id gestum, cum ut præfertur magnum fecerat præparamentum, & pro hoc jam expenderat XII. millia Coronarum. Facta est hæc pax anno Domini CIↃ. CCC. XCIX. Anno præcedenti obiit *Maria* Duxissa quondam Gelriæ soror *Joannæ* Duxissæ Brabantiæ. Hæc post mortem Reynoldi mariti sui, quem *Eduardus* frater suus captivum tenebat, usque ad hoc tempus in viduitate permansit honeste vivendo. Prius venit & morabatur apud *Turnout*, quoniam hoc Dominium cum villis & pertinentiis in partem suam devenerat. Ibi ipsa construxit collegium Canonicorum ad honorem Dei & glorioſæ virginis, nec non & Beati *Petri* Principis Apostolorum, qui die ac nocte Deo servientes septem horas canonicas decantarent. Præterea ædificavit monasterium Canonicorum Regularium prope *Turnout*, quod usque in hodiernum diem *Kerſendonck* vocatur. Construxit etiam quoddam præsidium de Oyen & Burgum de *Turnout*. Tenuit autem decentem

ſtatum ſuum, ac honeſtum, & inter cetera hoc bonum habuit, quod omnibus, quibus tenebatur, debita libenter & ſuo tempore ſolvebat, & quod quibuſque promiſerat tenebat. Poſtea venit *Bruxellam*, ibique morabatur cum ſorore ſua, & completo témpore vitæ ſuæ tumulata eſt apud fratres Minores cum debito honore.

His itaque tranſactis quoniam Joanna Duxiſſa ſenuerat valde, habebatque ætatis plurimos dies, *Philippus* Dux *Burgundiæ* Brabantiam acquirere voluit pro uno filiorum ſuorum, qui erant proximi heredes Duxiſſæ prædictæ, quæ heredibus omnino carebat. Nam uxor ſua fuit filia *Ludovici* Comitis Flandriæ, cujus conjux *Margareta* erat ſoror *Joannæ* prædictæ. Iſte *Philippus* Dux nobilem ſobolem habebat, id eſt, tres filios, ejuſdemque numeri filias. Qui ſic inter eos diſtribuit bona ſua, ut quicquid quis haberet poſt mortem ejus pacifice poſſideret. Joannes ſenior filius ejus, ut Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, Comes Artheſiæ, & Comes Burgundiæ. Hic duxerat in uxorem filiam *Alberti* Comitis Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ. *Anthonio* medio filio intendebat providere de Ducatu Brabantiæ. *Philippus* tertius ejus filius erat Comes *Nivernenſis*, de *Rethaers*, & *Retheloes*. Una filiarum *Philippi* ſenioris fuit data *Lupoldo* Duci Auſtriæ. Alia *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ ac Zelandiæ. Tertiam duxit *Amedeus* Dux Sabaudiæ. Inde orti ſunt filii duo & duæ nihilominus filiæ. Poſtea pater applicans ſe quaſi totaliter ad obſequium divinum filio ſeniori dedit Ducatum *Sabaudiæ*. Alteri filio dedit Principatum de *Piemont*. Unam filiam ejus accepit Dux *Mediolanus*. Aliam ſortitus eſt in matrimonium *Helsbergiæ* Dux. Iſte *Amedeus* tempore, quo gravis ſimultas exorta eſt inter Conſilium *Baſilienſe* & *Eugenium* Papam, qui aliud Concilium celebravit in *Florentia*, ubi Græci fuerunt præſentes, cum multi valde a *Baſilea* receſſiſſent, ab his, qui erant reſidui, depoſito *Eugenio* in Papam eſt electus, ac *Felix* vocatus quintus. Quem Papatum per aliquot annos tenuit, ſed creſcente ſemper potentia *Eugenii*, & iſtius decreſcente, tandem mortuo *Eugenio*, ac ſuccedente *Nicolao* quinto, in manus ejus reſignavit, & ſic exultatione univerſæ terræ unio ſucceſſit. *Philippus* has filias tradendo tantas pecuniarum ſummas cum eis dedit, quod renunciarunt omnibus aliis Dominiis, quæ filiis integra dimittere volebat. Videns ergo Duxiſſam ſenuiſſe, quamvis ipſa conſenſerat, quod filius ſuus *Anthonius* ſuccederet, tamen patria Brabantiæ necdum dederat aſſenſum. Quapropter præcavens in futurum ac-

acceſſit *Bruxellam*, ubi a Duxiſſa decenter & honorifice eſt ſuſceptus, & ad preces ejus convocavit tres Status patriæ. Qui cum veniſſent, rogavit eos modeſte, ac benigne, quatenus uxorem ſuam & filios vellent recognoſcere pro veris heredibus poſt mortem Duxiſſæ de Brabantia, de Lymburgia, ac de patria ultra Moſam. Identidem & ipſa Duxiſſa ipſis ſupplicavit. Super hoc ipſo autem reſponderunt, quod quamdiu *Joanna* Duxiſſa viveret, nec dominum nec dominam aliam recognoſcere volebant. Dum ea ipſa carnis hujus limites eſſet ingreſſa, haberent conſilium bonum, quem heredem eſſent recognituri. Super quo reſponſo Dux contentus non erat, ſed multum inſtitit, ut jam ſibi exprimerent, ac clarius expromerent, quem ex herede futuro vellent habere, & ſi tunc dicere voluiſſent ſe filium ſuum habituros pro herede, ſtatim obtulit eis ſe paratum eſſe dare eis *Antverpiam* & *Mechliniam*, ut perpetuo temanerent in dominio Brabantiæ. Item præſentavit eis, quod propriis viribus & expenſis recuperaret eis oppidum de *Grave*, & patriam de *Cuick* cum omnibus, quæ ad ea pertinent, ut Brabantiæ perpetuo connecterentur, & ut certiores eſſent de hoc voluit eis in vadimonium ponere totam terram de *Denremonde*, quo uſque ea, quæ promiſerat, forent expleta. Verumtamen quicquid ille rogavit, quicquid obtulit, quicquid præſentavit, aliud reſponſionis habere non potuit, & ſic nullo peracto negotio ad Franciam remeavit. Sed de hoc Brabantini ſero pœnitentia ducti non immerito doluerunt. Nam uſque hodie *Mechliniam*, *Graven*, & *Cuick* non habent. Utrum unquam habituri ſint Deus novit præſcius futurorum. Iſta omnia percipiens *Wencelaus* rex *Bohemiæ* miſit ſolemnes Nuncios ad Brabantiam, & convenerunt omnes *Lovanium* de hac materia tractaturi. Ubi ipſi Nuncii declaraverunt & in memoriam revocabant, quomodo dudum apud *Trajectum ſuperius* convenerunt *Carolus* Imperator pater ejus, *Wencelaus* Dux cum uxore ſua *Joanna*, & majores natu totius Brabantiæ, ubi diligenter præhabito tractatu fuit unanimiter concluſum, quod ſi prædictam *Joannam* ſine herede contingeret decedere, tunc Brabantia, Lymburgia, & patria ultra Moſam devolvi deberent ad proximum heredem de domo & familia de *Limborch*, cujuſmodi ipſe erat. Petiit ergo quia literæ ſuper hoc erant confectæ, quatenus ipſum pro legitimo ſucceſſore recognoſcerent. At vero illi per omnia reſponderunt eis, ſicut pridem Philippo Burgundioni reſponderant. Et ſic illi reverſi ſunt ad eum, qui miſerat eos. Hæc dum ad aures Ducis

Phi-

Philippi perlata fuiſſent, majori vigilabat cura & ſollicitudine, quomodo filium ſuum in hereditatem Brabantiæ introduceret, ſed cauteloſius & ſubtilius quam prius per internuntios procedens verba habuit cum aliquibus Baronibus patriæ, a quibus dum bonam ſpem accepiſſet, ipſe perſonaliter iterum venit *Bruxellam*, & ibi magnifice ſuſceptus eſt, ut talem decebat Principem. Cum iterum demandati fuiſſent omnes Provinciæ Status, ab eis obtinuit filium ſuum ſuum *Anthonium* in patriæ Tutorem, quamdiu Duxiſſa viveret. Et tunc ſtatim dedit ei *Antverpiam* cum omnibus attinentiis ſuis, ut perenniter ſicut olim Brabantiæ eſſet incorporata. Sed Mechliniam quam prius obtulerat eis non dedit. His ita geſtis gravis infirmitas apprehendit Principem, & valefaciens omnibus fecit ſe poni in baſterna, ut ad propria rediret. Sed antequam uſque Halle perveniret, infirmitas cœpit ingraveſcere, & intrans oppidum in hoſpitium delatus, ubi ſignum cervi poſitum eſt, diem clauſit extremum anno Domini CIↃ.CCCC.IV. XXV. die Aprilis, ubi ingens omnium luctus exortus eſt, & gravis mœror omnes apprehendit. Corpus ejus in *Burgundiam* eſt evectum, ibique in monaſterio Carthuſienſium prope Divionem, quod ipſe nobiliter conſtruxerat, cum magno honore traditum eſt ſepulturæ.

Non diu poſt hæc venit *Antonius* in Brabantiam & receptus eſt in Tutorem. Eodem anno accidit apud *Bruxellam* quendam peccare contra jura eorum, de quo facto civitas voluit correctionem fieri. Sed præcepit domino de *Aſcha* Ammanno eorum, quod in facto nullatenus procedere deberet. Poſt paululum civitas requiſivit ab eo, ut facere non tardaret juſtitiam, vel virgam ſtatim deponeret. Nam eorum privilegia ſic continebant. Qui non auſus dimittere in negotio proceſſit, & ipſo aſſiſtente correctio facta eſt. Sed veritus offenſam Domini Tutoris perrexit ad magiſtrum *Simonem Fremellis*, qui fuit conſiliarius ejus, recenſens eidem, quæcunque fuerant geſta. Qui ſibi conſuluit, quatenus indilate ad ipſum Tutorem pergeret, & de omnibus eum plene informans, quod ſcilicet coactus ex ſolo timore hoc patrarat, animum ejus ſibi conciliaret. Perrexit ergo *Lovanium* ad ipſum, ſed ille ut rem audivit graviter in iram excandeſcens juſſit eum inter *Lovanium* & *Bruxellam* capi, & ad caſtrum de *Gennepen* tranſduci. Quod dum apud *Bruxellam* veſpere jam facto percrebuit tumultus ibi ortus eſt non parvus. Et congregantes ſe Officiales & Conſiliarii civitatis miſerunt extemplo ad do-

domum prædicti magistri Simonis, & jusserunt eum apprehendi, & sic captivum ante ipsos duci, eumque illa nocte sic tenuerunt. Qui mox scripta direxit ad *Anthonium*, qualiter hæc omnia fuerant gesta, adeo quod dominus de *Ascha* a custodia fuit relaxatus, & *Simon* prædictus similiter. Sed vehementer succensus erat, & graviter exacerbatus ipse Tutor contra *Bruxellenses*, quod suum captivaverant Consiliarium. Fecitque castrum de *Vilvorden* fortificari ac vallo muniri, ubi & viros & bellatores posuit, ut exinde *Bruxellenses* impugnaret. Sed bonis viris sequestris pax fuit reformata in hunc modum: Scabini & consules oppidi exierunt humiliter processionaliter sibi obviam usque supra domum leprosorum, qua itur *Vilvordiam* inter *Bruxellam* & *Scarenbeke*, ubi omnes genua flexerunt petentes, ut offensam suam dimitteret eis. Quo facto tradita sunt ei XII. millia aureorum in emendam. Anno Domini CIↃ. CCCC. V. XXIV. die Martii obiit *Margareta* Comitissa Flandriæ relicta *Philippi* Ducis Burgundiæ & mater *Anthonii* prædicti. Interim cœpit hic *Anthonius* a suis subditis multum amari valdeque timeri propter auctoritatem & nobilitatem suam. Anno Domini CIↃ. CCCC. VI. civitas *Aquensis* expetiit amicitiam & favorem ipsius promiseruntque sibi mittere quingentos sagittarios ad *Lymburgiam*, ad *Daelhem*, ad *Rode*, vel ubicunque circa illas partes indigeret, dum ab eo requisiti essent, quos expensis propriis volebant ibi tenere, quamdiu alii milites & homines armorum prope eum consisterent, & ipse vice versa *Aquenses* sicut proprios homines defenderet, & pro eis responderet. Insuper dederunt ei pro munere IV. millia Renensium aureorum. Et sic lætus & alacer ab eis recessit. Anno Domini CIↃ. CCCC. VI. decessit ab hoc seculo cum maximo omnium luctu *Joanna* Duxissa Brabantiæ * prima die Decembris, & apud *Carmelitas* lugubribus exequiis honorifice est tumulata. Hæc nobilis matrona quinquaginta annis & uno post mortem patris patriam rexit, ex quibus XXVIII. vixit cum marito. Post cujus funus XXIII. annos eam strenue gubernavit. Faciebat judicium & justitiam populo suo, & summopere curavit, ne malefacta, scelera, flagitia, & facinora manerent impunita. Præcipue zelabat honestatem mulierum, quas siquis dehonestasset, seu violenter rapuisset, nullo modo hoc mansit impunitum. Nec tamen fuit sæva vel crudelis, sed a suis subditis miro affectu diligebatur. Post cujus mortem congregati sunt tres Status & majores natu in unum, concluſumque & determinatum se velle Anthonium recipere in Do-

* Divæus *lib. 16. hist. in fin. Calendis Decembris Joannæ princeps nostra vivis excessit, cum Ducatum Lotharingiæ, Brabantiæ, ac Limburgiæ quinquaginta & uno annis minus diebus triginta tribus possedisset. Cujus corpus Bruxellæ in Carmelitarum choro conditum est ac penes eam jacet filius Guilelmus, quem ex Guilelmo Comite Hannoniæ & Hollandiæ sublatum infantem amiserat.*

minum & ex Tutore facere Ducem. Quod ita factum est. Erat autem Princeps imperterritus & audax, quem Principes circumcirca vicini ac magni Prælati timebant, eique donaria transmittere curabant, quatenus ejus amicitia & favore potiri mererentur. Fuit autem homo multum humilis, affabilis, & familiaris, & valde jucundus, ac etiam jocosus, religiososque bene viventes dilexit, eisque se gratiosum ac munificum exhibuit, benigne omnibus audientiam dedit, & libenter habuit, quod hi qui ejus ope indigebant, ipsimet omnem facti qualitatem exponerent, ut clarius ac limpide causa cognita eis justitiam faceret. Præterea qui oppressores erant pauperum tempore *Joannæ* Duxissæ, ac ceteros, qui alios soliti erant taxare & angariare, cæsisque pedes vel alia membra detruncare solebant, hos jussit inquiri & secundum factorum suorum qualitatem talione puniri, pedem pro pede, membrum pro membro. Sicque provincias suas purgavit a talibus viris perversis. Nam quamvis prædicta Duxissa multa correxerat per suam providentiam, tamen quia jam ævo matura erat, & decrepitæ ætatis plura evaserunt eam. Anno Domini CIↃ. CCCC. VII. defuncta est conjunx hujus Ducis, & sepulta apud *Vueren*. De quo eventu ipse gravi luctu & dolore saucius fuit. Duo filii ac filia una ex eis processerunt. Filia in annis juvenilibus decessit, *Joannes* & *Philippus* post ejus mortem Brabantiæ Duces fuerunt, & ambo absque prolibus obierunt.

Hanc Cronicam aliquatenus tangit guerra Leodiensis. Ideo sunt hic nonnulla præmittenda ad ejus originem cognoscendam. Anno Domini CIↃ. CCC. LXXXIX. obiit *Arnoldus* de *Hoern*, episcopus *Leodiensis*. Tunc venit Leodium *Albertus* Comes Hollandiæ & Hannoniæ, ac *Wilhelmus* filius ejus, qui dicitur Comes de *Oesterwant*, *Joannesque* junior ejus natus, & alii plurimi nobiles cum eo. Prædictus *Joannes* ibidem in episcopum fuit electus. Sed quia non erat nisi XVII. annorum, vix fuit, ut consecraretur in sacerdotem vel episcopum, ideo Bonifacius, qui tempore schismatis in Roma se pro Papa gerebat cum eo dispensavit anno Domini CIↃ. CCC. XC. Et factum est, quod post quinque annos dierum orta est gravis dissensio inter ipsum & patriam Leodiensem ac etiam Lossensem, in qua fideliter sibi astitit dominus *Henricus* de *Parwys* miles strenuus & nominatus, quod post multum aliter evenit. Posuit ergo electus Curiam Leodiensem in spiritualibus negotiis apud *Diest*. Post quatuor menses hac dissensione sopita rediit Curia in *Leodium* secundum morem antiquum. Postea anno

no Dómini CIↃ.CCC.XCIX. quoniam in *Francia* ſubtractio obedientiæ facta fuerat *Petro* de *Luna*, qui in *Avinione* ſe Papam gerebat, & vocabatur *Benedictus* XIII. miſerunt Rex Franciæ, Univerſitas Pariſienſis, *Joanna* Duxiſſa Brabantiæ, ac Comes *Namurcenſis* apud *Leodium* notabiles viros, inter quos erat Patriarcha *Alexandrinus*, Magiſtrum *Petrum Plei*, Doctorem ſacræ Theologiæ, Magiſtrum *Wilhelmum* de *Brugis* Decanum Lirenſem, Magiſtrum *Joannem Gie* Decanum ſancti Albani in Namurco, & plures alios, & obtinuerunt ibidem, quod etiam fuit ſubtractio facta ſuo Papæ *Bonifacio nono*, quia neuter volebat cedere, ut ſic facilius unio in eccleſiam introduceretur. Anno Domini CIↃ.CCCC. tertio ſurrexerunt in *Leodio* quidam cives partiales, qui ſe nominabant *Hedioten*, & loquebantur mutuo dicentes, quod *Joannes* eorum electus jam ſatis diu tenuerat epiſcopatum ſub nomine electi, modoque adultus habebat triginta annorum tempus, ideo oportere conſecrari, & ſimpliciter volebant quod fieret presbyter & Antiſtes. Ad quod ille reſpondit ſe habere diſpenſationem a Romano Pontifice, nec ad eos ſpectare, ut eum ad quod volebant cogerent, ſed habebat de hoc coram ſuo ſuperiore reſpondere. Ad quod illi reſpondebant, quod illi Papæ, qui diſpenſaverat, jam ſubtraxerant obedientiam, quare de illius diſpenſatione nihil curabant. Et iſti Hedioti obtinuerunt a civitate Leodienſi, quod ipſa etiam obedientiam ſubtraxit Electo prædicto. Tunc ipſe Curiam quantum ad linguam Teutonicam poſuit in *Trajecto*, quantum ad linguam Gallicam locavit eam in civitate *Hoyenſi*. Ex hoc civitas *Leodienſis* amplius commota procurantibus *Hediotis* concordavit de faciendo *Mamburnum* per populum eligendum, qui eos contra prædictum Electum & ſibi adhærentes defenderet. Et eodem anno XII. Julii elegerunt in tutorem ac defenſorem patriæ dominum Henricum de Parwys prædictum. Qui in illo officio tam ſapienter & tam fideliter ſe geſſit, quod in brevi tempore diſturbio illo ſedato & pace reſarcita Curia reducta ad Leodium fuit. Tunc electæ fuerunt ſedecim perſonæ, quæ ſolerter ac diligenter inquirerent, quinam fuerint, per quos hæc diſſenſio fuerat exorta, & ut inquirerent vias ac modos & ordinarent, quomodo electus in ſtatu & honore ſuo maneret, ac civitas *Leodii* pacem & libertatem ſuas retineret, ac de cetero talis diſſenſio non pullularet. Qui ſecedentes in opidum *Tungris* ibi quædam ordinaverunt, quæ ad pacem ſunt patriæ. Dum ergo reverſi fuiſſent *Leodium* hac completa indagine, duo magiſtratus

civitatis, & xvii. alii extiterunt publice proclamati, & oportebat eos egredi, quia tanquam seditiosi fuerunt condemnati & expulsi. Anno Domini cıɔ. cccc. iv. obiit *Bonifacius nonus*, & in ejus locum apud *Romam* successit *Innocentius* vii. Ad quem indilate misit *Joannes* electus apud *Viterbium* Magistrum *Joannem* de *Turnhout* rogans, quatenus diœcesim Leodiensem iterum in gratiam recipere dignaretur. Cui petitioni ipse benigne annuit, de quo Bulla solenniter fuit publicata anno Domini cıɔ. cccc. v. De quo clerus *Leodiensis* gavisus est gaudio magno valde, ut altisona voce clamaverint *Te Deum laudamus*. Sed civitas & populus Leodiensis non lætabatur de hoc, nec contenta fuit. Unde iterum fragor immensus & procella seditionis intonuit, sic quod ipse Electus *Trajectum* eum sua familia fecessit, & Curiam Leodiensem ibidem constituit. Fuerunt autem multi tractatus pro pace ac concordia facienda habiti, sed omnes frustrati sunt.

Tunc anno Domini cıɔ. cccc. vi. die xxvii. Septembris fuit per omnes civitates ordinatum, excepto Trajecto, & oppido sancti Trudonis, ut eligeretur unus tutor & patriæ defensor, miseruntque *Joannem van den Causiden* virum de magistratu Leodiensi, & cum eo Magistrum *Lambertum Gorys* usque *Parwys*, & allocuti sunt dominum *Henricum* dicentes, quod Electus eorum nullatenus volebat sacerdos vel præsul fieri, sed intendebat ducere uxorem, & guerram contra patriam instruere, ac bonos opprimere, & malis afficere, prout alias faciebat. Si autem ipse vellet acquiescere eis, impetrarent a patria, ut ipse Tutor constitueretur, ac senior filius ejus *Theodoricus* episcopatum obtineret. Quod ille penitus execrans detestatus est, asserens se ullo modo hoc non esse facturum, attento quod ipse erat feudarius Electi. Item quia ipse contulerat prædicto filio suo præbendam Canonicalem apud *S. Lambertum*, & fecerat eum Archidiaconum in *Hasbania*. Contra has & alias rationes illi duo multa persuaserunt & proponebant, sed ipse aures obturavit, & tanto periculo committere se nolebat. Tunc illi totaliter contulerunt se ad dominam conjugem ejus, quæ persuasa ab eis, & illa persuadente viro suo, tandem acquievit. Reversus *Joannes* prædictus *Leodium* omnia eis nota fecit, & statim omnes civitates præter *Trajectum* & Sancti *Trudonis Henricum* ipsum in Tutorem ordinantes filium ejus *Theodoricum* pariter in episcopum elegerunt. Tunc pater & filius cum pulchra comitiva *Leodium* venerunt, ubi multum gratiose & cum honore sunt recepti. Leodienses vero & alii relicto *Innocentio*

Pa-

Papa, qui Romæ præsidebat, contulerunt se ad adversarium ejus *Petrum* de *Luna*, *Benedictum* vocatum, *Avenione* residentem, & ille novum eorum episcopum confirmavit. In hoc diro scismate omnes Canonici sancti Lamberti *Joanni* de *Bavaria* adhæserunt excepto uno. Qui timore ducti occulte civitatem sunt egressi, veneruntque in oppidum sancti *Trudonis* ibi commorantes. Similiter alii de clero secundariarum ecclesiarum, nec non xxx. presbyteri parochiarum Leodiensium pro majori parte aufugerunt quasi omnes a *Leodio*, quos novus episcopus privavit suis beneficiis, & aliis ea largitus est. Quamvis autem major pars militum se tenuerunt cum Joanne electo, nonnulli tamen fortissime novo Antistiti adhæserunt. Sic ergo Tutor omnes civitates in sua ditione habebat, exceptis Trajecto, ubi & Electus cum suis morabatur, & dempto oppido sancti Trudonis, ante quod ipse cum forti venit exercitu, & obsedit illud novem diebus. Tunc intranei sui deditionem fecerunt salva vita cum bonis, & adjuncta conditione, quod omnis clerus, qui ad eos confugerat, incolumis & liber exiret, & nihil mali pateretur. Perrexit ergo clerus ad *Namurcum*, ubi & ipse Tutor oppidum est ingressus. Post hæc Duxissa Brabantiæ & Anthonius tutor ejus miserunt ad Canonicos, & omnem clerum, qui exulabant, quatenus audacter & sine ullo pavore, si eis placeret, venirent in Brabantiam, & in civitatibus ejus se tutarentur. Quo illi audito oppido gavisi sunt, & venientes Lovanium ibi usque in finem belli securi quieverunt. Post hæc amici *Joannis* electi subtiliter & cautelose obtinuerunt præsidium de *Bovilloen*. Quod percipiens *Henricus* de *Paruys* venit cum numero, & obsedit illud in manu forti per duos menses anno Domini CIↃ. CCCC. VI. in Novembri. Qui autem intus erant cernentes se viribus impares esse ad tenendum, dedititios se fecerunt & reddiderunt illud salvis bonis & vita. Considerans *Joannes Bavarus* adversarios invalescere, nec se posse resistere eorum violentiæ, requisivit auxilium & solatium ab amicis suis, & ab his qui cognatione & affinitate sibi attinebant, a quibus consolationem & spem bonam recepit. Tunc proposuit anno CIↃ. CCCC. VII. in profesto sancti Michaelis cum his auxiliaribus suis intrare diœcesin suam, & omnem populum reducere ad suam pristinam ditionem, & hoc insinuavit his, qui sibi adjutorium promiserunt. Sed interim evenerunt quidam casus in Francia Regi & Duci Burgundiæ, quod erant præpediti ad prædictum auxilium ferendum. Quare ipse Dux scripsit se manere oportere in Francia,

nec posse occurrere, tempore tamen congruo non tardaret promissum. Eodem anno Leodienses & complices eorum venerunt cum magno exercitu usque prope Trajectum & magna damna fecerunt. Circa hæc quoque tempora *Anthonius* Dux Brabantiæ coadunavit manum militarem valde copiosam ac nobilium cum aliis multis. *Antverpienses* cum Marchionatu de *Ryen* & illi de *Bosco* secuti sunt eum. Aliæ civitates recusabant eum sequi, eo quod nolebat eis dicere, quo vellet ipsos ducere, vel contra quem, quave ex causa. Venerunt autem in auxilium ejus Comes sancti Pauli socer suus, ac *Philippus* Comes Namurcensis frater ipsius junior eum multis valde proceribus, ac pulchro nimis apparatu, cum quibus accessit usque municipium de *Valckenborch*. Postea venit cum eis usque ad leucas duas prope *Trajectum*, ubi dimisit eos, & perrexit usque ad exercitum Leodiensium, & locutus est cum es verba pacifica, non in dolo, rogans eos & contestans, ut dignarentur ad propria redire, & ipse efficaciter ac instanter operam se velle dare, ut tota patria ad pacem & tranquillitatem. Deo dante reduceretur. Ad quod illi assenserunt & ipse ad turmas suas regressus est. Et quia Trajectum eum in Dominum ac Principem suum necdum receperat, misit ad eos legationem, ut se ad adventum suum præpararent, quia ad hoc ut reciperetur ab eis mature esset venturus. Illi responderunt ad hæc quod libenti animo ac voluntario ipsum forent recepturi secundum illam formam & mensuram, ut veniret illuc cum tali societate, quali prædecessores ejus consueverant venire, & ut certos articulos & puncta eis juraret, quos ipsi multum cupiebant, & insuper privilegia, ac jura, & consuetudines, quas ab antiquo consueverunt habere. Exinde orta est quædam discordia inter Ducem & ipsos, nam ipsi quendam articulum pro jure suo nominabant, quem ipse confirmare nolebat. Sed missi sunt ad eos ex Brabantia certi Deputati, qui hanc discordiam ad bonam concordiam reduxerunt. Nona igitur die Octobris venit illuc, & clerus omnis cum processione, crucibus, & vexillis egressi sunt obviam ei, & duxerunt in ecclesiam sancti *Servatii*, ubi sanctas reliquias osculatus est, & juravit de omnibus, quibus est consuetum, sed & ipsi vice versa fidelitatem promiserunt. Sed dum ipse juramenta sua faceret animadverit, quod clericus unum articulum nominavit, de quo inter ipsum & civitatem, dum suos illuc Deputatos misisset, non fuerat concordatum, ob quam causam voluit eum facere capi, sed ille protinus aufugit. Dux vero graviter de hoc com-

commotus ſtatim aſcendit equum, & cum ſuis militibus egreſſus eſt, & venit ad *Valckenburch*, ubi cuneos ſuos dimiſerat. Porro *Reynoldus* Dux Gelriæ ac Juliacenſis audiens tantam multitudinem exercitus circa partes illas congregatam timuit valde, ne propter ipſum hoc fuerat practicatum, ſicut & revera pro magna parte fuit. Nam ipſe poſt mortem fratris ſui *Gulielmi* ſine liberis defuncti homagium non fecerat Franciæ Duxiſſæ, nec *Anthonio* Duci de oppido *Graven* & terra ad ipſum pertinente. Miſit ergo quantocyus Conſiliarios ſuos & notabiles viros ad ipſum, & tractantes de pace convenit inter eos, quod ipſe *Reynoldus* ſolveret ei multa millia Renenſium aureorum, & inſuper quod ipſe veniret in Brabantiam feudum ſuum recepturus ab eo. Tunc miſit Dux Comitem ſancti Pauli in Trajectum, ut ſi quo modo fieri poſſet eos revocaret ad pacem. Qui veniens & ſatis laborans amicitiam & pacem inter Leodienſes & electum nullatenus valuit redintegrare. Tum finaliter ipſe *Anthonius* per ſe ipſum acceſſit illuc, & in tantum laboravit, quod facta fuit treuga ſex hebdomadarum. Poſt hæc licentiavit & remiſit illam multitudinem exercitus, ſed cum nobilibus & militibus & cum Philippo fratre ſuo perrexit ad *Buſcumducis*, & inde acceſſerunt uſque ad *Empel* ſupra *Moſam*. Venit ad illum locum Dux Gelriæ *Reynoldus*, & valde ſolemniter fecit homagium ſibi de terris ſupradictis, & ab invicem cum pace & caritate diſceſſerunt. Poſt iſta reverſus eſt Dux cum fratre ſuo *Bruxellam*, quem per aliquot dies ſecum detinuit in jucundo contubernio, & inde cum gaudio ad propria eſt reverſus. Eodem anno XXIII. Novembris apud Pariſios occiſus eſt *Ludovicus* Dux Aurelianenſis, de qua cæde magnæ calamitates, & miſeriæ, & multæ guerræ per annos plurimos ſunt ſecutæ, & Francia pene deſtructa eſt. Porro treuga, quam Dux *Anthonius* procuraverat apud Leodienſes non fuit obſervata, ſed prævaricata, quod una pars alteri impoſuit. Quapropter *Joannes* de *Bavaria* cum magna armatorum multitudine ingreſſus eſt Trajectum. Venit ergo *Henricus* de *Parwys* cum exercitu magno & valido & obſedit Trajectum ac vallavit in gyro XXIV. die Novembris, & erant ibi per ſex hebdomadas. Sed tunc tanta hyems inhorruit, quod pleriſque in locis præ frigoris aſperitate interierunt homines & jumenta. Incepit in feſto beati Martini, & duravit continue per undecim ſeptimanas. XXVIII. die Januarii confractæ ſunt glacies, quæ gravem jacturam & damnum intulerunt multis in locis in molendinis & in pontibus.

Poſt-

Postquam ergo *Leodienses* domum reversi fuissent, bellum inter utramque partem continuatur, & una alteri & altera illi plurima intulit nocumenta.

Anno Domini CIↃ. CCCC. VII. *Leodienses* & *Lossenses* magnas iterum contraxere copias & castra fortia nimis, & XXX. die Maji denuo accesserunt, & obsidentes in circuitu Trajectum per XVI. hebdomadas ibi permanserunt. Interim vero utraque pars conabatur Ducem Brabantiæ in subsidium sui trahere. Misit ergo *Joannes* electus oratores suos ad eum, qui inter cetera sic affati sunt eum. *Clarum est, quod iste Joannes canonice electus episcopatum intravit. Quare subditorum non intererat eum ejicere sine judicio superioris. Secundo quia diœcesis Leodiensis a principio schismatis adhæserat Papæ in Roma residenti, & ille fuit qui cum eo dispensavit. Ob quam causam non fuit licitum, nec conveniens illum dimittere. Tertio quia Theodoricus antiepiscopus debebat Joannem electum pro domino recognoscere, quia dudum benigne sibi contulerat præbendam ad sanctum Lambertum & Hasbaniæ Archidiaconatum. Quarto, nam Leodienses obsidebant Trajectum, in quo injuriam faciebant non solum electo, sed etiam Duci Brabantiæ, cui pro media parte civitas pertinebat, & etiam cui obsidendo super terram Brabantiæ castra metati sunt.* Pro his omnibus & aliis quam plurimis asserebant eum Joanni electo adhærere debere. Ex parte vero novi episcopi non defuerunt etiam Oratores, qui inter reliqua sic allegabant. *Primo quod nullæ ratione congruum erat aliquem talem & tantum episcopatum tenere, nisi sacerdos & episcopus esset. Secundo quia licet Romanus Pontifex dispensasset, hoc tamen non fecit patria Leodiensis. Nam ipse Joannes tunc non habebat nisi tria lustra annorum duobus annis adjunctis, sperans quod episcopus vellet fieri, dum ad adultam pervenisset ætatem, ad quam quia jam pervenerat, ipsi humiliter ab eo requisierant, ut fieret prius sacerdos, postea episcopus, ad quod ipse se non præparavit jam satis diu exspectatus. Tertio quia hæc ipsa sufficienter Papæ Romæ residenti & copiose insinuaverunt, nec ab eo judicium sibi fieri potuerunt impetrare, ideo coacti sunt ad Papam Avinione residentem habere recursum. Ergo in isto articulo Anthonius Dux considerare deberet, quod Francia & Brabantia isti Papæ Avinionensi adhæserant multis annis; Ideo Duci Brabantiæ non intulerunt dedecus aliquod, imo magnum impenderunt honorem ad eundem Papam recurrendo.* Ex his & quam plurimis aliis concluserunt & decens & congruum fore, ut novo episcopo adhæreret. Nam & *Henricus* pater ejus erat Brabantigena, & multa servitia ac labores eidem patriæ fuerat impertitus.

tus. His utrimque Dux auditis rationibus in ancipiti bivio positus erat, utri parti adhærere deberet. Nam & multa donaria sibi ab utraque parte præsentabantur. Hinc enim pensabat, quod *Henricus* de *Parwys* subditus suus & vasallus erat, illinc considerabat, quod frater suus *Joannes* Dux *Burgundiæ* sororem *Joannis* electi habebat in uxorem, & sæpenumero eidem sororio suo scripserat, quod auxilium ei sine fallo impenderet proponebat. Inter hæc duo constrictus elegit tutiorem evadendi pericula viam, ut scilicet staret neutralis, & sic in sua pace manèret, donec perciperet, an frater suus *Joannes* Dux Burgundiæ veniret in auxilium fororii sui. Etiam quievit ob hoc, ne propter donaria sibi oblata unam partem fulciret, & sic de avaritia notatus poneret maculam in fama sua, & amicitiam alterius partis propter munera violaret. Igitur prædictus Dux Burgundiæ, *Wilhelmus* Comes Hollandiæ, Zelandiæ, ac Hannoniæ, & Comes Namurcensis, magnum congregantes exercitum militarium ac nobilium de diversis partibus, de *Burgundia*, de *Flandria*, *Picardia*, *Hannonia*, & de *Francia*, simulque in *Hannonia* congregati cum valida manu pugnatorum in patriam Leodiensium venerunt causa obsidionis amovendæ a Trajecto, & per *Hasbaniam* villas incendio vastantes & destruentes. Quod audientes *Leodienses* exercitus, qui obsedit Trajectum recessit inde, proponens alia die animo imperterrito obviam ire suis hostibus in *Hasbania*. Hoc percepto *Anthonius* præparavit se cum magno apparatu & ad fratrem suum properavit. At vero *Leodienses* nullam moram facere volentes in festo sanctæ Teclæ, quæ fuit dies Dominica, in campum egressi sunt. Tunc *Henricus* de *Parwys* eorum Capitaneus multo precatu rogavit eos, quatenus diei Dominicæ reverentiam exhiberent, & usque in diem aliam consulto differrent. Quod ipsi nullo modo facere voluerunt. Secundo supplicavit, ut saltem modicum temporis exspectarent, donec *Tungrenses*, & alii qui adhuc erant, convenirent. At illi indignantes fortiter exclamaverunt, *Non*, *Non*, addentes, quod eos sine mora ad prælium educeret, aut ipsi eum statim perimerent. Tunc jussit inquiri an vexillum Ducis Brabantiæ in alio exercitu emineret, proponens firmiter in animo suo, quod si idem Dux præsens adesset, nullatenus contra verum suum Dominum pugnare vellet, etiamsi sui eum interficerent. Ut vero comperit eum non adesse ait, *Ex quo ita oportet fieri, experiar fortunam meam vobiscum, sive prospera fuerit, sive adversa.* Exiens vero cum filio suo ac

civitate Leodienſi cum illis de *Hoyo* ſummo mane perrexerunt verſus villam *Othey* in *Hasbania*. Et cum appropinquaſſent apparuerunt eis vexilla exercitus prænominatorum Principum. Inito ergo certamine *Leodienſes* in initio conflictus multum animoſe & viriliter pugnaverunt, ſed ſubito per turmas adverſariorum innumerabiles ſagittas & lanceas in eos mittentes undique fuerunt circumdati & circumventi, ita ut plures eorum per preſſuram invicem ſuffocati fuerint. Quare breviter *Leodienſes* in hoc conflictu ſuccubuere antedictis dominis triumphantibus de eiſdem quaſi totaliter interemptis vel captis, perpaucis evadentibus. Ibi etiam cecidit nobilis *Henricus* de *Parwys* cum epiſcopo filio ſuo. His ita geſtis miſerunt Principes ſæpedicti dominum *Joannem* de *Jeumont* militem cum multa manu armatorum Leodium, qui omnes & ſingulos Canonicos & presbyteros intonſos, nec non viros atque fœminas comprehenſos ad pontem arcuum adducit, & perplurimos in gurgitem Moſæ fluminis projectos vindictam magnam in patria de auctoribus rebellionis fecit. Dux igitur Burgundiæ ac ceteri Principes deduxerunt *Joannem* electum in *Leodium*, eumque in ſede propria reſtituerunt, ac plenum dominium civitatis totiuſque patriæ renovarunt eidem, taxantes patriam ad ſummam ducentarum & viginti millium Coronarum. Etiam juſſu eorundem Principum omnes literæ, cartæ, privilegia, inſtrumenta, regiſtra, & munimenta ſuper franciſiis & libertatibus civitatis *Leodienſis*, ac oppidorum, quibus miniſteriales uti conſueverant, fuerunt eiſdem Principibus in earum forma tranſmiſſa ad ordinandum diſponendumque de ipſis ad eorum libitum voluntatis. Deinde fuerunt combuſta omnia vexilla miniſteriorum Leodienſium, & renunciaverunt franciſiis, libertatibus, & privilegiis priſtinis, ac tandem ad ſua propria remeaverunt. Acta fuit hæc ſtrages anno Domini CIↃ.CCCC.XIII. in feſto ſanctæ *Tectæ*, quæ tunc *Dominica* fuit. Confecto vero bello *Anthonius* prædictus Dux fuit in itinere, ut ad prælium occurreret, ſed ipſi apud oppidum *Thenis* exeunti certi venerunt rumores de his omnibus. Et conſternatus eſt animo hæc tam præpropere geſta fuiſſe ſeque non affuiſſe. Præcipue vero doluit ſuper morte *Henrici* de *Parwys*, quem ſincere dilexit in veritate.

Poſt aliquantum temporis emenſum prædictus *Anthonius* poſt luctum primæ conjugis ſuæ conſolatione recepta cogitare cœpit aliam ſe velle ducere in matrimonium legale, & conſilio cum ſuis habito miſit ſolemnem valde Ambaciatum ad *Wencelaum* Regem

gem *Bohemiæ*, ut mitteret ei neptem ipſius, dominam *Elizabeth* filiam *Joannis* Ducis de *Gorlitz*, qui fuerat frater prædicti Regis, ac etiam *Sigiſmundi* Hungariæ Regis, nam volebat eam legitimo ſibi matrimonio copulare. Qui per omnia precibus ejus acquieſcens miſit eam multum honorifice, tradito ei Ducatu Lucemburgenſi cum ceteris aliis Dominiis. Quæ cum ſtatu & ſolemni comitatu deducta eſt in Brabantiam, celebratiſque nuptiis in *Bruxella* cum miro valde apparatu & magnificis expenſis facta eſt ei uxor. Natus eſt autem eis filius, qui ſolemniter baptizatus eſt *Bruxellæ* in eccleſia ſanctæ *Gudelæ*. Cujus patrini [1] erant *Wilhelmus* Comes Hollandiæ, & frater ejus *Joannes* electus *Leodienſis*. Qui Renatus in fontis lavacro vocatus eſt. Sed immatura morte in annis infantilibus de hac vita ſublatus eſt non ſine multorum dolore, & apud Carmelitas ſepultus ibidem ad tumbam dominæ *Joannæ* quondam Duxiſſæ. Interea *Anthonius* Dux cœpit apud ſe tractare, quomodo *Joanna* prædicta quondam nupta fuit *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ ſororio ſuo, qui contra Friſones pugnando vivendi finem fecit, & poſt mortem ejus pecunias viduitatis ſuæ non acceperat, quæ vulgariter dicuntur *duwarie*. Ob quam cauſam ſcripſit *Wilhelmo* Comiti Hollandiæ ſororio ſuo ſuper hac re petens ſibi tanquam ſucceſſori ipſius Duxiſſæ hæc damna reſarciri. Tandem poſt multos tractatus inde habitos ambo compromiſerunt in *Joannem* Ducem *Burgundiæ*. Qui Inſulis arbitrium ſuum promulgavit de hoc, ſcilicet quod *Wilhelmus* Comes ſolveret *Anthonio* ſeptuaginta centena ſeutorum antiquorum. Quod ille benigne & liberaliter complevit, & pax inter eos illibata permanſit. Inſuper quoniam ipſe *Anthonius* prædicto ſororio ſuo promiſit auxilium ſe præbiturum ei contra Ducem *Gelriæ*, & dominum de *Arckel*, & contra auxiliatores eorum, ipſe *Guilhelmus* dedit ei viginti quatuor millia Coronarum Franciæ. Acta ſunt hæc anno Domini CIↃ. CCC. IX.

Eodem anno in Februario fuerunt inundationes aquarum in tan-

1. Miſere & urbes legationes frequentiſſimas, qui baptiſmo infantis intereſſent. Refert aliquot Divæus *lib.* 17. Peperiſſe idem Duciſſam ait anno 1410. menſis Junii die XI. quæ ſuperiori anno menſe Junio Lovanium venerat, deducentibus Engelberto Naſſovio domino de Breda, & epiſcopo Catalaunenſi miſſis ei a Duce obviam. *Anni proximi*, inquit, *menſe Junio ſponſa Lovaniam venit donata ab Senatu urbis argenteis aliquot amphoris, tribus vini vaſis, & pannis aliquot Lovanienſibus. Inde Bruxellam profecta* XVII. *Cal. Auguſt. Duci conjuncta eſt*

tanta copia in patria Leodienſi, quales antea nunquam fuerunt viſæ, ita quod Moſa veniebat uſque ad introitum eccleſiæ Leodienſis. Quapropter pons archarum lapideus fuerat totaliter everſus, & quamplurima ædificia per aquas deſtructa. Anno ſequenti obiit *Rupertus* de *Bavaria*, Dux *Helsbergiæ*, & Rex Romanorum. Pro quo ſciendum, quod anno Domini CIↃ. CCC. XCIX. electores Imperii *Wencelaum* Regem *Bohemiæ* ac Romanorum, qui *Carolo* IV. patri ſuo in imperio ſucceſſerat, ab imperiali dignitate depoſuerunt, & prædictum *Rupertum* elegerunt. Qui mox venit *Aquiſgranum*, ubi primam imperii accepit coronam, & exinde iter ſuum ordinavit verſus Romam, ut ibidem aliud diadema ſuſciperet. Sed dum veniſſet ad civitatem Mantuanam Dux *Mediolani* ſibi reſtitit, & fecit eum unde venerat reverti, quia ipſe & plures alii domini de Italia magis regi *Bohemiæ* favebant. Sic etiam Rex Franciæ & pars ejuſdem regni fecerunt. Sic ergo ſtante ſciſmate in eccleſia ſancta Dei inter duos Summos Pontifices ſurrexerat aliud ſciſma inter duos Cæſares, quia Rex *Bohemiæ* adhuc ſe regem Romanorum ſcribebat. Cum ergo, ut prædictum eſt, *Rupertus* Romanorum rex ab hac vita migraſſet, electores Imperii in unum collecti concordes non fuerunt. Nam pars una elegit *Sigiſmundum* regem Hungariæ fratrem regis Bohemiæ, ex uno patre, ſed non ex una matre, alia pars elegit *Judocum* Marchionem de *Brandenburch* & de *Moravia* patruum utriuſque. Quod ſciſma per annum ſtetit. Poſt annum mortuus eſt Marchio prædictus. Et tunc electores Imperii iterum congregati ipſum *Sigiſmundum* unanimiter elegerunt.

Anno eodem videlicet CIↃ. CCCC. X. orta eſt iterum gravis ſimultas inter *Antverpiam* & *Mechliniam* propter ſorum piſcium, ſalis, & avenæ. Dux Burgundiæ favit *Mechliniæ*, Dux *Anthonius Antverpiæ*. Pro hac diſſenſione inter duos fratres ſopienda plures tractatus habiti fuerunt, ſed optato effectu carebant. Tunc *Bruxellenſes* & *Lovanienſes* ex magna charitate & benigno favore acceperunt onus, multos labores & ſumptus impenderunt, ut hoc diſturbium placarent. Sed quia utraque pars aſſerebat ſe literas bonas & ſigillatas habere pro ſuo jure, fuerunt deputati gnari viri ac ſapientes, qui utrimque literas ipſas examinarent, ut ad bonum medium factum deduceretur. Hi dum veniſſent *Mechliniam*, oſtenderunt eis literas bene ſigillatas, ſed non permittebant eas legere, niſi unam clauſulam, quam eis monſtrabant, nec ullo modo ipſi Deputati impetrare poterant, ut totum

tum literarum tenorem visitarent. Quamobrem inde recedentes venerunt *Antverpiam*, ubi eis literæ Imperiales & etiam aliæ fuerunt ostensæ, quas a principio usque ad finem eis legere permiserunt. Sed quia aliorum literas ex integro non inspexerant, nullum de hoc ratum judicium dare volebant, quoniam ratum judicium prævium causæ cognitionem requirit. *Mechlinienses* & *Antverpienses* ergo negotium diligenter prosequuntur, quilibet apud Principem suum, sic quod ipsi ambo satis dure & solerter se intromiserunt. Et cum in unum convenissent hi duo germani fratres, dixit Dux Burgundiæ ad *Anthonium* se illis non regratiari, qui sibi talia suadebant, addens quod vera amicitia ejus foret sibi multo gratior, quam illorum suadela, qui hujusmodi consilia sibi inspirabant. Ad quod sine divisione allqua in continenti Dux Anthonius respondit: *Frater scio & recognosco te esse seniorem fratrem meum, & quemcunque honorem ex hoc tibi debeo, & tempore in omni exhibebo tibi, dum tamen nullam mihi irroges injuriam. Nam ego tanquam Brabantiæ Dux ullo modo non sustinebo, quod limites meos decurtabis, cum e contrario debeas mihi assistere, ut eos integre queam retinere. Et qui contrarium tibi suaderet nec sane nec bene esset deliberatus.* Sic ab invicem discesserunt. Et mox Dux Joannes instituit Capitaneum Mechliniæ dominum Rolandum de Uytkercke, *Anthonius* vero Dux posuit Capitaneum in Antverpia dominum *Henricum* de *Lec* militem strenuum ac probum. Insuper fecit fieri vallum unum, quod vulgariter dicitur *Blochuys* apud *Boene* prope *Reumst* super fluvium, cujus Rectorem ordinavit dominum *Arnoldum* de *Sevenbergen*, qui erat Scultetus *Antverpiæ*, sic quod navigia nulla transire poterant versus *Mechliniam*, nec inde aliorsum se transferre. Ista simultas ita duravit, usque dum ipse Dux *Anthonius* de *Lucemburgia* in Brabantiam rediit, quia tunc districte valde inhibuit, ut nullus ex Brabantia aliqua bona seu victualia Mechlinienſibus aut pretio aut prece aliquo modo ministraret. Et ita isto præcepto stante Mechlinienses valde coarctati prosequebantur apud Ducem *Joannem*, ut negotium ad dietam amicabilem perducere vellet, & ita factum est, quæ etiam posita fuit *Antverpiæ*. Ad istam dietam venerunt ambo Duces fratres cum multis nobilibus, & præcipue affuit Comes sancti Pauli, qui etiam pro tunc erat Connestabularius Franciæ. Ubi etiam negotium ad hoc deductum fuit, ut *Lovanienses* & *Bruxellenses* quantum de sale, prout placeret, sursum & deorsum per *Diliam* & *Zennam* illud absque contradictione veherent, sicut faciebant

temporibus illis, quando amborum Ducum pater *Philippus* Dux Burgundiæ vivebat & obiit. Insuper fuerunt ibidem ordinati certi Commissarii ab utraque parte, qui Lovanienſium, Bruxellenſium, Antverpienſium, & Mechlinienſium visitarent literas ac privilegia, quas & quæ se asserebant habere. Et ita præfati Duces fratres cum pace amicabiliter ab invicem discesserunt.

Anno sequenti hoc est CIↃ.CCCC.XI. perrexit *Anthonius* Dux cum sua uxore *Elisabeth* versus terram Lucemburgenſem, ut illic prout sibi in conventione matrimoniali promissum fuit in Ducem & Dominum reciperetur. Et postquam illuc pervenit, honorifice a Prælatis & nobilibus, & fere in omnibus oppidis & villis receptus fuit. Sed dominus *Huardus* de *Eltere*, qui illic Capitaneus ex parte Regis *Bohemiæ* constitutus fuerat, cum suis complicibus & adjutoribus, qui etiam non modicum potentes erant, eidem Duci fidem & homagium facere recusavit. Propter quod ipse Dux castrum de *Eltere* valide obsedit, graves & magnos insultus committendo, adeo quod dominus *Huardus* nimium territus clanculo nuncios miserit ad Ducem Aurelianenſem, ut sibi subveniret, & inducias procuraret, quia præfatus Dux Aurelianenſis impignoraverat a Marchione Brandenburgenſi tria castra, scilicet *Damvillia*, *Mommedy*, & *Orchimont*, de quibus prædictis castris dominus *Huardus* fuerat Capitaneus constitutus. Et iste est *Carolus* juvenis Dux Aurelianenſis, cujus pater occisus fuerat, ut prædictum est, quem genuit ex filia Ducis Mediolanenſis, & occasione istius Dux Aurelianenſis scribit se Ducem Mediolanenſem. Et sic Dux Aurelianenſis misit ei Capitaneum unum Dominum *Clingetum* de *Borbonio* cum potestate magna Francorum, qui omnes capti & interfecti fuerunt in aurora diei a Duce *Anthonio* ante castrum *Mommedy*, dempto domino *Clingeto*, qui causa audiendi missam castrum ascenderat, & sic evasit. Quo audito dominus *Huwardus* iniit cum Duce *Anthonio* pactum & tractatum pacis hac conditione, quod dominus *Huwardus* prædicta castra custodiret, quo usque nunciaret Regi Bohemiæ & Duci Aurelianenſi, & si ita contingeret, quod prædicta castra infra spatium sex hebdomadarum in deditionem non acciperent, & eisdem providerent, ipse ea redderet in manus Ducis *Anthonii*, ut his perfrueretur, donec pax firma inter eos perseveraret. Et sic soluta obsidione Dux *Anthonius* in Brabantiam rediit, ubi & aliquantisper moratus est. Non multum post temporis ipse Dux *Anthonius* rursus cum magno exercitu in terram Lucemburgenſem ivit, & ob-

obsedit *Eltere*, & omnia castra, exspectando siquis eis subveniret. Sed nemo venit, imo venerunt literæ a prædicto Rege *Sigismundo* mandantes, ut præfata castra Duci redderentur, & sic duo castra dederunt se in manus Ducis *Anthonii*. Dominus tamen *Huardus* & multi de suis complicibus noluerunt facere homagium aut fidelitatem promittere, sicut eis prædictus Rex Romanorum sæpius scripto præceperat. Quare Dux iratus multa castra sibi contraria per totam patriam obsedit, & obtinuit, quorum nonnulla funditus destruxit, & sic fere omnem terram Luxenburgensem sicut victoriosus suæ obedientiæ subegit. Iste Dux fuit valde animosus & sagax in armis, & sicut invictissimus miles populum suum amavit, semper inter primos existens, nec sibi timens quamcunque sagittam aut bellum, sed sicut leo fuit inimicis suis terribilis, victis tamen gratiam & misericordiam poscentibus valde pius. Non multum post hæc *Sigismundus* Rex *Hungariæ* & *Bohemiæ* venit ad urbem *Aquensem* cum decem millibus equorum, ubi in Regem Romanorum fuit coronatus, ubi & Dux Brabantiæ *Anthonius* fuit demandatus, & ad hoc præparatus est profectus usque Leuwis, sed consilio aliquorum persuasum habuit urbem Aquensem non accedere. Quare Rex non modicum offensus profectus est *Coloniam*, & inde ad Concilium Constantiense. In illo tempore multum laborarunt oppida *Lovaniense*, *Bruxellense*, & *Antverpiense* obtinere gratiam Dno *Thomæ* domino de *Diest*, cui diu Dux offensus fuerat, eo quod ipse dominus de *Diest* & sui receptores plus vellent recipere de redditibus Domini quam priscis temporibus, antiquum videlicet grossum altius appretiando quam ipsemet Dux de suis tributis receperat, Teuthonice *Tryse*. Et quia dominus *Thomas* prædictus & sui recep- *Excyse.*
tores noluerunt super hoc informari, idcirco villa de *Diest* querelas deposuit coram Duce tanquam Domino superiori & suo Concilio, ita ut ipse Dux præciperet domino de *Diest*, ne plus reciperet pro antiquo grosso quam ipsemet Dux secundum ordinationem patriæ. Post hæc contigit quod dominus de *Diest* demandaret Scabinos oppidi de *Diest* convenire ad domum civium, inter quos fuit unus Scabinus vir bonus & venerandus, fautor magnus Communitatis, nomine *Henricus Poppe*, qui multas deposuerat querelas coram Duce contra Dominum de *Diest* ob causam supra narratam. Iste cum iret versus domum civium in via interfectus est. Quo audito Dux valde iratus est. Etiam intimatum est Duci, quomodo dominus de *Diest* emerat Sichenem a

do-

domino de *Scoenvorſt*, qui patruus fuerat Domini de *Montjou*, qui jure ei ſuccedere habebat. Et iſte dominus de *Montjou* erat Theſaurarius Ducis *Anthonii*. Occaſione hujus cepit Dux *Dieſt* & *Sichenem* in ſuam poteſtatem, & ordinavit illic Capitaneum alium fideliſſimum Duci, nomine dominum *Joannem* de *Swaeff*, & etiam ordinavit ibi alium Scultetum nomine *Egidium* de *Monte*, & Scabinos & magiſtros reddituum mutavit ſecundum ſuum beneplacitum. Dominus vero de *Dieſt* ſolum retinuit caſtrum de *Sichenem*, perpendemſque ſe eſſe in offenſione Ducis coadunavit ſe cum oppidis *Lovanienſi*, *Bruxellenſi*, & *Antverpienſi* ipſis ſupplicando, quatenus ſibi apud Ducem pacem procurarent, & ipſe ſe tenuit Lovanii tanquam civem ejuſdem oppidi, excuſando ſe multum de homicidio prædicto commiſſo, quia dixit ſe nunquam hoc juſſiſſe fieri. Pacem tamen a Duce aliquo modo obtinere non potuit, niſi tandem in eo ſua fidelitate reperta, ut ſtatim inferius patebit. Audiens autem præfatus rex Romanorum & Hungariæ diſcordiam eſſe inter Ducem *Anthonium* & prædictum dominum de *Dieſt* miſit in Brabantiam epiſcopum Argentinum fratrem domini de *Dieſt* ad Ducem *Anthonium* pro pace facienda. Et ſi fratrem ſuum non valeret cum Duce pacificare, hinc peteret ſibi caſtrum de *Sichenem* aperiri pro introitu in Brabantiam obtinendo, cum ſibi placeret, & dominus de *Dieſt* tanquam fidelis ita reſpondit: Noſtri prædeceſſoret domini de *Dieſt* ſemper Duci & patriæ fideliſſimi exſtiterunt, & potius volo perdere bona & hereditates meas quam honorem, nec propter illa unquam ero Domino meo aut patriæ infidelis. Quibus auditis frater ejus receſſit ab eo. Et hac mira fidelitate mediante ipſe dominus de *Dieſt* reconciliatus eſt Duci. Interventu tamen oppidorum & patriæ Baronum nihilominus oportuit eum dare VII. millia Coronarum. Tunc Dux compoſuit inter dominum de *Dieſt* & ipſum oppidum tractatum pacis, præſtito utrimque juramento firmiter illam ſtabiliri & obſervari. Poſt hæc percipiens *Anthonius* Dux *Sigiſmundum* Regem Romanorum eſſe in *Almania* in Concilio *Conſtantienſi* pro ſciſmate dirimendo, quod jam multis annis in eccleſia ſancta duraverat, miſit illuc notabilem *Legatum* ſive *Nuncium* ſperans ſic cum Rege convenire de controverſia habita inter ſe & dominum Huwardum. Et fuerunt ibi aliquæ locutiones factæ quibuſdam dominis Curiæ Regis prætendentibus excuſationem Ducis *Anthonii* erga Regem. Quod & fecerunt, ita ut ejus Nuncius amicabiliter fuerit receptus. Et

Rex

Rex respondit eis ad requisita, sed res ait non est dirimenda per nuncios, neque per literas, sed si ipsi ambo convenirent in unum, de facili concordarentur. Sic petiit ipse Rex demandando Duci, ut ipse veniret in *Sabaudiam*, quo & ipse Rex intendebat breviter proficisci, ubi etiam esse debebat Joannes Dux *Burgundiæ* frater ejus, & Comes Sabaudiæ sororius eorum sive affinis.

Hæc acta sunt anno Domini CIↃ.CCCC.XV. feria sexta post Pascha. Post hoc XII. Junii misit Dux *Anthonius* alterum solemnem Ambassiatum seu Nuncium ad regem Romanorum Sigismundum tum existentem ad Narbonensem civitatem, quorum unus erat dominus de *Heynsberch*. Fuerunt autem Ambassiatores sive Nuncii prædicti a Rege amicabiliter recepti, excusantes dominum suum Ducem, quod ipse pro tunc nullo modo regiam posset adire majestatem, eo quod Rex Angliæ intenderet transire mare versus Franciam, idcirco necessario haberet adhibere custodiam in Picardia, villis, & castris, & fortalitiis, quæ jure hereditario devenerant suis filiis ab avo eorum Comite sancti Pauli supra dicto, & jam defuncto. Et postea petiit a Rege sibi tempus & locum designari, ubi suam regiam majestatem adiret, & sua feudalia relevaret, homagium etiam de cunctis se concernentibus faceret. Tunc Rex optavit, quatenus ipse Dux personaliter eum accederet dicens: *Cum in unum venerimus, bene quidem concordabimur: Et ut post eum a Parisiis in Sabaudiam veniret, quia illic intenderet profriciſci.* Sed tunc Legatus Papæ scilicet *Petri* de *Luna*, quem vocaverunt *Benedictum*, venit de *Avinione*, cum quo convenit Rex ire *Perpinianum* ad eundem Papam, scilicet *Petrum* de *Luna*, & ad regem *Arragoniæ* pro concordia & unione in ecclesia facienda. Tunc Rex dixit Nunciis Ducis *Anthonii: Postquam hic expeditus fuero adjuvante Duce domino vestro pacem conabor facere inter Reges Franciæ & Angliæ, & sic redire Parisios.* Et quia nova venerunt ad *Sigismundum* Regem Anglicos Herflem cepisse, & ante Rotomagum suam obsidionem parasse, idcirco voluit Legatos suos mittere ad Reges Franciæ & Angliæ pro treugis faciendis. His Dux *Anthonius* a Legatis prædictis auditis statim concluſit se accedere velle regem *Sigismundum* cum trecentis equis aut pluribus, prout decet Ducem Brabantiæ, & sic misit festinanter *Martinum* Nuncium suum ad Regem *Perpinianum* postulans in literis locum & tempus ad accedendum Regem. Sed proh dolor priusquam Rex Nuncium expedire valuit

ob alias cauſas, quas præ manibus habebat, nova venerunt ſibi, quod Franci ſuis cum coadjutoribus, quorum unus *Anthonius* Dux fuerat ex una parte, & *Henricus* Rex *Angliæ* cum ſuis Anglicis ex alia parte, bellum commiſiſſent, & quod Dux *Anthonius* cum ſuo juniore fratre *Philippo* Comite Nivernenſi occubuiſſent. Unde ipſe Rex multum doluit. Ad hoc bellum Dux *Anthonius* breviter ante a Franciæ Principibus fuit requiſitus venire, quod recuſare noluit, eo quod Coronæ tam propinquus erat. Etiam *Philippus* Dux Burgundiæ pater ſuus, dum adhuc viveret, præcepit ſibi & duobus fratribus ejus, ut nunquam a Corona recederent. In iſto bello habuerunt Franci decem bellatores contra unum Anglicum, cum tamen nec Rex nec Delphinus ibi fuiſſent. Et Franci propter ſuam ſuperbiam & arrogantiam ſuccubuerunt, quia poſtquam *Henricus* Rex Angliæ vidit potentiam Francorum præſentavit ſe reddere velle omnia caſtra & civitates, quæ obtinuerat, & in Angliam reverti nulla inferendo damna. Sed Franciæ Principes hoc nullo modo facere voluerunt, ſed unanimiter habere voluerunt captivum *Henricum* Regem cum omnibus ſuis nobilibus, & ſic incepit bellum ut patebit. Poſtquam id Anglici audierunt prociderunt in genibus humiliter Deo ſe committentes. Deinde ordinaverunt in prima acie omnes ſuos ſagittarios. Franci vero animoſitate ducti fecerunt ſuos ſagittarios, & baliſtarios, & reliquos pugnatores communes extra aciem ſecedere, volentes præfati nobiles Anglicanum Regem cum omnibus ſuis copiis impugnare. Et ita hæ duæ acies cœperunt ſibi appropinquare. Ordinatio Francorum ſic fuit, ut dominus *Clingetus* de *Bourbon* cum mille ducentis equis mitteretur, ut interrumperet aut divideret aciem Anglicanam, ſed tanta fuit illi reſiſtentia, quod ſuum non valuit implere propoſitum. Verumtamen ipſe cum ſuis gyrando Anglorum exercitum pervenit retro ſpoliando & rapiendo cuncta Regis clenodia & ſupellectilem. Et interea illi duo exercitus inter ſe mixti, ubi terribiliter valde pugnatum eſt, ſed ſagittarii Anglicani viriliter Francis obſtiterunt ſibi mutuo fortiter adhærentes, ita quod Franci plus amitterent quam prævalerent, ſic quod demum fugere cœperunt. Erat autem *Anthonius* Dux demandatus cum magna feſtinantia ex Brabantia. Nam ipſo miſſam audiente apud *Parwys* Nuncius venit ad eum dicens, quod ante prandium committeretur bellum. Quod audiens non diutius exſpectavit quam reciperet primam benedictionem miſſæ, & ſic equum aſcendit abſque ulla ordinatione cum magna feſtinantia,

tia, & cum parva comitiva, quia plurima pars ſuorum nobilium, qui eum ſequebantur, nec dum venerat. Adeo etiam feſtine res agebatur, ut nec ſua arma nec vexilla tempeſtive habuerit, ſed nocte ac die equitando armatus Camerarii ſui armis proceſſit viriliter in prælium clamando *Brabantia, Brabantia.* Sed heu! poſtquam aliquamdiu iſte animoſus Dux pugnaſſet, Franci terga verterunt, & multi capti fuerunt, inter quos etiam *Anthonius* captus. Poſt iſtum venit prædictus dominus *Clingetus*, qui ut dictum eſt Regis *Henrici* clenodia rapuerat, non quidem ut pugnaret, ſed ut prædicta clenodia in ſuum transferret præſidium, ſed Anglici putantes Francos rurſus congregatos, ad pugnandum, ideo præcepto Regis interfecerunt omnes ſuos captivos, ne eis forent impedimento cum pugnare deberent. Et ita proh dolor! tam multi nobiles fuerunt jugulati. Quod minime factum fuiſſet, ſi illo dominus *Clingetus* non veniſſet. Inter quos etiam nobilis ille Dux *Anthonius* fuit interfectus, cujus animæ Deus miſereri dignetur.

Hoc prælium contigit prope *Blangys* anno Domini CIↃ. CCCC. XV. ipſo die ſanctorum *Criſpini* & *Criſpiniani*, qui fuit ſexta feria. Etſi vero Anglici ſortiti ſint hic victoriam nihilominus tamen multi ſuorum nobilium & aliorum ibi interfecti ſunt, utpote Dux de Jorke, Comes de *Arondel*, & alii magni Principes & nobiles. Ex parte etiam Francorum interfecti ſunt *Anthonius* Dux Brabantiæ, Dux de *Barry*, Dux de *Alenſon*, Comes *Nivernenſis* frater junior Ducis *Anthonii*. Sed & ibi capti fuerunt Dux *Aurelianenſis*, & Dux *Borbonia*, & multi alii Principes ac nobiles ibi aut capti aut interfecti ſunt, ita ut flos nobilitatis regni Franciæ ibi peſſundaretur. Etiam multi alii ex Picardia & Hannonia, & qui cum Duce *Anthonio* ex *Brabantia* advenerant, illic interfecti fuerunt, inter quos duo germani de *Liedekercke* pulcherrimi milites, dominus Ingelbertus de Kerſtegate, qui poſt triduum inter mortuos inventus eſt, ſed in brevi obiit, dominus *Joannes* de *Fonteynes*, dominus *Theodoricus* de *Heetvelde*, & alii multi. Captivi etiam remanſerunt Dominus de *Rotſelaer*, Dominus *Cornelius* de *Liedekercke*, *Joannes* de *Glymes*, dominus *Nicolaus* de *ſancto Gangerno*, & multi alii. Dominus vero de *Aſcha* ſolus evaſit illæſus & indempnis, de quo aliqui dixerunt, quod in bello non fuiſſet. Peracto prælio & remotis interfectis jam ſpoliatis tertia die hoc eſt in Dominica die inventum eſt corpus Ducis *Anthonii*, & eſt portatum ad ſanctum Paulum, deinde *Tornacum*,

& Tornacenſes proceſſionaliter eidem occurrerunt, epiſcopo cum univerſo clero corpus venerabiliter deducente, omnium etiam eccleſarum Tornacenſium campanis pulſantibus. Deinde portatum eſt *Hallis* & conſequenter *Bruxellæ* in eccleſia ſanctæ *Gudelæ* virginis, ubi vigiliæ cum multis tam ſpiritualium quam ſecularium lachrymis celebratæ fuerunt. Ibi etiam corpus ejus a tribus Statibus patriæ viſitatum eſt. Deinde deportatum eſt *Furnam*, ubi ſimiliter exequæ ſuæ decentiſſime factæ ſunt, & ibidem ſepultus eſt apud primam ſuam uxorem dominam *Joannam* de *ſancto Paulo* in præſentia trium Statuum Brabantiæ tertia die Novembris.

Joannes filius *Anthonii* ſenior mortuo ut jam dictum eſt patre XIII. tantum annorum erat, & ideo Status patriæ Brabantiæ & Lymburgiæ deficiente adhuc virili ſeu legitima ætate eum timuerunt recipere in Dominum & juramenta præſtare, homagiumve facere. Quapropter ordinaverunt ſibi decentem ſtatum notabilium ac ſapientum virorum. Poſt hoc ſermo habitus eſt de uxore ducenda, & ut in Ducem & Dominum reciperetur. Invenerunt etiam de conſilio Doctorum, quod omnino recipere poſſent eum in Dominum, & homagium facere, & juramentum præſtare & recipere jura patriæ & privilegia conſervandi, nihilominus pro majori ſecuritate promitteret infra tres annos, poſtquam ſedecim annos compleret ætatis, juramentum ſuum renovaret. Quod ſi non faceret tunc omnes ſui homines liberi & abſoluti forent de tali receptione, promiſſis, & juramentis ſibi factis. Quibus ſic peractis receptus eſt in dominum *Lovanii*, *Bruxellæ*, *Antverpiæ*, *Buſeiducis*, & conſequenter in ceteris oppidis Brabantiæ. Poſt hæc venit de *Turnhout* Domina *Eliſabeth* Duciſſa de *Lucenborch* uxor quondam *Anthonii* Ducis ad Ducem *Joannem* privignum ſuum in *Bruxella*, & ibi ſermo habitus eſt de Duariatu ſuo, cui etiam idem *Joannes* Dux præſentavit aſſignationem quingentarum Coronarum annui cenſus, ordinatuſque eſt ei nobilis & honeſtus ſtatus manendi in *Bruxella* aut alibi pro ſuo placito in Brabantia. Sed poſt aliquod temporis ſpatium ipſa relicta Brabantia irato animo ivit de *Bruxella* verſus *Lucenborch*, quod terræ Brabantiæ non ſucceſſit ad profectum, quia *Sigiſmundus* rex Romanorum ejus avunculus inde commotus fuit, quod ſic ſimpliciter aut viliter e Brabantia remiſſa fuiſſet. Igitur *Joannes* Dux miſit ad *Sigiſmundum* Regem Romanorum tune *Leodii* exiſtentem dominum de *Dieſt* & alios Legatos ſeu Ambaſſiatores præ-

præsentando Regi facere homagium & fidelitatem de omni feudo imperiali, quod ab ipso teneret. Et ipse dominus de *Dieſt* constitutus fuit in hoc Commissarius certis litteris id declarantibus, ut ipse vice Ducis homagium & fidelitatem Regi faceret, & cum placeret Regi ipse Dux *Joannes* hæc in persona propria renovaret. Quæ Rex renuit donec dominæ *Elisabeth* suæ cognatæ satisfactum esset de omnibus. Auditi sunt postea rumores certi, quomodo electus Leodiensis dominus *Joannes* de *Bavaria* proponeret impedire & intercipere *Joanni* Duci Brabantiæ transitum, cum proficisci disponeret *Trajectum*, ut etiam ibi in Dominum reciperetur. Et istud, ut ferebatur, electus faciebat informatione sui Thesaurarii domicelli *Joannis* de *Monjouwe*, qui multum laboraverat, ut Dux *Joannes* Burgundiæ fuisset Mamburnus atque tutor juvenis *Joannis* Ducis Brabantiæ sui nepotis, quod tamen tres *Status* negaverunt sibi, quod ei valde displicuit. Cogitaverat enim secum, ut si *Joannes* Dux Burgundiæ fuisset constitutus *Mamburnus* patriæ *Joannis* Ducis Brabantiæ, quod sic ipse obtinuisset plene vice ejus omnem ejus gubernationem. Iste est *Joannes* Dux Burgundiæ, qui in diebus suis transivit cum multis nobilibus & militia ex Francia in Hungariam, ubi primitus magnam obtinuerunt victoriam de Turcis, tandem, proh dolor! succubuerunt cunctis fere interfectis & miserabiliter martyrisatis, nonnullis etiam captis, quos crudelissimus Turca noluit aliqua pecunia redimi, sed jussit singulos unum post alterum nudos gladiis transverberari. Inter quos Dux *Joannes* speciali fortuna evasit. Erat enim quidam sapiens, in astronomia valde expertus, qui Soldano suasit, ut *Joannem* Ducem permitteret redimi, quia multi Christiani per suam progeniem forent interficiendi temporibus futuris, quod post heu! rei probavit eventus, ut infra declarabitur. Et tali modo ipse *Joannes* Dux Burgundiæ evasit.

Revertendo iterum ad Ducem *Joannem* de *Bavaria* electum *Leodiensem*, qui ita consultus fuit, ut nullo modo Duci *Joanni* Brabantiæ concederet transitum, *Joannes* Dux his auditis congregavit populum magnum nobilium & aliorum ex Brabantia, & sic cum potentia armorum transivit per patriam ipsius secundum suam voluntatem versus *Trajectum*, ubi & receptus est in Dominum faciendo juramentum consuetum, & completis omnibus, quæ ibi habebat fieri, reversus est Brabantiam. Ista rece-

ptio facta fuit anno Domini cıɔ. cccc. xvii. [1] Eodem anno ipso die Penthecostes obiit *Wilhelmus* Comes Hannoniæ, Hollandiæ, & Ze-

1. Anno qui præcessit fœdus factum inter ipsum & ducem Gelriæ Reynoldum, quod se habet, ut sequitur: *Wi* Jan *bi der genaden Goeds Hertoge van* Lothryk, *van* Brabant, *ende van* Limborch, *Marcgrave des Heylichs Rycks, ende wy* Reynalt *bi der selver genaden Hertoge van Gulic, ende van Gelre, ende Greve van* Zutphen, *doen kont ende kenlic allen den genen, die desen openen brief soelen sien of horen lesen, dat wi bi rade ende goetduncken onser beider rade ende vrienden ter eeren Godes, om die maechscap ende heymelichede tusschen ons beyden wesende, mit sonderlinge vrientschappen ende eendrathticheden volcomeliken te bestedigen, voirt te vueden, ende oic om te gemeyn oirber, vrede, ende gemack, die ons te beiden syden, ende onser beyder landen, luden, ende undersaten dair van comen mogen, op dat die neringe ende comanscapen in onser beider landen te bat ende te vredeliker gehantiert ende gemeeret mogen worden, opten dach van huden overcomen syn, eenre eendraghticheyt, vrientscap, ende heymelicheyt, in der manieren, als hier na gescreven staet:*

In den yersten so soelen wy goede gemage ende gevriende mallic mitten anderen syn ende bliven, ende doen d' een den anderen, dat gemage, gevriende, ende samen verbundene sculdich syn te doen, ende onser egheen en sal binnen der tyt deser eendrachtichoyt ende verbont, gheen sake doen, doen doen, noch gescien laten in eniger wys van onsen dienaren, undersaten, ende diere wy machtich weren, die tegen onser enich, of onser enichs lant, lude, of undersaten syn, of wesen mochte, mer onser een sal des anderen, ende synre lande, lude, Stede, ende undersaten eer ende beste vorderen, ende onse, ende hoere hynderisse argste ende afterdeel doen verhueden na onsen besten vermogen, ende soelen binnen ..... dagen na datum des briefs mit onsen Amptluden te beiden syden doen bestellen, ende over al binnen onsen landen op lyf ende goet doen uytroepen ende gebieden, dat niemant van onser beyder Dienaren ende undersaten, ende allen anderen uytlendich, of ymant anders, noch oic van onser beyder landen, Steden, ende Sloten, daer uyt, daer doir, noch weder dair in voertaen ghenen schade doen en sal ons noch onser enicks Dienaren, ende undersaten, landen, Steden, of Sloten, ende dat niemant onse vyande in mallacs anderen lande en sal behulpich syn, huysen, noch hoven, op lyf ende goet te verboeren. Ende waer men die bevonde of vername binnen onser enichs lant, die des anderen lande ef undersaten geschedicht hadde, so soelen onse Amptlude in onser enichs lant, dair dat geboert, die volgen mitten clockenslaghe, die vangen, aentasten, ende houden, oft syns selfs ontseeghde vyanden weren. Ende wy beyde Hertogen voergenoemt noch niemant van ons en sal die ghenen of den ghenen geleyde geven binnen sinen landen, die also gescedicht hadden sonder weten ende consent des geens, die geseedicht were, sonder argelist. Ende op dat dit volcomelic ende bat gehouden worde, so soelen onse beyder Amptluden, dienaren, ende undersaten mallic in des anderen landen ende paleu, onse vyanden, of die gene die gescedicht hadden, binnen desen verbonde mogen sueken ende volgen om onser ende onser undersaten have te bescudden,

ende

Zelandiæ, frater Dn. *Joannis* Ducis Bavariæ ac electi Leodienſis, relinquens poſt ſe filiam unicam, pulchram valde, nomine *Ja-*

co-

ende onſe vyanden te houden, ende daer in ſoelen onſer landen Amptluden, dienaren ende onderſaten, mallic anderen tot hoeren verſoeke byſtentich ſyn, ende volgen mitten clockenſlach om mallic anderens have ende goede te helpen beſcudden, ende onſe vyanden, of die ghene, die alſo ſchade gedaen hadden, te helpen vangen ende neder te trecken, ende die leveren den naeſten Amptman ende gerechte, daer onder dat ſy aengetaſt werden, omme daer mede voirt te varen, alſe behoirlick ſyn ſal. Voirt aen ſo ſullen alle onſer beider onderſaten in des anderen landen, Heerlicheden, ende Steden, ende daer door mogen ryden, varen, wandelen, te water ende te lande, ende oic dair in mogen bliven, hoere comenſcapen te hanteren, ende haer nut ende oerbaer te ſchaffen, veylich, ruſtelic, ende vredelic, ende ſoelen aldaer verantwoert ende beſchermt ſyn, gelyckerwys als in des Heeren lant, daer onder ſy geſeten weren, op hoeren ouden gewoenliken tol te betalen, alſo verre als ſy dien ſculdich ſyn, ende waert dat ſy mit rechte of gerichte aengeſproken of geraſteert worden, of dat ſy ymant aenſpreken wouden, of raſteren deden, ſo ſalmen den Aenlegger, ende oic den ghenen, die aengeſproken worde, een onvertogen recht aldair doen geſchien ende wedervaren laten.

Voirt waert ſake, dat enich van onſer beyder onderſaten, ſo wie hy were, tot enigen van ons beyden, of tot onſer enichs dienaren of onderſaten enige aenſprake hadde, des ſal mallic van ons ſynre onderſaten mechtich ſyn, dat ſy daer af ſoelen gheven, dat recht ende beſcheyde ſy, na aenſprake ende antwoerde, ter ſtat ende voer die ghene, dair dat van recht behoren ſal. Ende van dien, dat enigh van ons beyden aengaen mach, daer af ſoelen wy mallic des anderen onderſaten doen dat recht ende beſcheyden ſy, ende dat voleynden ſonder vertreck, alſo ducke als des noot geboere, om alle onraet te verhoeden die daer of comen mochte. Wairt oit ſake dat ymant van ons beyder onderſateo, wie hy oic weſen moge, enich van deſen voirſz punten dede, of hem mit recht ende beſcheide niet en wilde laten genuegen te gheven ende te nemen ter ſtat ende voir die ghene als voirſz ſtaet, dan ſal die ghene van ons, daer die onder geſeten ware, den ongehoorſamen daer toe bedwingen mit live ende goede, ende of enich van ons, dat alleen niet machtich en were, ſo ſal hem d' ander van ons tot ſynen verſoeke na ſynre macht den ongehoorſamen helpen bedwingen, ze to recht ende te beſceyde te brengen. Ende deſe voorſz eendrachticheit, vrientſcap, ende heymelicheyt hebben wy Hertogen voergenoemt onſer een den anderen in goeden trouwen ende by onſer Vorſteliker eeren gelooft, ende geloven mit deſen brieve vaſt, ſtede, ende onverbrekelic te houden, ende te doen houden ende te volvueren, duerende ende weſende den termyn van 100. jaren na date des briefs naiſtvolgende ſonder eenige argeliſt. Doch muſte onſer enich om des Romiſchen Rycks wille, den wy Hertoge van Gulic ende van Gelre verbuntlic ſyn, ende altyt doen willen, dat wy ſculdich ſyn te doen, des anderen vyant werden, ende hem of ſynen landen ſchedichden, ſo ſel deſe voerſz eendrachticheyt dan voirtaen geen macht hebben ende te niet ſyn.

Bey-

cobam ex uxore ſua *Margareta* de Burgundia ſorore *Anthonii* Ducis Brabantiæ. Hæc præfata *Jacoba* primo in matrimonio tradita fuit Duci Turonenſi, Delphino videlicet Franciæ jam defuncto. Cumque pater ejus *Wilhelmus* Comes prædictus ad extrema veniſſet, petiit eam in matrimonio dari Duci *Joanni* Duci Brabantiæ, non obſtante, quod ſibi attinerent in ſecundo gradu conſanguinitatis. Mortuo igitur *Wilhelmo* Comite conſtituta eſt dieta in *Biervliet* pro matrimonio contrahendo inter eundem *Joannem* Ducem Brabantiæ & *Jacobam* prædictam Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Comitiſſam. Ad quam dietam venit dominus Joannes Dux Brabantiæ cum *Philippo* Comite de *Charlois* filio *Joannis* Ducis Burgundiæ conſanguineo ſuo & cum multis aliis nobilibus & Baronibus. Ex alia parte advenit ibi domina *Jacoba* Delphina *Viennenſis*, Comitiſſa Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ cum domina *Margareta* de Burgundia matre ſua & cum domino *Joanne* de *Bavuria* electo Leodienſi patruo ſuo cum multis etiam militibus patriarum ipſius. Et ibi habitus eſt tractatus marrimonialis & finalis concluſio inter dominum *Joannem* Ducem & dominam *Jacobam* dantes ſibi mutuo fidem per verba de futuro ſcilicet, & in quantum obtineri poſſet diſpenſatio Sedis Apoſtolicæ. Alias hæc deſponſatio nulla exiſteret. Sequenti die hoc eſt prima Auguſti, quæ tunc Dominica habebatur, juramento firmaverunt procedere ambo in matrimoniali conventione certis conditionibus præhabitis, de quibus etiam omnibus patentes literæ confectæ ſunt, reſilientes magnis pœnis conſtringentes. Fuit etiam inter cetera ibi ratificatum quod dominus *Joannes* de Ba-

Beyde onſer voerſz Heeren vrienden ſoelen elck tot hoeren Heeren mit deſer cedulen een ryden, die ſich dair op beſpreken ende beraden ſal, ende wat ſunſt dair inne ſal weſen te doen, dair af ſal hy clairliken ſyne meyninge ſcriven aen mynen Heere van Heynſburch tot Heynsburch op den heyligen Derthien dach naiſt komende, ende of die dan alſo ghaende wirde, ſo ſalmen dair op brieven maken in der beſter formen die der Heefiſtede, der Baenrodſen, der Ridderſcap een deel, alſo vele als men der dan eens wirde van beyden landen, mede beſegelen ſoelen. Hier op ſoelen alſulke gebode, als beide Heeren voirſz hebben doen gebieden, ende voirt alle ſaken tuſſchen den ſelven Heeren in goeden dinghen bliven ſtaen tot op den Sonnendach half vaſten, dats als men ſingt Lætare Iheruſalem naeſtcomende. Ende beide deſe Heeren ſoelen oic laten weten hoe langen tyt van jaren mallic deſe eendrachticheyt houden wille. Alles ſonder argeliſt. Geteykent t' Aken des Manendachs poſt Severini anno ſexto decimo XXVI. *Octobr. D. Dynter.*

Bavaria electus Leodienſis pacifice poſſideret, quæ pater ſuus *Albertus* Dux & *Wilhelmus* Dux frater ſuus ſibi olim dediſſent, ſed & illa quæ ſibi a domina *Jacoba* fratruele ſua ſibi fuerunt promiſſa. Iſtis autem ratificatis & confirmatis electus jam nominatus ſuum præbuit conſenſum, & ſic illa dieta ab utraque parte convocata amicabiliter eſt ſoluta. Sed quia ſtatus Ducis & ordinatio facta a tribus Statibus Brabantiæ comprehenderet, quod ipſe Dux ſine aſſenſu quatuor Conſiliariorum nominatorum Officiariorum nihil diſponere aut ſtatuere deberet, aut etiam nullas literas ſine magno ſigillo ſigillare, idcirco conſultum fuit ſibi, ut omnia geſta, promiſſa, & ſtipulata irritaret, revocaret, & ut nulla renunciaret, quod & fecit, prout & ſuggeſtum fuerat per Wilhelmum de *Aſcha* Ammannum Bruxellenſem. Nec multum poſt hoc miſit Dux *Joannes* ex Brabantia legatos ad regem Romanorum *Sigiſmundum* in Concilio *Conſtantienſi* exiſtentem per eos ſibi præſentando ſuum ſervitium, requirendo etiam ab eo omnia illa, quæ Dux *Joannes* tenere & recognoſcere deberet, & ab Imperio confirmari. Sed *Sigiſmundus* Rex noluit quicquam cum ejus Legatis tractare, eo quod videbatur eorum commiſſio limitata, ſecundum unam conſtitutionem, videlicet quod Dux *Joannes* non requiſivit, ut recognoſceret tenere in feudum ab Imperio Ducatum *Brabantiæ* aut *Lottringiæ* præciſe, quia hoc non conſuetudinis Duces Brabantiæ facere Romanorum Regibus aut Imperatoribus. Sed nonnulli Duces Brabantiæ, ut fertur, conſueverunt homagium facere Imperatoribus de omni feudo, quod tenebant ab Imperatore, aut tenere ſive certe recognoſcere obligati eſſent, ſicut de Marchionatu de *Ryen*, & ſicut aliqui dicunt communes Status, quia *Lovanium*, *Bruxella*, *Buſcumducis*, *Thiniſmons*, & *Leuwe* cum aliis legitimis locis & bonis æſtimantur Ducis allodium, & ejus proprium dominium abſque recognitione alicujus ſuperioris, quod ibidem alia probabili ratione conſtat & apparet, quod videlicet Ducatus Brabantiæ liber ſit, & quod a nullo in feudum recipiatur, quia per veram ſucceſſionem deſcendit a *Carolo Magno* Francorum Rege, qui etiam fuit Imperator, cujus verum & certum patrimonium fuit Ducatus Brabantiæ exiſtens inter *Moſam* & *Schaldam*. Etiam *Brabantia*, quæ poſtea *Lottringia* eſt vocata, poſſeſſa eſt a multis Regibus Franciæ *Caroli* prædicti ſucceſſoribus, quam liberam tenuerunt ſine recognitione ſuperioritatis cujuſcunque. Poſtmodum prædicti Ducis *Joannis* Legati laboraverunt in Concilio *Conſtantienſi* pro diſpenſatione obti-

nenda cum prædicto matrimonio, eo quod sibi in secundo gradu propinqui essent, ut prædictum est. Sed nequaquam a Consilio prædicto dispensationem obtinere poterant, quia præfatus Rex *Sigismundus*, & dominus *Joannes* de *Bavaria* electus Leodiensis, totis viribus ipsum impediebant. Sed & dominus *Joannes* de *Bavaria* fuit ita deliberatus, quod in eodem anno XVII. mense Septembri relinqueret *Leodium*, quo postea nunquam reversus est, & perrexit versus *Dordracum*, ubi & multos habebat amicos & receptus est illic in Dominum. Et tunc misit in *Alemanniam* ad Concilium *Constantiense* ad fortiter impediendum cum prædicto matrimonio dispensationem. Quod *Joannem* Ducem Brabantiæ minime latuit insinuatione suorum amicorum occultorum, quos ibidem habebat. Tunc Dux *Joannes* de *Bavaria* scripsit ad oppida Hollandiæ ut eum reciperent Protectorem & Mamburnum, eo quod sua cognata domina *Jacoba* vidua esset, & Concilium Constantiense nullo modo cum prædicto matrimonio dispensare vellet, sed revera contrarium moliebatur. Facta ergo congregataque dieta *Sconhovia* super prædictis a domina *Jacoba* de consilio suarum trium patriarum prædicta petitio suo patruo Duci *Joanni* de *Bavaria* penitus negata est & refutata, ei tamen præsentando & offerendo quæ sibi in prædicta matrimoniali conventione promissa fuerant. Contigit autem post ista eodem anno in mense Novembri, ut Domicellus *Wilhelmus* de *Arckel*, qui verus erat heres patriarum Gelriensium & Juliacensium, obtineret oppidum de *Gorchum*, auxiliante sibi Domino de *Egmont* cum aliis amicis domini *Joannis* de *Bavaria*. Amici tamen dominæ Hollandiæ retinuerunt castrum ejusdem oppidi, & sic ipsa in persona per aquam venit in castrum *Gorcomiense* & cum suis nobilibus, & magna populorum caterva. Tunc sui audacter ingressi sunt civitatem contra inimicos suos, & ibi valde pugnatum est, Hollandinis victoriam obtinentibus, ita ut oppidum perveniret in deditionem Dominæ. Ex parte tamen Dominæ interfectus est ibi Dn. *Walravius* de *Brederode*, & ex alia parte etiam interfectus est præfatus domicellus *Wilhelmus* de *Arcle* & domicellus de *Pietersum* cum multis aliis, sed & Comes de *Vernenborch* mansit captivus cum plurimis Geldriensibus. Deinde eodem anno in profesto beati Martini decima die Novembris depositi fuerunt in Concilio *Constantiensi* illi Papæ, qui scisma diu nutrierant, quod scisma heu! XL. fere annos steterat, & ibi concorditer electus est *Odo* de *Columna* Romanus vocatus *Martinus quintus*, qui fuit potens & opu-

opulentus in præparatu, & bonus juſtitiarius, ſtratas liberas tenens, qui etiam multa bona fecit in ſancta eccleſia, *Sigiſmundo* nobili rege ſibi ſpecialiter in omnibus juvante. Deinde XXVII. die ejuſdem menſis Novembris idem Papa *Martinus* diſpenſavit ſuper prædicto matrimonio per verba de futuro contracto inter Ducem *Joannem* & dominam *Jacobam*, non obſtante propinquitate ſanguinis & affinitatis, & ſtatim occulte miſſa eſt Bulla per Legatos ſive Ambaſſiatores Ducis *Joannis* ad eundem Ducem in Brabantia. Iſta autem amici Ducis *Joannis* de *Bauaria* audientes conqueſti ſunt hæc Regi *Sigiſmundo*, qui inde male contentus ad Papam adiit dicens, quod de illo matrimonio oriri poſſent multa ſcandala, diſſenſiones, & guerræ, ita quod Papa propter ejus inſtantiſſimas preces antedictam diſpenſationem revocavit. De cujus revocatione dominus *Joannes* de *Bavaria* tunc obtinuit copiam ſive exemplar, quod aliis literis incluſum miſit ad *Joannem* Ducem Brabantiæ ad iſtud matrimonium impediendum. Deinde profectus eſt *Joannes* Dux Brabantiæ cum magna comitiva Comitum, Baronum, militum, & nobilium in Hollandiam, & pervenit ad *Hagam comitis*, ubi erat domina *Jacoba*, & ibi inierunt conſilium, in quo *Conſilio* fuit Epiſcopus Tornacenſis cum aliis Legatis Domini *Joannis* Ducis Brabantiæ, & Conſiliarii *Joannis* Ducis Brabantiæ, ſed & Conſiliarii dominæ *Jacobæ*, & Deputati a villis & oppidis Brabantiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, & ibi viſitaverunt Bullam diſpenſationis, & etiam exemplar revocationis, de quo nullam viderant Bullam aut auctenticum *Vidimus*, & omnibus diligenter conſideratis concluſum, quod procederent in prædicto matrimonio ſecundum formam eccleſiæ. Itaque non multum poſt Dux *Joannes* contraxit cum domina *Jacoba*, & condormiunt in caſtro *Hagæ Comitis*, ubi etiam aderat domina Margareta mater dominæ *Jacobæ* cum multis dominis & dominabus. Erat autem tunc *Joannes* Dux XVI. annorum. Et poſt multum temporis obtinuit Dux *Joannes* a Papa *Martino* majorem certificationem, qui eidem mandavit per notabiles perſonas, etiam per literas clauſas, quod illa revocatio diſpenſationis facta eſſet tantum timore *Sigiſmundi* Regis, & quod dominus Dux *Joannes* & domina *Jaocba* abſque ullo ſcrupulo conſcientiæ ſimul commanere poſſent. Quod etiam teſtabantur Cardinales Oſtienſis & Patriarcha Conſtantinopolitanus certis literis ſuis hoc declarantes. *Joannes* igitur Dux Brabantiæ ſicut legitimus maritus & Mamburnus ſuæ uxoris receptus eſt in oppidis

Hannoniæ, *Hollandiæ*, & *Zelandiæ* cum magna solemnitate. Similiter domina *Jacoba* sua legitima conjunx, sicut etiam Duxissa, recepta est solemni processione in oppidis patriarum Brabantiæ & Lymburgiæ.

Anno CIↃ. CCCC. XVIII. *Joannes* de *Bavaria* subdiaconus renuntiavit episcopatui Leodiensi per suum procuratorem ad hoc constitutum in manu domini Papæ, quem spatio XXVIII. anorum possederat, postquam tot millia hominum propter ipsum interfecti fuissent, & per dispensationem Sedis Apostolicæ contraxit matrimonium cum Ducissa Lutzenburgensi, relicta quondam Anthonii Ducis Brabantiæ sua commatre, quia ejus filium de sacro susceperat fonte, quem *Anthonio* jam defuncto pepererat. Eodem anno Dn. *Joannes* de *Wulenrode* Doctor de partibus Franconiæ Germanicæ nationis Apostolica ex provisione *Constantiæ* per *Martinum* Papam quintum ecclesiæ *Leodiensi* est præfectus, qui quarto die mensis ejusdem anni Leodium intravit. Qui etiam in spiritualibus & temporalibus tanquam episcopum & Pastorem ovium suarum bonum, pium, prudentem, circumspectum, modestum, & morosum se ipsum exhibuit, tonsuras clericales conferendo, sacramenta confirmationum ac sacrorum ordinum per se ipsum benigne ministrando. Hujus temporibus populus Leodiensis iterum recepit mores priores in ministeriis ordinandis, facientes sibi primo de consensu episcopi XXIV. ministeria cum vexillis, tentoriis, papilionibus, ac aliis pristinis ceremoniis, prout ante bellum faciebant. Et postea adhuc octo ministeria addiderunt ut essent XXXII. Et anno sequenti domino episcopo exeunte in villa sua *Leken* Dominica die post Ascensionem Domini scilicet XXVIII. die Maji hora meridici diem vitæ suæ clausit extremum intoxicatus ut dicitur veneno. Præfuit autem mensibus decem, cujus corpus sepultum est in ecclesia Leodiensi ante summum altare. Consequenter præfatus Dux *Joannes* de *Bavaria* post episcopatus resignationem subtiliter obtinuit a Rege Romanorum, qui uxoris suæ *Elizabeth* patruus erat, sibi dari illos Comitatus scilicet Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, tanquam ad imperium devolutos, eo quod Dux *Wilhelmus* pater dominæ *Jacobæ* obiisset non relicta prole masculina. Et hæc nota fecit prædictus Rex *Joanni* Duci Brabantiæ suis literis datis in Concilio Constantiensi anno Domini CIↃ. CCCC..... XXVIII. Martii districte ei præcipiendo, quod in nullo se intromitteret de prædictis patriis. Etiam Dn. *Joannes* de *Bavaria* omnem fecit diligentiam

Collegia mechanica. *Operas* vocat Hortens. *lib.* 1. & 3. *rer. Ultraj.*

tiam ad prædictas patrias & oppida, ut illic in Dominum reciperetur, & ut ſuam cognatam dominam Jacobam & Ducem Joannem ejus maritum & Mamburnum privaret præfatis patriis & oppidis. Super quibus primo reſponderunt oppida & villæ Comitatuum Hollandiæ, & Zelandiæ, quod dominam *Jacobam* ſæpedictam recepiſſent ut veram dominam & heredem, utpote filiam legitimam Ducis *Wilhelmi* antedicti, & quod ei homagium & juramentum præſtitiſſent, quemadmodum & ipſe dominus *Joannes* & ejus patruus pro domina patriæ recognoviſſet eam, ab ea ſuum feudum relevando, ac eidem fidelitatem promittendo, idcirco nullo modo vellent ab ea recedere, ſed ſemper ſibi fideliter adhærere. Addentes inſuper reſponderunt, quod prædictæ patriæ ter devolutæ ſunt temporibus elapſis ad heredes filias, per quod patenter pateret, & etiam per imperiales literas, quas deſuper ſe habere aſſerebant, id ſe poſſe probare ſi neceſſe eſſet dicebant, quod ejuſdem patriæ feudalia bona amortifata eſſent. Quare petierunt, ut ab incepto deſiſteret, ſed & patria *Hannonienſis* reſponſum miſit ſcripto ad dominum *Joannem* de *Bavaria* inter cetera rationes ei evidentes ſcribendo de prædictis tribus patriis, & ſpecialiter de *Hannonia*, quod nullo modo teneretur ab Imperatore in feudum, & ſi in Imperio conſiſtat, quod etiam ſæpius devoluta fuit ad heredes filias. His auditis reſponſis *Joannes* de *Bavaria* ſæpe dictus factus eſt inimicus oppidis Hollandiæ & Zelandiæ, & collegit ſibi *Dordrari* & in *Brielis* armigeros multos, & exules, quibus multa nocumenta patriæ intulit. Et tunc de Concilio Statuum Brabantiæ concluſum eſt cum Duce, ut prædictæ dominæ Jacobæ ſubveniretur, & ita profecti ſunt ante Dordracum, & patria Brabantina collecto exercitu copioſo acceſſit vetſus oppidum montis *ſanctæ Gertrudis*, & deinde ad *Dordracum*, cujus exercitus primicerius fuit domicellus de *Weſemale* tanquam Mareſcalcus Brabantiæ. Pervenerunt itaque ad aggerem Dordracenſem, ubi *Bruxellenſes* locati fuerunt propinquiores verſus oppidum, poſt quos Dux cum nobilibus ſuis, deinde *Lovanienſes*, & poſt eos *Antverpienſes*, & in ultimo *Buſcoducenſes*. Ædificaverant quoque ibi magnum fortalitium, vulgariter dictum *een Blochuys*, laqueum ad impediendum, ne aliqua victualia Dordracenſibus tranſveherentur. Ipſis igitur ſic ibi exiſtentibus ſæpe dimicatum eſt ab intraneis contra Brabantinos. Et poſtquam circa ſex hebdomadas in obſidiene illa peregerunt, prædictum ſuum fortalitium ipſimet combuſſerunt, & ſoluta ob-

Vid. *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 33. *p.* 140.

sidione ad propria redierunt. Quod Dordracenses cognoscentes exierunt per terram & aquas, & aggressi sunt *Antverpienses*, qui tunc custodiam extremam exercitus habebant, sed ipsi viriliter resistentes illæsi abierunt. Vetrumtamen hi, qui in navibus aquis se commiserant, præcipue infirmi & vulnerati ex Brabantia damna passi sunt, spoliati armis bellicis in navibus repertis. Cum autem Hollandini occuparentur ab altera parte in faciendo simili modo fortalitio ligneo contra *Dordracenses*, Joannes Dux *Brabantiæ* perrexit ad eos manens apud illos usque ad completionem ejusdem fortalitii, cujus Capitaneus constitutus est *Adrianus* Bastardus Hollandiæ, & tunc Hollandini similiter suam obsidionem solventes cum Duce abierunt. Post quæ Dordracenses prædictum fortalitium magnis insultibus impugnaverunt & vi illud capientes, & ibi repertis occisis fortalitium combusserunt. Post prædictam obsidionis solutionem *Wilhelmus* de *Bergen* Thesaurarius Brabantiæ & occultus Consiliarius Ducis suscitavit in auribus Ducis susurrando magnas inimicitias contra illum bonum Domicellum de *Nassauwe* dominum de *Breda* & de *Lecke*, & contra dominum *Henricum* de *Bergen*, contra etiam dominum de *Heesewycke* in tantum, quod Dux eos nec audire nec videre voluerit, & ferebatur, quod consilium Duci dedisset, ut interficeret *Henricum* de *Bergen* cum duobus aut tribus de majoribus, & nisi hoc faceret nunquam plene dominaretur. Post ista prædictus *Wilhelmus* publice *Lovanii* bannitus est de concilio oppidorum Brabantiæ, & hoc idem facere voluit oppidum Bruxellense, sed *Wilhelmus* de *Ascha* eorum *Ammannus* recusavit assistere, ubi hoc fieret, & idcirco jurisconsultus abnuit eum, ut Ammannum habere, sed capi & includi eum fecit.

Bruxellæ a consiliis

Anno Domini CIↃ. CCCC. XVIII. die X. mensis Octobris amici domini *Joannis* de *Bavaria* obtinuerunt subtiliter oppidum *Rotterdamense*. Deinde prosecutione & diligentia *Philippi* Comitis de *Charloys* filii *Joannis* Ducis Burgundiæ confecta est in *Worichem* una egregia pax inter *Joannem* Ducem Brabantiæ & Duciſſam dominam *Jacobam* suam uxorem ex una parte, & dominum *Joannem* de *Bavaria* ex altera, qui ibi præsentes fuerunt cum multis nobilibus & prudentibus utriusque partis. Et fuit ibi determinatum, quod dominus *Joannes* de *Bavaria* deberet habere oppidum Dordracense cum suo Balivatu, & oppidum *Gorcomiense* cum terra de *Arcle*, nec non & oppidum *Rotterdamense*, & hæc omnia retinere & recipere deberet a *Joanne* Duce *Brabantiæ* & domina

Ja-

Jacoba ſua uxore in feudum, & conſequenter aſſignaret ſibi centum millia nobilium, & ſic renunciavit ibi omni ſuo juri & actioni, quod haberet aut habere poſſet in prædictis patriis, ſcilicet Hannonia, Hollandia, Zelandia, & Friſia. Poſtea Dux & Duxiſſa de Hollandia perrexerunt verſus Hannoniam, & ipſis in *Montibus Hannoniæ* exiſtentibus contigit una dierum, quando Dominus & Domina cauſa recreationis facto prandio venationi ſe dediſſent, quod venerunt Baſtardi Hollandiæ, & ingreſſi Cameram antedicti *Wilhelmi* theſaurarii Brabantiæ, invenienteſque eum ſuper lectum ſuum, dormientem interfecerunt. Quod Dux ut audivit adeo triſtis effectus eſt, ut per triduum ipſum deflerer. Tunc dominus de *Rotſelaer* conſtitutus eſt pro eo theſaurarius Brabantiæ. Item poſtea interventu dominæ *Jacobæ* obtinuerunt a Duce ſuam pacem domicellus de Naſſouwe & dominus *Henricus* de *Bergen*, qui non multum poſt ſupervixit. Anno Domini cıɔ.cccc. xix. in Majo venerunt ex Hannonia in Brabantiam dominus Dux & Duciſſa, & moratus eſt Dux aliquando in *Fura*, nonnunquam *Vilfordiæ*, atque *Antverpiæ*, ſed non venit *Bruxellam*, eo quod prædictum *Wilhelmum* Ammannum ſuum ibidem tenerent captivum. Deinde perrexit verſus *Buſcumducis*, & ipſo ibidem exiſtente deſignavit civibus diem & horam cum eis colloquendi. Quo die ſummo mane ante auroram clam receſſit cum domicello de *Weſemael* ſine ſcitu theſaurarii ſui domini de *Rotſelaer*, in quo ſui Curiales & cives *Buſcoducenſes* valde erubuerunt. Dux igitur pervenit in *Grobbendonck*, ubi aderant dominus de *Gaesbeeck*, domicellus de *Weſemale* & de *Monyouwe*, qui ibidem ordinaverunt Duci novum ſtatum, depoſueruntque dominum de *Rotſelaer* ab officio ſuo. Et omnes dominæ & domicellæ Duciſſæ licentiatæ ſunt ab officio, demptis duabus, loco quarum aliæ conſtituræ ſunt, videlicet mater domini de *Weſemael*, & uxor ipſius, domina de *Aſcha*, & multæ aliæ. Ex quibus cauſis originem ſumpſit, quod domina *Jacoba* poſtea ſeparata eſt a Duce. Dux ergo pervenit cum prædictis dominis *Vilvordiam*, ubi & domina *Jacoba* fuit, & ibi lectus eſt publice & publicatus novus ſtatus, de quo Duciſſa male contenta fuit, ſtatimque Dux aſcenſo equo ivit verſus *Furnam*, & ipſa cum quinque duntaxat equis poſt eum, & ibi conqueſta eſt Duci cum multis lachrymis, quod domicellæ ſuæ ſecum a ſua juventute nutritæ ſic licentiatæ fuiſſent, & quia tantas terras & patrias ex ſua parte poſſideret, ideo merito ſuum ſtatum ſibi reliquiſſet. Uſque ad iſtud tempus in pace & concor-

cordia magna ad invicem vixerunt, sed quia status iste novus permansit, amor indies magis & magis refriguit.

Eodem anno XIX. mensis Maji defuncto, ut prædictum est, domino *Joanne* de *Walenrode* episcopo Leodiensi, dominus *Joannes* de *Heynsberch* Archidiaconus *Hasbaniæ* fuit in Leodiensi ecclesia ætatis fere XXIII. annorum per dominos de Capitulo in episcopum postulatus, & postea auctoritate Apostolica confirmatus, fuitque receptus *Leodii* in propria persona die decima mensis Decembris anni ejusdem. Item eodem anno in Septembri fuit interfectus in Francia in castro, quod *Monstreul* dicitur, dominus *Joannes* Dux Burgundiæ hoc modo. Postquam enim *Henricus* rex Angliæ in *Normanniam* venisset facta est quædam concordia amicitiæ occultæ inter dominum *Carolum* Delphinum *Franciæ* & *Joannem* Ducem *Burgundiæ*, & sigillata. Deinde prædictus *Delphinus* adhuc juvenis scilicet XIV. annorum reductus est ad castrum de *Monstreul* per dominum *Tanneghynum* Parisiensem Præpositum, & per dominum Vicecomitem Narbonensem, qui fuerunt de domo & familia Ducis *Aurelianensis* patrui prædicti Delphini Parisiis nuper eodem anno Domini CIↃ.CCCC.VII. ut superius dictum est, interfecti, qui Ducem *Joannem* valde oderant. Factum est ergo ut Dux *Joannes* ex parte Delphini demandaretur venire ad eum causa tractandi cum eo, quomodo & qualiter resistendum esset Regi Angliæ, qui jam majorem partem *Normanniæ* sibi subjecerat, & civitatem Rothomagensem jam obsidebat. Dux vero *Joannes* confidens in Delphino propter fœdus initum inter eos accessit ad castrum de *Monstreul* cum parva potestate. Cumque ingressus esset, elevati sunt ilico pontes, & veniens in præsentiam *Delphini* exhibuit ei, ut decebat, reverentiam, & interrogatus verbis satis asperis, cur Anglicis non resisteret, immediate ab assistentibus cum Delphino est interfectus. Tunc dominus de *sancto Georgio* de *Burgundia* volens eum defendere corruit super eum & pariter interfectus est. Unde postea magna secuta est vindicta per filium suum *Philippum* Ducem Burgundiæ, qui tunc adhuc juvenis erat, & iniit fœdus cum *Henrico* rege Angliæ & ad hoc perduxit, quod *Henricus* prædictus Rex duxit in uxorem dominam *Catharinam* juniorem filiam Regis Franciæ *Caroli* sexti, qui per certa temporum intervalla patiebatur amentiam. Ad hoc etiam idem *Carolus* inductus fuit, ut cum filia sua prædicta daret in dotem Ducatum *Normanniæ*, quem Ducatum *Henricus* Rex cepit in feudum & homagium, ac fidelitatem fecit *Carolo* Regi Fran-

Franciæ. Insuper in prædicto contractu seu conventione conclusum fuit, si *Henricus* Rex procrearet ex prædicta domina *Katharina* filium, quod ille filius succederet & obtineret coronam regni Franciæ post mortem Regis Franciæ, & Delphinus inde deberet privari. Sed *Delphinus* hæc percipiens noluit ea ratificare, dicens in patris sui potestate non esse ipsum exheredare propter multas rationes. Unde ortum est grave bellum durans multis annis, præcipue post mortem patris sui, quia tunc Delphinus arripuit sibi regnum contra regem *Henricum*, qui se fecit *Parisiis* in regem Franciæ coronari & contra *Philippum* Ducem Burgundiæ regi Angliæ confœderatum, ita quod majorem partem regni obtinuerunt, scilicet *Picardiam*, *Normanniam*, *Gasconiam*, territorium *Parisiense*, *Campaniam*, & plures alias terras, regnum Franciæ valde vastando & destruendo, Ducatus tamen Aurelianensem, Aquitanensem, Turonensem, Borbonienſem, & Delphinatum non obtinuerunt.

Anno Domini cıɔ. cccc. xx. non multum post Pascha *Joannes* Dux Brabantiæ existens ordinavit ..... statum Consiliariorum, unum sigilliferum & alios Officiarios, dominum scilicet *Joannem* de *Afcha* cum suo filio seniore, Magistrum *Joannem Bont*, *Nicolaum* van den *Werve*, & multos alios, ut in omnibus causis eosdem consuleret. Et inde profectus est in Zelandiam ad villam, quæ vocatur *sinte Martensdyck*, ubi pessimo usus consilio & insipienter delegavit domino *Joanni* de *Bavaria* gubernationem & tuitionem Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, constituens eum gubernatorem & tutorem, & hoc per patentes literas. Breviter post hæc venit *Bruxellam*, ubi & fecit fieri numismata trium patriarum vocata Teuthonice *Drylanders*, utpote de consensu trium patriarum, Brabantiæ scilicet, Hannoniæ, & Hollandiæ. Tunc rursus licentiatæ sunt omnes dominæ & domicellæ Curiæ illius, demptis quæ de nova ordinatione fuerant, ut supra dictum est. Quod audiens domina *Margareta* de *Burgundia* mater Ducissæ equestris venit *Bruxellam* ad Curiam in *Cawenborch* ad Ducem pro invalidatione novæ ordinationis facienda. Sed nec ipsa nec ejus filia poterant exaudiri, & tunc domina *Margareta* a Duce recessit ad hospitium suum in *speculo*, quam domina *Jacoba* filia sua statim flendo secuta est pedestris cum uno tantummodo famulo. Super quo multi hoc videntes contristati sunt. Et sequenti die ambæ scilicet mater & filia cum pulchra & decenti comitiva equitum versus *Quercetum* profectæ sunt. Et quia Barones patria-

rum cum nobilibus in discordia & simultate fuerunt adversus eos, qui Ducem tam pessime & scandalose gubernabant, adeo quod recusabant & contemnebant de cetero ad dietas Ducis venire, & idcirco Dux mirabilem & occultam confœderationem permisit fieri usque ad xxv. personas, quæ origo & causa fuit multæ partialitatis, quia includebat articulos inimicitias & seditiones facientes. De ista confœderatione multæ hinc inde literæ confectæ sunt, quas Dux confirmavit. Item Deputati oppidorum de *Bruxella*, de *Antverpia*, & de *Buscoducis* ad locum de Cortenberge dictum profecti sunt pro concordia & amicitia reformanda inter Ducem & suos nobiles & oppidum Lovaniense. Sed attento quod Dux adeo damnosos ministros habuit, qui nec honorem ejus nec patriarum salutem curabant, ut dicebatur, sed permiserunt eum bona sua & dominia vendere ac gravare pecuniis ad profectum ejus non deductis, imo faciebant & fovebant discordias inter Ducem & suos nobiles, sed & causa & fomentum fuerunt divortii & separationis dominæ Jacobæ Ducissæ à Duce, idcirco prædicti Deputati nullam concordiam facere potuerunt, sed Barones ipsi & nobiles Lovanii existentes mediantibus istis & aliis ..... bannierunt publico edicto ad diversa loca, ut in Cypris &c. multos Consiliarios Ducis, sicut dominum de Ascha, Joannem ejus filium, & alios multos, nunquam reversuros in Brabantiam, quousque Hollandia, Zelandia, & Frisia devolutæ forent in manus Ducis. Et huic ordinationi sive correctioni astiterunt etiam Deputati oppidorum scilicet Trajecti, Thenismontis, Leuwis, Lyræ, Nivellæ, Gemblaci, & aliorum innumerorum oppidorum Brabantiæ. Et non multum post miserunt scilicet Bruxellenses, & Antverpienses ad nobiles Brabantiæ, & ad oppidum Lovaniense suas certas literas continentes, quod prædictam correctionem approbarent. Deinde Dux Joannes rursum mutavit statum suum faciendo alios consiliarios, qui omnem habuerunt auctoritatem & potestatem, quemadmodum habuerant Dominus de Ascha & alii præcedentes. Dum igitur ut præmissum est Dux tam misere ab nequam hominibus gubernaretur, & domina Jacoba ab eo separata esset, videntes hoc Nobiles & Barones Lovanii constituti, quod nulla spes prosperitatis aut prosperioris status appareret, Commendatorem de Chautrain miserun in Franciam ad Philippum Comitem sancti Pauli fratrem Ducis Joannis, qui tunc temporis a Rege Franciæ constitutus fuerat summus Capitaneus Parisiensium, quod Joannes Dux conaba-

tur

tur impedire per literas, quas ad fratrem & ad Philippum Ducem Burgundiæ ſuum cognatum miſit. Sed prædictus ille Dominus de Chautrain tali ac tanta uſus eſt diligentia, ut Comes prædictus in Brabantiam deſcenderet in Septembri anno prædicto ſcilicet xx. ejus menſis viſitando amicabiliter fratrem ſuum Ducem tunc Bruxellæ exiſtentem. Deinde venit Lovanium ad nobiles ibidem exiſtentes, & tantum fecit, quod Duciſſa & mater ſua venerunt ex Hannonia ad Lovanium. Ex Francia venit etiam Legatus unus a Rege miſſus, & ſimiliter unus a Duce Burgundiæ Philippo, qui una cum Comite multa colloquia habuerunt cum Duce Joanne ex parte una, & cum Duciſſa & ejus matre, nec non cum Baronibus & nobilibus Brabantiæ tunc Lovanii reſidentibus ex parte altera, & ibi ordinata & condicta fuit una dieta Vilvordiæ fieri, ubi & venerunt Duxiſſa & mater ejus & Comes ſancti Pauli, ſed Joannes Dux non venit, quia occulte equitavit a Bruxella, malo uſus conſilio, & pervenit uſque Herlaer prope Buſcumducis, ubi Dominus de Aſcha & filius ſuus *Joannes* venerunt ad eum cum aliis bannitis & exulibus. Etiam venit ad *Buſcumducis* & alia loca, tandem uſque *Hees*, ubi ad eum venerunt domicellus de *Clivis*, dominus de *Heynsberch*, Præpoſitus Aquenſis dominus de *Aſcha* cum ſuis complicibus, tenentes ibidem occultum conſilium. Deinde perrexit ad domum de *Nuwelant*, ubi ad eum venerunt dominus de *Gaesbeke* & dominus de *Aſcha*. Poſtea profectus eſt ad locum quendam in campo, ubi rurſus ad eum venerunt dominus de *Heynsberch* & dominus de *Aſcha* tenentes occultum ibidem conſilium. Poſt iſta profectus eſt Dux & venit *Trajectum*, & manſit illic. Interea quando iſta agebantur, Barones & nobiles cum oppidis & villis *Vilvordiæ* exiſtentes convenerunt, & ordinaverunt, ut cum conſilio prædictorum Legatorum regis Franciæ & Ducis Burgundiæ conſtituerint, & ordinaverint *Philippum* Comitem *ſancti Pauli* fratrem Ducis *Joannis* Mamburnum, Protectorem, & Gubernatorem *Brabantiæ*. Et his ita geſtis venerunt Bruxellam prædictæ dominæ, ſed & Protector eum nobilibus & oppidorum Deputatis. Et die ſequenti concluſum eſt, ut *Heuſden* & mons *S. Gertrudis* recuperarentur & fortificarentur, quia ut prædictum eſt Dux *Joannes* poſuerat Hollandiam & Zelandiam in manus & poteſtatem Domini *Joannis* de *Bavaria*. Prædicti igitur nobiles & oppida patriæ Brabantiæ requiſiti a Duciſſa & a Protectore profecti ſunt primo cum exercitu pulchro ante *Heuſden* concomitantibus ſecum Duciſſa & Protectore. Ubi &

intromissi sunt cum Nobilibus, & Ducissa ibi recepta est ut Ducissa & domina Brabantiæ, constituens castrum de *Heusden* in potestatem domini *Arnoldi* de *Sevenberghen*, ut illud custodiret una cum oppido & territorio ad utilitatem terræ Brabantiæ. Deinde profecti sunt versus montem *S. Gertrudis*, qui valde fortificatus fuit a domino *Joanne* de *Bavaria*, & eum obsidione circumdederunt, sed & *Theodoricus* de *Merwe* ibidem Castellanus Ducissæ favebat, nec aliquando dominum *Joannem* intromittere volebat, & ideo armigeros in villa posuerat, ut impedirent, nequa victualia ad castrum transveherentur. Sed decimo obsidionis die Brabantini prædictum castrum fortificaverunt victualibus & armis bellicis ad omnem sufficientiam, & tunc xxix. die mensis Octobris soluta obsidione a monte *S. Gertrudis* recesserunt. Postea ipso die sancti Martini Castellanus mittens ignem ex castro in villam totam eam combussit cum ecclesia. Deinde xxiv. die Novembris Ducissa & ejus mater & Protector una cum tribus Statibus patriæ venerunt *Bruxellam*, & sequenti die habitum est consilium in *Cortenberghe*, & postea feria tertia sequenti in domo civium *Bruxellensium* antedictus Comes sancti Pauli frater Ducis confirmatus est in Protectoratu, & tunc creavit *Wilhelmum* de *Montenaken* Senescalcum Brabantiæ, & *Joannem* de *Dieghem* Ammannum Bruxellensem deposito *Joanne Cluetinck*. Postea Duxissa, Protector, & tres Status miserunt ad Ducem *Joannem* Trajecti manentem Abbates *sancti Michaelis*, de *Parca*, de *Heylesheim*, & de *Tongerlo*, & Præpositum *sanctæ Gertrudis Lovanienſem*, ut persuaderent ei, & obtinerent reditum ejus in Brabantiam. Qui assecuti sunt tantum ab eo, quod peteret fieri aliam dietam in *Dieſt* quarto die Decembris. Ad quam venit ipse Dux & prædicti Abbates ex parte Protectoris fratris sui, & trium patriæ Statuum & Deputati Bruxellensium & Antverpiensium, sed nihil ibi concluſum fuit, quia aliud latebat. Nam Dux ipse præparabat se & disponebat vi & cum potestate venire *Bruxellam*, & intrare, & hoc favore & adjutorio quorundam suorum amicorum *Bruxellæ* existentium, in quibus confidebat, qui conspiraverant, quod *Joannes* de *Cluetinck* quondam Ammannus, sed a Præposito depositus cum virga equitando præcederet, sicut & postea fecit.

Aulæ præfectum. Vox quæ sæpius occurrit supra. Vid. *lib. 4. de Nobilit. cap. 2.*

Eodem anno Domini CIↃ. CCCC. XX. XXI. die mensis Januarii media nocte transacta recessit Dux a *Dieſt*, & cum eo dominus de *Heynsbergen*, & domicellus de *Heynsbergen*, nec non dominus *Joan-*

nes

nes de *Bueren* Præpoſitus Aquenſis, Theſaurarius Brabantiæ, cum magna multitudine virorum, ſed Comes Murſenſis Trajectenſibus tranſitum ei negantibus tempeſtive ad Ducem non venit. Poſt eum tamen verſus *Bruxellam* etiam venit. Hæc audiens oppidum *Bruxellenſe* & facto conſilio in domo civium ſuper prædictis decreverunt, ut portæ Duci aperirentur cum ſua familia, ſcilicet cxx. equitum & non amplius, & porta Lovanienſis clauſa ſervabatur, Duce foris ſtante & expectante. Tunc ſeptem Scabini ad portam accedentes eam aperiri fecerunt. Incipiente igitur Ducis populo ingredi tanta vi, qui retro erant, ingruebant, ut nemo vellet excludi, Duce ultimo intrante. Tunc Protector frater Ducis accedens ad eum apud Cauwenberghe exiſtentem locutus eſt ei, & die ſequenti Dux domum civium aſcendit. Ibi declarari fecit coram conſilio civitatis, quod nulla intentione *Bruxellam* veniſſet, niſi ut concordiam & pacem haberet cum fratre ſuo Protectore, & Baronibus ac nobilibus, nec non cum ſua patria, ſupplicando eis, ut ad hoc ipſi laborarent, Sequenti die Protector profectus eſt *Lovanium* ad Barones & nobiles illic exiſtentes. Quo audito Dux valde timuit, ne frater ſuus cum Baronibus & poteſtate *Bruxellam* veniret, idcirco demandavit Scabinos venire ad ſe, quærens ſi hoc modo contingeret fratrem ſuum venire, an eum intromitterent. Reſponderunt Scabini, quod parati erant in manus ſuas tradere claves civitatis, ut ipſemet cuſtodiret civitatem. Qua reſponſione Dux contentus dixit ſe in omnibus illis fidem dare. Verumtamen ipſa Communitas *Bruxellenſis* valde male contenta fuit eo, quod illi armigeri extranei ſic nudatis gladiis per plateas diſcurrebant, & in tabernis vino repleti ſedentes verba animoſa & ſuperba jactitabant, & dicebant ſe ex Brabantia non velle recedere, niſi ditati eſſent opibus Brabantinis. Idcirco Communitas die xxvii. ejuſdem menſis, ſcilicet Januarii, nocte ſurrexit, & bene armata ſuper forum convenit, quia multi bonorum virorum informati fuerunt *Bruxellæ*, quod dominus de *Heynsberch* cum ſuis complicibus conſpiraſſet, quod audito ſigno campanellæ apud *Regulares* apud *Cauwenberge* in nocte, quod tunc ad forum deſcenderent, & oppido *Bruxellenſi* fortitudine prævalerent. Etiam in argumentum veritatis hoc compertum eſt, ſatellites illos extraneos in hoſpitiis ſuis armatos ſuper ſtrata ſua jacuiſſe. Sed ipſi poſtea excuſationem dantes dicebant ſe ideo hoc feciſſe, & ſe armis induiſſe, quia intellexerant Communitatem illa hora ſurrexiſſe, ignorantes quid

sibi appropinquare posset per eam. Stante igitur Communitate prædicto modo in foro descendit Dux a sua Curia bis ad eam sedandam ac separandam a foro, sed minime valuit. Tunc die XXIX. dominus de *Heynsberge* captus, & ad domum civium est ductus, & omnes illi satellites, qui cum eo venerant, capti & vinculati sunt præter aliquos qui subtiliter evaserunt. Et Comes *Mursensis* admiratus est manens in suo hospitio. Eodem die Comes *Philippus* Protector venit de *Lovanio* ad *Bruxellam* cum Baronibus & cum Deputatis oppidorum *Lovanienſis* & *Antverpienſis* multum regrationando Communitati de tam fideli opera & sollicitudine pro communi utilitate patriæ perpetratis. Sequenti die prædictus Protector cum Baronibus ascendit in *Cauwenberge* in aulam fratris sui. Intrans jussit capi fere omnes fratris sui ministros & servitores, & alii licentiati sunt & remissi, & *Joannes* de *Dieghem* iterum Ammannus est constitutus a Protectore. Et ultimo ejusdem mensis multi civium capti sunt, qui occulti Ducis amici æstimati fuerunt. Et primo die Februarii *Joannes Cluetinck* qui antea Ammannus fuerat decollatus est eum quodam alio, & sequenti die hoc est die purificationis beatæ Mariæ adhuc multi cives capti & torti fuerunt. Nec multum post hæc omnium extraneorum dominorum satellites a vinculis soluti & remissi sunt, sed ipsi nobiles & Domini, qui fuerunt ferme CL. compulsi sunt permanere. Sed & arma eorum & equos jussit Protector capi & teneri & distribui suis amicis, in quos sibi complacuit. Deinde Dux profectus est *Lovanium* & cum eo domini de *Dieſt* & de *Rotselaer*, aliis Baronibus *Bruxellæ* manentibus. Facto etiam consilio super civibus captis concluſum est ibi & determinatum, quod ita toto tempore vitæ ipsorum permanerent capti, quod etiam *Bruxellæ* publico edicto cum multis aliis rebus declaratum est IX. die mensis Februarii. Tunc XIV. viri de notabilioribus super bigas ligati missi sunt ad diversa loca sive carceres, ad Lovanium, Antverpiam, Vilvordiam, Breda, Sichenem, Westerlo, Rotselaer, Cranendonck, Bergas. In prædicto Consilio etiam determinatum est per Protectorem, quod de cetero respublica *Bruxellenſis* regi ac gubernari atque disponi deberet per septem *turbas* & novem *nationei* officiorum mechanicorum usque ad XIX. personas, hoc est VII. Scabinos, II. Burgimagistros, IV. reddituarios, & VI. consiliarios. Et hæc constitutio postea a Duce ratificata & confirmata est. Insuper ipse Dux confirmavit & ratificavit Protectoratum sive Mamburnatum fratris sui, & omnia ac singula ge-

gesta, dicta, & facta ab eo perpetrata. Item septimo die Martii profecta est domina *Jacoba* ex *Hannonia* in *Angliam* propria sua potestate, & IX. die ejusdem mensis venit dominus *Philippus* Dux Burgundiæ Brugas, ubi jucundo favore receptus est, celebratis ibidem hastiludiis tribus diebus continuis. Deinde *Bruxellæ* magis ac magis denudatum est occultum consilium seu conspiratio a domino de *Ascha* temporibus præteritis confectum. Idcirco in octavis Paschæ anno Domini CIↃ.CCCC.XXI. Communitas rursus conglobata venit ad forum, ubi & decollati fuerunt dominus *Everardus Tserclaes* cum duobus aliis de novem nationibus. Et sequenti die Dux & Protector frater suus profecti sunt *Brugas* ad hastiludia & ad Ducem *Burgundiæ* eorum consanguineum. Postea venit rumor *Bruxellæ*, quod aliqui illorum captivorum, qui foris capti tenebantur, prout supra narratum est, præsumebant se adhuc vindicare de illis, qui eos in illam tribulationem induxerant, & ideo Communitas rursum ad arma recurrens voluit, ut illi XIV. prædicti *Bruxellam* reducerentur, & occiderentur, & præcipue ideo quia majora fere facta inventa sunt in eis, quæ ante bannitionem eorum ignorabantur. Idcirco Barones & nobiles non valuerunt obsistere, quin omnes XIV. *Bruxellæ* reducti fuerint. Et sic VII. die Junii ad domum civium deportati cum Communitate in armis existente, & forum occupante, & ibi aliqui eorum ante prandium & aliqui post prandium in præsentia Ammanni prædicti omnes XIV. decollati fuerunt. Comite itaque Mursensi & Domino de Heynsbergen cum filio suo, nec non Præposito Aquensi cum aliis Bruxellæ adhuc arrestatis, *Sigismundus* rex Romanorum scripsit tribus Statibus *Brabantiæ* supplicando & mandando sub pœna offensionis imperialis majestatis, quatenus prædictos dominos absolverent ab arrestatione aut saltem dimidii anni inducias concederent. Similiter & Electores imperii scripserunt ad Comitem Protectorem & ad tres Status mittendo unum notabilem dominum hoc idem supplicantes. Quibus Protector semper respondens dixit se prædictis captivis semper jus & justitiam præsentasse. Istis sic stantibus permanserunt in arrestatione, nec potuerunt absolvi, donec sibi amicabilibus & dulcibus alloquiis conciliarent quendam dictum *Gerardum* van den *Zype*, qui magnus apud Protectorem prædictum habebatur, cujus informatione & interventu gratiam & remissionem obtinuerunt. Ita tamen quod ipso die omnium sanctorum proxime futuro omnes redirent ad loca captivitatis suæ, & sic abierunt. Præpositus

tus tamen Aquenſis, & nonnulli alii, prædictam promiſſionem renuerunt facere, ſed captivi manſerunt. Comes etiam *Murſenſis* abſque ulla obligatione totaliter eſt dimiſſus cum omni ſua comitiva mediante perpetuæ pacis cautione facta Duci & ejus fratri Protectori, nec non tribus Statibus patriæ ſecundum contenta ſuarum literarum. Deinde omnes alii die condicta reverſi ſunt *Bruxellam*, dempto domino de *Heynsberch*, qui tamen poſtea cum filiis ſuis, quorum unus erat epiſcopus *Leodienſis* ſubmiſit ſe de omnibus dictamini arbitrorum, ſimiliter & Protector cum duobus Statibus ſecularibus, & ſic demum mediante dictamine illorum abſolutus eſt. His omnibus ita geſtis Comes *ſancti Pauli* reſignavit *Mamburnatum* ſive *Protectoratum* ſuum *Joanni* Duci fratri ſuo, qui rurſus per tres Status ordinatus & receptus eſt ad regimen patriæ. Conſenſerunt etiam ſibi unam precariam, ſcilicet c. & LXXX. millia Coronarum Franciæ certis & expenſis terminis perſolvendam pro ſtatus ſui manutentione partim, partim ſicut ipſe Dux promiſerat pro ſolutione præteritarum expenſarum hinc inde factarum, ita quod ipſe Comes frater ſuus habuerit de illa ſumma XXI. millia Coronarum.

In præcedentibus dictum eſt, quomodo Duxiſſa *Jacoba* uxor *Joannis* Ducis ingreſſa ſit Angliam, & ipſa ibidem exiſtens miſit ad Curiam Romanam dans intelligere, quod legitimum inter ſe & Ducem *Joannem* non eſſet matrimonium, & ideo Papa *Martinus* cauſam commiſit duobus Cardinalibus dirimendam, qui Ducem *Joannem* Romam coram eis citari fecerunt. Tunc Dux *Joannes* de conſilio patriarum Brabantiæ & Hannoniæ direxit ad Curiam certos Procuratores cauſam ſuam & jura defenſuros. His conſideratis domina *Jacoba* non expectavit determinationem eccleſiæ, ſed feſtine copulata eſt matrimonio Duci de *Gloceſtria* fratri Regis Angliæ. Unde poſtea multa damna patriis illata ſunt. Quod ipſe Rex Angliæ & *Philippus* Dux *Burgundiæ* nitebantur impedire ſuos mittentes Legatos ad Ducem *Joannem* requirendo, ut vellet prædictis Regi & Duci cauſam ſuam Romæ pendentem committere cum Magiſtris & Doctoribus notabilibus decidendam, & hoc de conſenſu ſummi Pontificis. Quod ipſe Dux libenter annuit & in omnibus ſibi poſſibilibus plenum ſuum conſenſum præbuit, ſub hac tamen conditione, ut ipſe domina *Jacoba* hoc idem faceret. Sed nec ipſa domina *Jacoba* nec ipſe Dux *Gloceſtriæ* ullo modo ad hoc potuerunt induci. Tunc Dux *Joannes* Heroldum ſuum miſit in Angliam, qui plene omnem inve-

veſtigavit veritatem, quem Dux Gloceſtriæ capi fecit, & ignominioſe ad cordam trahi. Sed tandem evaſit adjutorio Cardinalis Angliæ, cum quo prius terram ſanctam & *Jeruſalem* viſitaverat. Item anno Domini CIↃ. CCCC. XXII. XII. die Maji fuerunt *Lovanii* per tres Status patriæ confectæ & inſtitutæ multæ Ordinationes, & vocabantur *novum Regimen*, quæ Ordinationes confirmatæ & ſigillatæ fuerunt a Duce & a tribus Statibus exceptis oppidis *Bruxellenſi* & *Buſcoducenſi*. Item anno XXIII. ipſa nocte venerabilis Sacramenti *Bruxellæ* eruperunt de carcere dominus *Joannes* de *Bueren* Præpoſitus Aquenſis, & plures alii, fugientes nocte obſcura. Item anno XXIV. ipſo die S. Georgii poſt Paſcha cum *Gerardus* de *Zype*, qui magnus apud Comitem *ſancti Pauli* habebatur, veniret de *Fura*, ubi apud Ducem fuerat, obvium habuit in via dominum *Joannem Blondeel* militem, inimicum ſuum, qui interfecit *Gerardum* in eodem loco. Non multum poſt temporis rumores venerunt, quomodo & qualiter Dux *Gloceſtriæ* profectus de Anglia veniſſet *Caliſiæ*, & deinde relicta *Caliſia* tenderet cum domina *Jacoba* nocte dieque iter agens cum poteſtate magna, ut patriam Hannoniam invaderet, & ſibi uſurparet, qui & diviſerat populum ſuum in tres turmas, ita ut anterior cuſtodia exercitus circiter CIↃ. equos contineret, poſterior vero duo millia quadringentos, & inter utrumque erat Dux ipſe cum domina Jacoba cum mille ſexcentis equis, ita ut ſumma omnium eſſet fere quinque millium equorum. Et mater dominæ *Jacobæ* ſupplicationem magnam miſit ſcribendo ad nobiles & ad omnes ſuos amicos per totam Hannoniam conſtitutos, quatenus ſecum dignarentur ſuæ filiæ occurrere, & decenter illam recipere. Igitur Dux *Gloceſtriæ* una cum domina *Jacoba* prædicto modo ingreſſus eſt Hannoniam, favente ſibi & adjuvante domino de *Haverets*, qui tamen a Duce *Joanne* Capitaneus ibidem ordinatus fuerat, ſed eidem Duci cum nonnullis aliis inimicus factus eſt. Nobiliores tamen & potentiores *Hannoniæ* fidelitate ſervata *Joanni* Duci adhæſerunt. *Bruxellenſes* his auditis de Duce Anglicano miſerunt Ammannum ſuum cum ſagittariis & aliis multis viris bellicoſis in oppidum *Hallenſe* illud fortificando & ad domini eorum *Joannis* utilitatem cuſtodiendo. Et Dux *Joannes* miſit ad cognatum ſuum Ducem *Burgundiæ*, ſed & ad *Joannem* Ducem *Bavariæ*, ut ſibi eſſent adjutorio, quod promiſerunt ſe amicabiliter facturos. Etiam miſit ad epiſcopum Leodienſem, & ad Capitulum civitatemque Leodienſem hoc idem ab eis petendo. Sed quia *Leodien-*

ſes deſuper multas dietas & conſilia longa ſervando diſtulerunt dare reſponſum Nuncii vacui ad Dominum ſuum ſunt reverſi, timentes ne forte dominus de *Heynsberch* & epiſcopus filius occulte confœderarentur cum Duce *Gloceſtriæ*, & ne hoc fieret Dux *Joannes* Brabantiæ præveniendo eum, pactum & ligam iniit cum Domino de *Heynsberge*. Oppidum etiam Trajectenſe promiſit Duci *Joanni* omnem exhibere aſſiſtentiam adverſus Anglicos. Similiter & civitas *Tornacenſis* idem pollicita eſt. Etiam duo Status ſeculares Brabantiæ omne adjutorium Duci promiſerunt contra prædictum Ducem *Gloceſtriæ*. Interea cum hæc agerentur, & *Joannes* Dux Brabantiæ ſe pararet, & ſubſidium ultro citroque ſibi conquireret a ſuis amicis fama ad eum venit, quomodo *Joannes* Dux *Bavariæ*, qui jam magnam præparationem fecerat pro debellatione inimicorum *Joannis* Ducis *Brabantiæ* defunctus eſſet. Quæ fama Duci triſtitiæ & doloris materiam ingeſſit, eo quod ſua morte mediante magnum ſibi juvamen ſublatum eſſet. Etiam pertimuit ne Dux *Glocestriæ* invadere poſſet cum domina *Jacoba* patriam Hollandiæ & Zelandiæ, ſicut antea Hannoniam invaſerat. Idcirco Dux de conſilio Statuum patriæ, certos & expreſſos Capitaneos, utpote Comitem ſancti Pauli fratrem ſuum, quem generalem & ſummum conſtituit Capitaneum Brabantiæ gubernandæ & cuſtodiendæ in ſua abſentia, & dominum *Petrum* de *Lutzenborch* dominum de *Converſant*, dominum de *Edingen*, & dominum *Thomam* dominum de *Dieſt*, & Comitem de *Naſſouwe*, dominum de *Breda*, & ipſe Dux profectus eſt in Hollandiam, & Zelandiam cum multis nobilibus & militibus, ubi a nobilibus & oppidis honorifice valde & cum gaudio receptus eſt, utpote eorum verus Dominus & Princeps & legitimus Mamburnus dominæ *Jacobæ*, & ipſi renovarunt ſua juramenta fidelitatis. Audiens ergo Dux *Gloceſtriæ Joannem* Ducem Brabantiæ perrexiſſe verſus *Hollandiam* miſit armigeros ſuos ad confinia *Brabantiæ* vexillis extenſis cuncta incendentes & deprædantes, deſtruenteſque ſacratas Deo capellas, & alia loca divino cultui deputata, religioſas etiam perſonas violantes, nec proh dolor ulli ſexui, ætati, vel religioni parcentes. Hæc omnia pauperes & innocentes luentes, ſuper quibus ſe non cuſtodierant, eo quod Duci *Brabantiæ* ipſe Dux *Gloceſtriæ* nullam diffidationem inſinuaſſet. His auditis Comes ſancti Pauli & alii Capitanei miſerunt domicellum de *Weſemale Nivellam* cum gentibus armorum, nec non dominum de *Roſſelaer*, & dominum *Joannem* de *Glimes* dominum de

Ber-

Bergis ad oppidum *Hallenſe* illo modo muniendo confinia Brabantiæ, ubi ſæpenumero bellatum eſt, ubi & Anglici fere ſemper majora damna perpeſſi ſunt. Sed & Dux *Gloceſtriæ* poſuerat cuſtodiam ex armigeris ſuis in oppido, quod *Braine Comitis* dicitur, ex quo Brabantinis magna damna inferebantur, ſed una dierum domicellus de *Weſemale* & de *Monjouwe*, & dominus *Engelbertus* de *Edingen* cum ſua ſocietate ad oppidum præfatum acceſſerunt, tunc Anglici cum magna poteſtate exeuntes Brabantinos longius fugaverunt, qui ex induſtria fugam ſimulantes, quouſque Anglicos longius ab eorum oppido protraxerunt, cumque remoti a ſuis fuiſſent perſtiterunt, ubi arrociter valde pugnatum eſt tamdiu quouſque victoriam Brabantini reportaverunt, & Anglicos uſque ad oppidum fugaverunt, ita quod multi manſerunt occiſi, ſauciati, & captivati. Poſt hæc certa die condicta oppida Brabantiæ communi deliberatione & unanimi voto cum exercitu pervenerunt in campum non longe a *Bruxella*, ut cum Capitaneis ad hoc ordinatis proficiſcerentur in *Hannoniam*. Sed quia *Buſcoducenſes* nondum venerunt prolongata fuit profectio eorum quindecim diebus. Interea orta eſt controverſia inter *Antverpienſes* propter illos de *Lira* & de *Santhoven* cum ſuis pertinentiis, quia *Lovanienſes* voluerunt, ut ſe ſequi deberent, *Antverpienſes* vero hoc idem ad ſe pertinere affirmabant. Tunc Comes ſancti Pauli ordinavit, quod pro tunc nec hos nec illos ſequerentur, ſed ſe, & figerent ſua tentoria juxta ipſius tentoria, ſalvo tamen jure partis. Interim *Buſcoducenſes* etiam advenerunt cum ſuis ſubjectis. Tunc Comes ſancti Pauli & reliqui Capitanei cum Baronibus, militibus, vaſallis, & aliis nobilibus & oppidis patriæ, nec non & oppidum Trajectenſe cum exercitu magno & forti uſque LX. millia tam equitum quam peditum, *Philippus* etiam Dux Burgundiæ miſit Duci *Joanni* cognato ſuo ex Francia non parvum præſidium hominum armatorum cum tribus Capitaneis, domino ſcilicet de *Croy*, domino de *Lyliadam*, & domino *Andrea Debelli*. Venit etiam in miniſterium Ducis Baſtardus ſancti Pauli dominus de *Hac*. Sed & civitas *Tornacenſis* Duci miſit electam comitivam armigerorum, quemadmodum prius Duci miſerat. Igitur hi omnes pariter conglobati profecti ſunt uſque ad oppidum de *Breyne*, in quo multi Anglici cum aliis ſe invenerunt, quod forti obſidione circumdantes omnem patriam circum circa incendio vaſtavere. Poſtquam autem aliquamdiu in obſidione hujus perſtiterunt, ipſi propius oppido ſe applicuerunt, quod valde

forte erat foſſatis, muris, turribus, & portis, & illud terribiliter invaſerunt inſultibus & machinis, repugnantibus his, qui intus erant, & ſe viriliter defendentibus, ita ut a muris multi nobilium in foſſato præcipitarentur. Et iſte inſultus duravit uſque ad ſolis occaſum. Sequenti die illi de oppido requirebant tractatum fieri, ſed non ita factum fuit, quinimo quilibet adverſariorum præparabat ſe ad expugnationem oppidi, quod Anglici videntes dederunt ſe in manus Comitis ſancti Pauli ſalvis ſuis corporibus, & alii cum ſuis ſubſtantiis & ipſo oppido eſſe deberent ad ipſius voluntatem. Hoc modo oppidum de *Breyne* exſtitit lucratum, reſignatum, & deſtructum, & funditus combuſtum anno Domini CIↃ.CCCC.XXIV. XI. die Martii. Spolia vero diſtributa fuerunt, ſicut illud eſt moris. Aliqui vero de principalioribus oppidanorum de *Breyne* propter eorum infidelitatem fuerunt ſuſpenſi, alii gladio animadverſi, reliqui pauperes, ſimplices, & innocentes cum mulieribus & parvulis in vita relicti. Anglici vero, qui fugere poterant ad manus Dominorum, fuerunt ſalvati, ſed multi a Communitate exercitus manſerunt interfecti, quos Domini & nobiles nequiverant ſalvare. Cum ergo rumor per Hannoniam conſtrepuiſſet oppidum de *Breyne* ita devaſtatum, multa oppida ſicut *Valentianæ* gratiæ & benevolentiæ Ducis ſe dederunt, effugantes Anglicos, qui inter eos erant, & abſque dubio ſi Brabantini proceſſiſſent, ſicut cœperant, totam *Hannoniam* obtinuiſſent, ſed gravi inundantia nivium & pluviarum prohibiti in Brabantiam ſunt reverſi. Sed priuſquam ex campo proficiſcerentur ad propria miſit Dux *Gloceſtriæ* Heraldum ſuum ad Comitem ſancti Pauli mandando & indicendo ſibi prælium. Unde ipſe Comes & totus Brabantinus exercitus gaviſi ſunt & exſpectantes eum quatuor diebus non comparuit. Cum ergo Brabantini proprias tenderent ad ſedes Anglici, qui locum de *Zernecke* occuparverant, ſecuti ſunt eos, invadere parantes extremam partem exercitus, ſi eam inermem inveniſſent. Quod percipiens Comes ſancti Pauli, qui poſteriorem exercitus ſervavit cuſtodiam cum multis nobilibus, cum quo etiam erant *Lovanienſes* & *Bruxellenſes*, qui adhuc ſua arma habebant bellica, adornavit populum ſuum & ſtare præcepit. Tunc miſſæ ſunt in hoſtilem exercitum bombardæ, colubræ, ſagittæ, ita ut exercitus Anglicorum ſolveretur fugæ ſe committendo, & ſic Brabantini cum gaudio ad propria perveneiunt. Hoc modo Comes ſancti Pauli cum Brabantinis tam fideliter ſubvenit Duci fratri ſuo abſenti & pro tunc in par-

partibus Hollandiæ & Zelandiæ, ut prædictum eſt, profecto. Poſt hæc Dux *Joannes* miſit Romam ad prædictum Papam *Martinum* notabiles *Legatos* ſive *Nuncios*, ſcilicet epiſcopum Cameracenſem, Magiſtrum *Joannem Bont* cum aliis literatis viris pro proſecutione expedienda prædicti matrimonii, ubi aliquantiſper cum magno ſtatu morati ſunt.

Anno quoque Domini CIↃ. CCCC. XXV. in Majo paravit *Joannes* Dux Brabantiæ ſe cum poteſtate magna ad obſidendum oppidum ſeu villam, quæ *Montes Hannoniæ* vocatur, ubi & domina *Jacoba* tunc temporis reſidebat. Idcirco ordinavit dum abſens foret pro tuitione Ducatus Brabantiæ *Wilhelmum* Comitem de *Seyne*, dominum de *Sint Aechtenrode*, dominum de *Dieſt*, dominum *Arnoldum* de *Craynhem*, Magiſtrum *Cornelium* Præpoſitum Cameracenſem, & nonnullos alios Conſiliarios, donec maneret in Hannonia. Igitur Dux profectus eſt uſque *Nivellam*, & ibi expectans populum miſit Comitem de *Ponthieuwe*, Comitem de *Converſant*, Dominum *Engelbertum* de *Edinghen*, & *Domicellum* de *Monjouwen* in agrum *Montium Hannoniæ*, ut illum circumequitando devaſtarent, & ipſe poſt biduum ſubſecutus eſt eum robore exercitus. Obſeſſa autem villa *Montium Hannoniæ* factus eſt ibi inſultus terribilis contra eam bombardarum, machinarum, & ſagittarum & etiam frequenter eſt pugnatum contra prodeuntes de oppido. Illo ergo in tempore, quo Dux *Joannes* occupatur in prædicta obſidione, *Philippus* Dux *Burgundiæ* tantum elaboravit, ut ipſe Dux *Joannes* acquieverit venire Duacum ad eum, exercitu ſuo in obſidione relicto & bene munito. Et domina *Jacoba* ſimiliter miſit nonnullos amicorum ſuorum. Quibus ibi congregatis maturo conſilio habito concluſum eſt, quod ipſa domina *Jacoba* exiſtens pro tunc in *Montibus Hannoniæ* deberet manere in aliquo loco Ducis Burgundiæ, donec ſententia definitiva pronunciaretur in Curia Romana de matrimonio, quod inter ipſam & *Joannem* Ducem Brabantiæ, aut quoadulque proceſſus terminaretur per mortem alicujus e duobus, & quod de patriis *Hannoniæ*, *Hollandiæ*, & *Zelandiæ* annuatim ſumetur una rationabilis ſumma pecuniarum pro ſui ſtatus manutentione, & Dux Joannes deberet reſtitui debite in plenariam poſſeſſionem prædictarum patriarum *Hannoniæ* videlicet, Hollandiæ, & Zelandiæ, prout congruit Domino patriæ, & quod obtenta poſſeſſione ipſe Dux *Joannes* conſtituere & ordinare deberet Capitaneum ſeu Gubernatorum unum Comitatus *Hannoniæ* Duci *Philippo* gratum & acceptum.

Et insuper quod fieret in patria una generalis abolitio omnium & remissio forefactorum criminalium & omnium confiscationum. Pro correctione etiam civili exercenda super reos Hannoniæ Dux *Joannes* ordinare deberet quatuor notabiles personas, quorum tamen quatuor Dux Burgundiæ duos pronunciare deberet. Igitur prædicto tractatu finito & in *Duaco* publicato Dux *Joannes* cum suis profectus est Valencenas, ubi miro favore & reverentia receptus est ab omnibus Statibus oppidi prædicti. Sed & omnes plateæ, per quos transire habebat, consperfæ erant herbis odoriferis & pretiosis, coopertæ tapetis & multis aliis, quæ longum esset hic enarrare, sed & Rectores, & legislatores, & jurati oppidi prædicti pretiosam & pulchram † propinam ei obtulerunt. Deinde tertio die profectus est a *Valencenis* ad exercitum suum, quem reliquerat ante *Montes Hannoniæ*, & ibi mansit, donec domina *Jacoba* exiit, & venit in manus & potestatem Deputatorum Ducis *Burgundiæ*, & sic ipsa pervenit in exercitum Brabantiæ, petens loqui cum *Engelberto* Comite de *Nassau*, & cum domino *Henrico* de *Leckeyden*, quos & flebilibus oculis ipsa rogavit, ut eorum tantæ fierent preces ad Ducem Brabantiæ, quatenus morari permitteretur in aliquo oppido aut castro Brabantiæ, ubicumque Duci placeret, ita quod saltem non traderetur aut deveniret in manus Ducis Burgundiæ, sed nihil obtinuit, & sic in brevi deportata est *Gandavum*, ut illic maneret, & statum suum teneret, secundum tenorem tractatus supradicti. His ita peractis *Joannes* Dux possessionem capi jussit oppidi *Montium Hannoniæ* per dominum de *Edingen*, & per domicellum de *Monjouwen*, qui & receperunt a civibus juramenta fidelitatis & obedientiæ nomine Ducis, qui ordinavit dominum *Joannem* de *Lutzenborch* Gubernatorem patriæ Hannonienſis. Ordinavit etiam & instituit quatuor Commissarios, scilicet dominum *Petrum* de *Lutzenborch*, dominum de *Edingen* consanguineum suum, & domicellum de *Monjouwen*, nec non & duos alios milites, qui Duci Burgundiæ viderentur ad hoc apti, ut per prædictos correctio fieret in delinquentes & malefactores. Fecit insuper Dux *Joannes* confiscari & arrestari duariatum & omnia bona dominæ *Margaretæ* matris dominæ *Jacobæ*, eo quod Duci rebellis perseverabat. Eodem anno postea in mense Julio certus rumor ad Ducem *Joannem* venit, quod Anglici consensissent Duci *Gloceſtriæ* unam precariam & petitionem octingentorum **Salutum* aureorum & xx. millia virorum pro vindicta facienda in inimicos suos Brabantinos, qui eum ex Han-

† Donum, munus, *propina* est. *Propina* a propinandi. Dono aliquid daturus donatario id propinabat. Anonym. apud Mader. *cogens Saxones annuatim sibi causa honoris* ccc. *equos propinare.* Chron. Magdeb. apud Meibom. 2. rer. *Germ. propinavit sibi oppidum Gurtzigit & sine consensu Capituli &c.*

* Nummi ab Henrico V. rege Angliæ cusi, Vid. du Cange in *Salus.*

Hannonia exturbaverant, & quod ei mitteret in adjutorium rex Scotiæ, qui neptem prædicti Ducis *Gloceſtriæ* ſibi deſponſaverat, octo millia *Scotorum*, quodque etiam in ſuum haberet miniſterium totidem ex *Hybernia* armigeros. Sed & alii Anglici, qui cum eo nuper fuerant, reſidebant in Normannia, exſpectantes Ducem transfretantem, ut ſe illi adjungerent contra *Joannem* Ducem Brabantiæ. Audiens ergo hæc omnia Dux *Joannes* fecit cuſtodiri confinia *Hannoniæ*, oppida etiam & caſtra fecit muniri, & præparationes fecit magnas ad reſiſtendum Duci *Gloceſtriæ*, ſi eum contingeret ex Anglia transfretare. Etiam nunciavit famam & rumorem prædictorum cognato ſuo Duci *Burgundiæ*, petens ab eo ſubſidium, quod & obtinuit, ſi foret inquit neceſſe. Conſiderans etiam & perpendens Dux *Joannes*, quod omnes ſuas terras nequiret perſonaliter regere ac gubernare conſilio habito deliberatus eſt tranſportare in manus & poteſtatem Ducis Burgundiæ gubernationem ac regimen patriarum Hollandiæ & Zelandiæ; ſuper quo etiam literæ auctenticæ fuere confectæ, ſed tres Status Brabantiæ in hoc minime conſenſum præbere voluerunt, niſi facta prædictarum literarum rationabili moderatione, quia ipſi alias hoc judicabant eſſe in magnum præjudicium Ducatus Brabantiæ habito reſpectu præcipue ad oppida de *Heuſden* & *ſinte Geertruydenberge*. Etiam Præpoſitus *Cameracenſis* ſigilliſet recuſavit prædictas literas ſigillare. Attamen fuerunt ſigillatæ novo ſigillo facto *Mechliniæ*. Domina *Jacoba* poſtquam aliquantiſper Gandavi, ſicut prædictum eſt, morata fuiſſet, clam inde profecta venit *Schonhoviam* in *Hollandia*, & nonnullos nobiles & etiam oppida ſubtiliter attraxit ſibi, quod Ducem *Gloceſtriæ* minime latuit. Qui ſtatim tranſmiſit Dominum de *Filwater* cum multis Anglicis ad dominam *Jacobam* in Hollandia exiſtentem, applicuitque cum ſua claſſe terræ Zelandiæ. Quod percipiens *Philippus* Dux Burgundiæ immediate tanquam Gubernator fecit præcipi ex parte Ducis Brabantiæ, ut omnes eum ſequerentur ad reſiſtendum Anglicis qui transfretaverant. Profectus eſt igitur cum manu forti armigerorum tam ſuorum quam Hollandicorum contra exercitum Anglicanum, quia jam applicuerant in *Brouwershaven*. Tunc miſerunt *Anglici* ad eum Heraldum unum *Glouceſtrie* vocatum ſciſcitantes per eum, utrum Duci Burgundiæ placeret contra eos inire prælium, Dominus de *Filwater* eorum Capitaneus concederet illi locum & campum ad hoc aptum. Super quo Dux *Philippus* miſit eis per ſuum Heraldum appellatum

Bour-

Bourgoigne tale reſponſum, quod non eſſet licitum domino de *Filwater* offerre aut concedere locum ad bellandum, ſed quod ipſemet potens eſſet intercipere locum cum ſibi placeret. Et ſic ipſe cum ſuo exercitu viriliter campum eſt ingreſſus. Anglici igitur præparati & in acie ad bellandum ordinati impugnare cœperunt Ducis *Philippi* exercitum adhuc minus bene ordinatum & præparatum. Sed ipſe Dux *Philippus* quaſi leo intrepide invaſit eos ſuſtinens in ſuam propriam perſonam fere totum pondus prælii, ſed ei in præſidium fuit *Joannes* de *Villain* miles ſtrenuus, faciens ſibi locum percutiendo a dextris & a ſiniſtris, ubi multi Anglicorum ceciderunt interfecti. Sed & ipſe Dux mira virtutis illic geſſit opera Anglicanum penetrando & percutiendo exercitum, committendo ſe fortunæ, donec ſibi cederet victoria & obtineret campum. Et ex ſuis nemo mortuus eſt niſi dominus *Andreas* de *Belly* miles egregius. Sed ex parte Anglicorum fere omnes Capitanei interfecti ſunt dempto domino de *Amſtede*, qui Anglicis ibi venerat in adjutorium cum duobus millibus *Zelandicorum*, qui tamen captus eſt cum ducentis Anglicis. Occubuerunt ergo in illo prælio tria millia Anglorum electorum pugnatorum, qui ſecundum veram relationem Anglicorum Heraldorum fuerunt flores & electiſſimi ex armigeris & ſagittariis, qui in regno Franciæ habebantur. Hoc prælium accidit in *Zelandia* in *Brouwershaven* anno Domini CIↃ. CCCC. XXV. XIII. die Januarii.

Eodem anno & menſe Cardinales de *Urſinis* & de *Venetiis*, qui judices conſtituti fuerant in cauſa matrimoniali inter Ducem *Joannem* & dominam *Jacobam* poſt deliberationem aliorum Cardinalium ſententiam elocuti ſunt, quod domina *Jacoba* illicite ſe a thoro & ſocietate Ducis *Joannis* ſæpe dicti ſeparaſſet, & idcirco ſibi jure reſtitui deberet. Ordinaverunt tamen & judicaverunt certis & rationabilibus cauſis ad hoc moti, quod ipſa uſque ad ultimam definitivam ſententiam cauſæ principalis & originalis cuſtodiri deberet & teneri expenſis ſuis propriis apud Ducem *Sabaudiæ*, qui attinebat Duci Brabantiæ & etiam dominæ *Jacobæ* in tertio gradu conſanguinitatis & ex affinitate in ſecundo. Audito & percepto hoc judicio Dux *Glouceſtriæ* divertit cor ſuum a domina *Jacoba*, & non multum poſt duxit uxorem in Anglia. Sed & Dux *Brabantiæ* audiens prædictum judicium & ſententiam pacatus eſt in ſua conſcientia. Intelligens vero domina *Jacoba*, quæ contra ſe judicata fuerant, omnino turbata eſt, & nolens ſe tradere in manus Ducis Sabaudiæ, eligens potius in manus & poteſta-

tem

tem Ducis *Brabantiæ*, ſed ipſe recuſavit eam accipere, dicens ſe nihil aliud velle facere, quam ſequi ſententiam a prædictis Cardinalibus prolatam, & ſic ipſa manſit *Schoonhoviæ*. Eodem tempore orta eſt magna diſſenſio inter oppidum *Antverpienſe* & dominum *Joannem* de *Glimes* dominum de *Bergis*, propter quam multæ convocationes dietarum factæ ſunt, & hoc occaſione cujuſdam civis *Antverpienſis*, qui fuerat inventus falſa moneta ſolviſſe ea quæ *Bergis* emerat, & ſtatim captus & graviter tortus fuit. Tunc oppidum *Antverpienſe* requiſivit a Seneſcallo & etiam a Sculteto *Bergenſi*, ut ſuum civem emitterent, eo quod nuſquam juri ſtare haberet niſi *Antverpiæ*, & quia ipſi petita renuerunt implere, banniti ſunt extra totum Marchionatum *Antverpienſem*, æſtimantes *Antverpienſes* eos ſic oportere oppidum *Bergenſe* relinquere, eo quod ſub parte *Antverpienſe* conſtitutum eſt. Sed dominus de *Bergis* illic eos retinuit, dicendo quod *Bergis* in Brabantia ſitum eſt, & quod in feudum teneret hoc a Duce *Brabantiæ*. Et ſic hæc diſcordia magis ac magis in dies crevit, & ſibi mutuo damna & arreſtationes intulerunt, adeo quod ipſe Dux neceſſario interponere ſe deberet, mandans & præcipiens utrique parti, ut ſuo judicio ſtarent tanquam eorum Principis, judicis, & Ducis. Sed *Antverpienſes* contra dicendo dixerunt hoc eos facere non poſſe, nec teneri in cauſis & caſibus oppidum *Antverpienſe* tangentibus, aut etiam ſua privilegia & jura publicare ſeu oſtendere niſi intra oppidum ſuum. Unde Dux non modicum offendebatur. Tunc inſuper *Antverpienſes* requiſierunt a ſuo Sculteto, ut damna inferret domino de *Bergis* ejus bona occupando, & ipſi egreſſi cum duobus fere millibus virorum in agrum *Bergenſem* multa damna intulerunt & deprædationes faciendo, & capiendo homines &c. Super quibus Dux amplius iratus fuit. Sed medio aliorum oppidorum Brabantiæ negotium ad hoc perductum eſt, ut ambæ partes coram Duce & tribus Statibus comparere deberent, ut ſuo judicio ſtarent, quod & factum eſt. Igitur cum jam aliquantiſper oppidum Antverpienſe & Dominus de *Bergis* litem & proceſſum contra ſe mutuo continuaſſent, conſilio amicorum ſubmiſerunt ſe determinationi & arbitrio Domini de *Edingen* & Domicelli de *Monjouwen*, qui poſuerunt eos in pace.

Item iſte nobilis Dux *Joannes* ex amore & affectu, quem habebat erga Dei eccleſiam & clerum, procuravit & obtinuit a Papa *Martino* antedicto Studium univerſale & privilegiatum *Lovaniënſe* in omni ſtudio & facultate, dempto ſtudio & facultate ſa-

cræ Theologiæ, quod tamen non multum post additum & obtentum fuit, & demandavit diversos Doctores & Magistros in omni scientia præclaros, quos stipendiari jussit ab oppido suo *Lovanienſi*. Qui primas ibidem lectiones fecerunt seu inceperunt primo die Octobris [1] anno Domini CIↃ.CCCC.XXVI. Item in eodem anno in principio Maji supportavit Dux *Joannes* consanguineum suum dominum *Joannem* de *Lutzenborch* de gubernatione patriæ Hannonienſis, & postea in Septembri perrexit ipsemet in Hannoniam ad Zenecken, deinde ad *Montes Hannoniæ*, & deinde ad sanctum Gislenum. Tandem reversus est *Bruxellam*.

Igitur cum domina *Jacoba*, ut supra dictum est, moram traheret Schoonhoviæ, & attraxisset sibi ad concordiam suam oppidum Goudense tenens populum multum armorum, qui in oppidis Hollandiæ sibi non obtemperantibus multa intulerunt damna, dominus etiam de *septem Montibus* tenuit partem assistentiam præbens cum eadem Domina *Jacoba*, facienſque cum ea multa damna in aquis, propter quod *Philippus* Dux *Burgundiæ* tanquam Gubernator Hollandiæ pro parte Joannis Ducis Brabantiæ anno quo supra venit cum potestate magna, & obsedit & expugnare cœpit navali bello oppidum *septem Montium*, ita ut cives includerentur, nec pateret cuiquam egressus seu ingressus. Et quamvis sæpius prædictus dominus de *septem Montibus* requisitus fuisset & ab omnibus admonitus, ut se neutralem exhiberet, etiam ex parte Ducis Burgundiæ sibi magna pecuniæ summa præsentata, acquiescere tamen nec promissis nec mandatis ullo modo voluit. Et ideo Dux obsidionem aggravans eos qui intus erant multum acrius arctare cœpit. Quod videntes *septem Montenses* & considerantes quæ aut qualia suo Domino fuissent præsentata, invito suo Domino oppidum tradiderunt in potestatem Ducis Burgundiæ *Philippi*, expulso & ejecto ipso Domino de *septem Montibus*. Domina quoque *Margareta* de *Burgundia* mater dominæ Jacobæ, eo quod privata fuerat a suo duariatu, ut supra dictum est, propter suam rebellionem, majus augmentum sumpsit ira ejus contra *Joannem* Ducem Brabantiæ, in tantum quod po-

1. Prælectionis fundamenta VII. Septemb. facta ait Divæus *lib.* 18. *Joannes*, inquit, *Dux noster cum urbs Lovanienſium pereunte lanificio paulatim ad vastitatem rediret, Gymnasium ibi instituit, impetrato a Martino V. Pontifice, ut Jura, Medicina, ac Artes prælegerentur. Facta prælectionis fundamenta* VII. *Septembr. &c.*

poni fecit ei insidias, cum venationi operam daret in *Zoma* circa *Furam*, ut vel sic captus duceretur in Hannoniam ad *Quercetum*, & hoc in anno quo supra in mense Decembri, sed aliter factum. Nam comprehensus & captus est quidam homo ex Hannonia nomine *Joannes Militis*, qui in eculeo extensus & ligatus petiit dissolvi volens & promittens cuidam de omnibus veritatem se dicturum. Laxatus ergo confessus est, quod antiqua domina Duaria ipsum misisset inquisitum *Gandam*, quomodo ibi & quam fortis sive cum quali aut quanta comitiva tam equitum quam peditum Dux exire consuevit, quia putabat eo modo faciliter capi posse ipsum Ducem, & abduci versus *Quercetum* captivum. Etiam dicebat de quadam torque aurea mirabili ex Anglia, quam *Ostensus* van der *Motten* haberet, sed cui circumdari deberet dicebat se nescire. Et ista omnia & multa alia fatebatur non tortus diversis temporibus, & hoc coram Consiliariis Ducis Burgundiæ, coram Statibus Brabantiæ, & etiam aliunde. Deinde præfatus *Joannes Militis* missus est *Bruxellam* & ibi carceri perpetuo mancipatus. Comes sancti Pauli frater Ducis libenter vidisset, ut sibi factum fuisset secundum sua merita, sed pius & clemens Dux omnino hoc noluit, dicens quod teneretur administrare justitiam in eos, qui aliis injuriarentur, sed cum in suam personam delinqueretur, & hoc amore Dei dimitteret, tunc excitaret Deum, ut sibi etiam sua peccata dimitteret, & sic proposuit eum in vinculis reservare captivum usque ad diem parasceves proxime futurum, ac tunc absolvere, & omnem offensam propter Deum dimittere, ut sibi Deum propitium haberet. Sed hoc Deus non permisit, quia Dux ipse usque ad illum diem non supervixit, ut inferius patebit. Remansit igitur homo ille captus, quoad usque Comes sancti Pauli effectus est Dux Brabantiæ, qui eum fecit *Bruxellæ* ante domum civium in loco eminenti decollari & postea quadripartiri. Completa autem quadam dietica conventione, quam habuit Dux *Joannes* cum tribus Statibus Brabantiæ apud oppidum *Lirense*, factum est, dum rediret *Bruxellam* Sabbatho ante Dominicam in *ramis Palmarum*, concomitante secum fratre suo Comite sancti Pauli, & esset inter *Bruxellam* & *Vilvordiam*, apprehendit eum infirmitas magna, sicque pervenit *Bruxellam* in infirmitate indies augmentum capiente usque ad *Cœnam Domini*. Tunc rogavit fratrem suum Comitem Sancti Pauli quatenus testamentum quondam a se conditum executioni mandare vellet, quod ei frater suus promisit. Jussitque Dux devotus coram se tres

missas celebrari, quas devotissime audivit, & facta confessione recepit cum mira devotione corpus Domini, & etiam immediate sacramentum extremæ unctionis. Deinde commisit domino de *Rotselaer* cognato suo vicem suam in mandato illius dici perferendo secundum morem. Et circa horam decimam post meridiem sensit nobilis ille Dux virtutibus plenus mortis suæ horam instare, & peregrinationis suæ tempus impleri, & incepit legere psalmum illum: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*, & dicto illo versu exiit illa devota anima de corpore anno ætatis suæ XXIV. anno Domini CIↃ. CCCC. XXVI. XVII. die Aprilis in Cœna Domini. Et reservatum est corpus ejus aromatibus conditum usque ad feriam tertiam post Pascha, & tunc post prandium deportatum est solemni processione & pompa funerali cum multis lachrymis de *Couwenberge* ad ecclesiam sanctæ *Gudelæ*, ubi cum ceremoniis cantatæ sunt vigiliæ, & sequenti die missa solemniter celebrata. Deinde deportatum est prædictum corpus super gestatorium usque ad ecclesiam sancti *Joannis* in *Fura* & rursus vigiliæ & missæ officiosissime celebratæ sunt, & postea humatum est in choro ejusdem ecclesiæ juxta Anthonium patrem suum & matrem suam. Et in istis exequiis erant cum Comite sancti Pauli fratre Ducis defuncti, multi Prælati, & Abbates, Comites, Barones, milites, & nobiles, atque Deputati omnium oppidorum. Deinde Comes sancti Pauli futurus Dux *Bruxellam* veniens ascendit Curiam de *Couwenberge*, ubi deflevit mortem fratris sui. Et quia scriptum est, *Ne laudaveris hominem in vita sua*, quasi diceret, *lauda post mortem*, magnifica post consummationem, illo potissimum tempore, quando nec laudantem notat adulatio, nec laudatum tentat elatio, idcirco laus istius juvenis Ducis non est omnino tacenda, quia multas in se conditiones optimas habuit. Unde omnes homines & præcipue nobiles sibi exempla imitationis sumere possent, ut Deo valeant placere, & Christianissime mori, quemadmodum ipse defunctus est, quia qualis vita præcessit, talis solet communiter sequi finis. Rexit autem hic nobilis Dux Brabantiam paulo plus XI. annos, in quibus multa adversa pertulit, prout in præcedentibus dictum est, in omnibus tamen illis patiens valde fuit, Deum semper laudando & timendo, eique die ac nocte devote serviendo. Adeo etiam compatiens fuit pauperibus, largas eis eleemosynas dando, ut eum communiter patrem pauperum vocarent. Etiam valde extitit affabilis, benignus, mansuetus, & in omnibus valde compositus,

Mandatum eleemosyna est. Vid. 1. *Fundat.* 22. *n.* 5.

Vid. Divæum *lib.* 18. *hist.*

duns

dans audientiam & copiam ſui tam pauperibus quam divitibus. Idcirco planxerunt eum valde ſubditi ſui, & ſingulariter ſui familiares, & inſuper extranei. Cum Deo vivat in æternum Amen.

Poſt mortem Ducis Joannis illius quarti ſucceſſit ei *Philippus* Comes *ſancti Pauli* & *Lynen* frater ejus, tanquam propinquior heres, qui prius adhuc vivente fratre ſuo conſtitutus fuerat Protector & Mamburnus patriæ Brabantiæ, ut eam guberuaret, eo quod frater ſuus vir remiſſus videbatur plus amans eccleſiarum terere limina & divino inſiſtere ſervitio, & ideo aſſumpſit ſibi onus vice fratris ſui propter inſtantia bella orta in Hannonia contra potentiſſimum Ducem *Gloceſtriæ* & *Anglicos*, ſicut ſupra declaratum eſt. Et poſtquam reducta fuit Hannonia ad ſubjectionem & obedientiam fratris ſui profectus eſt Romam accedens Pontificem ſummum *Martinum* petens ejus conſenſum viſitandi Jeruſalem & terram ſanctam & cetera loca ſancta. Sed quia illo in tempore bellum commiſſum fuerat inter *Soldanum* & regem *Cypri*, ubi Chriſtiani magna damna perpeſſi fuerant, noluit Papa pro tunc ſuæ petitioni annuere. Et ſic manſit multis diebus apud Summum Pontificem, qui eum honorifice exhibuit, & poſtea reverſus eſt in Brabantiam. Igitur fratre ſuo *Joanne* jam defuncto convocari fecit non multum poſt Paſcha, anno ſcilicet Domini CIↃ.CCCC.XXVII. tres Status Brabantiæ & reliquarum ſuarum patriarum in oppido *Vilvordienſi*, ubi nonnullas leges & jura declarari fecit & emendari. Deinde primitus *Lovanii* ut verus Dominus & Princeps fuit receptus, & fidelitatis juramentum ei præſtitum fuit, & conſequenter *Bruxellæ* & in aliis oppidis cum magno honore. Poſtea ordinavit Dux Brabantiæ *Philippus* Cameram conſilii ſui & conſiliarios ſuos in Brabantia, & conſtituit Magiſtrum *Joannem Bont* Doctorem utriuſque juris ſuum Cancellarium: erat enim vir valde prudens & fidelis, & antea multo tempore ſervitium ſuum fideliter Duci *Anthonio* Patri ſuo & Joanni Duci fratri ſuo impenderat. Deinde requiſivit a tribus Statibus ſibi annui & conſentiri unam precariam, certis redditibus & nonnullis Dominiis, quæ obligata & diſtracta fuerant, redimendis & exonerandis. Celebrata itaque convocatione dietica omnium Statuum in oppido Antverpienſi conſenſerunt ſibi non parvam precariam pecuniæ certis terminis perſolvendam, ad profectum & utilitatem Ducis & patriæ convertendam, ſicut ibidem ordinatum fuerat. Et ad hoc ordinatæ fue- *Liniaci*

runt quatuor perſonæ notabiles, ſcilicet duo ex nobilibus, & duo cives oppidorum, quibus ut prædictum eſt, commiſſum fuerat, ut precariam reciperent & expetererent ſecundum ſuæ commiſſionis decreta, & ipſi de ſingulis rationem pleniſſimam redderent quitantiis debitis receptis. O quam utile & ſalubre fuerat Principi terræ & ejus ſubditis, ſi modus iſte manu teneretur: Poſt præmiſſam dietæ convocationem intellexerunt Dominus de *Edingen*, Domicellus de *Naſſou*, Dominus de *Rotſelaer*, Domicellus de *Weſemael*, & D. de *Monjouwen* Ducem ſibi offenſum, præter eorum tamen demerita. Propter quod duo Status ſeculares ut mediatores perceperunt a Duce ejus offenſionis cauſam. Et ſuper ea audita a prædictis dominis reſponſione intellexerunt, quod nonnulli ex Ducis miniſtris injuſte & invidioſe Ducem informaverant, ut eum contra prædictos dominos concitarent, quemadmodum priſcis temporibus apud Joannem fratrem ſuum fecerant. Unde infinita mala originem ſumpſerunt, ut plenius ſupra dictum eſt. Idcirco illi duo Status ſeculares prædicti informaverunt Ducem *Philippum*, & etiam precibus impetraverunt ab eo, ut illos rurſum ſuæ amicitiæ reconciliaret committendo eis onus & ſtatum Curiæ ſuæ. Ulterius duo illi prædicti Status ſeculares in oppido de *Herentals* ad hoc congregati de conſenſu Ducis correxerunt ſex viros de familia Ducis, quos in cauſa prædicta reos invenerant ad finem, ut alii a ſimilibus abſtinerent, & non ſuum Dominum temere concitarent, quia per hujuſmodi detractores & malorum incenſores diſcordiæ & rebelliones, & infinita mala in terra oriuntur. Anno Domini CIↃ.CCCC.XXIX. XIX. die menſis Julii ſupportatus eſt *Lovanii* in domo civium coram tribus Statibus a Duce *Philippo* Magiſter *Joannes Bont* Cancellarius Brabantiæ & quitatus ab omnibus juramentis & promiſſis tribus Statibus patriæ factis in prædicti officii ſuſceptione. Reſignavit etiam tribus Statibus ad utilitatem & commodum Principis magnum ſigillum & parvum. Et altera die tradita ſunt Magiſtro *Joanni Giſleni de Sarto*, ex Gallica Brabantia oriundo, Decano ſancti Dionyſii Leodienſis, qui quondam Cancellarius exſtitit *Leodienſis*, & conſtitutus eſt Cancellarius *Brabantiæ*, & poſtea laboravit ambas patrias Brabantiæ ſcilicet & Leodienſis in bona pace & concordia conſervari. Ipſo etiam mediante Dux & epiſcopus Leodienſis confœderati fuerunt amore & amicitia. Contigit autem poſtea multa inferri damna patriæ Leodienſi ex Ducatu *Lymburgenſi*, quæ *Leodienſes* partim imputabant Comiti de

al. *expenderent*

Sarti natum ait Divæus

Ver-

Vernenborch, qui patriam prædictam de *Limborch* possidebat propter summam quandam pecuniæ impignoratam, & propter ejus dissimulationem affirmabant se multum damnificari. Accedentes igitur Leodienses *Philippum* Ducem Brabantiæ ipsum subnixe rogabant, ut nullam assistentiam prædicto Comiti faceret, præsumentes se posse pignoratitiam actionem Comiti auferre absque quacunque diminutione jurium aut Dominiorum Ducis. Unde Duci suas literas bene sigillatas præsentaverunt cum aliis promissis prædicta confirmantibus, sed & ipse Comes interea providit sibi de armigeris & aliis vasis bellicis convocans ipsum Ducem *Philippum* suum Dominum in suum auxilium. Tunc Dux audita & intellecta controversia & dissensione utriusque partis abstulit e manibus & potestate Comitis patriam Lymburgensem, & instituit ibidem Senescalcum suum *Henricum* de *Gronsfelt*, cui gubernationem patriæ commisit. Ortum est etiam postea bellum inter *Leodienses* & *Namurcenses* occasione quorundam villagiorum, quæ Comes *Namurcensis* hactenus tanquam sua tenebat, quæ *Leodienses* dicebant ad se pertinere. Et quia Comitatus [1] *Namurcensis* post mortem Joannis Comitis pervenit ad Ducem Burgundiæ *Philippum* ex debita conventione & vera emptione jam ante ac anno Domini CIↃ. CCCC. XIX. facta inter Ducem & Comitem prædictos, idcirco Dux voluit Comitatum tenere & servare, sicut sui Antecessores eum tenuerant & possederant. His auditis *Leodienses* & *Lossenses* magna potestate & fortitudine anno Domini CIↃ. CCCC. XXX. ipso die sanctæ Margaretæ exierunt in expeditionem contra Namurcenses, & pervenerunt primo ad castrum dictum *Golzyn*, quod statim absque defensione quacunque ad nutum eorum, ab iis, qui in præfato castro erant, deditum salvis quod illud combusserunt cum multis aliis castris & fortalitiis. Et inde venientes obsederunt castrum *Bovinense*, quod etiam terribilibus insultibus invaserunt, non tamen acquisierunt. Ex altera etiam parte dominus de *Croy*, quem Dux Burgundiæ *Philippus* cum multis armigeris in oppidum Namurcense miserat, sæpius cum suis egrediens in terram Leodiensem magna damna intulit eam vastando, combu-

ren-

1. Namurcum olim Imperii. Notabilis locus est apud Albericum ad Ann. 1193. *Theobaldus Comes Barrensis ante castrum de Namurco duxit exercitum satis copiosum, quia filiam Henrici Comitis cæci unicam in ejus senectute de Agnete sorore Comitis de Gelre quodam accidenti antea duxerat in uxorem, nomine Ermesindem, per quam hereditare volebat, quamvis filiæ non soleant in Imperio hereditare.*

rendo, & ſpoliando. Tunc *Philippus* Dux Brabantiæ cum ſuis tribus Statibus laboravit fortiter pro bona pace & concordia inter eos facienda, ſed minime ad effectum perducere id potuit, induxit tamen eos ad treugas ſperans interea aliquid boni in negotio operari. Et quia tractatus matrimonialis habitus fuerat inter *Philippum* Ducem Brabantiæ & dominam *Jolytam Ludovici* regis Siciliæ & Ducis Andegavenſis filiam, cum quibus Papa *Martinus* diſpenſaverat, eo quod ſibi in tertio conſanguinitatis gradu attinerent, ſic aſſignata fuit certa dies, qua prædicta ſponſa traduci deberet in manus amicorum Ducis in civitate Remenſi. Idcirco ipſe Dux miſit illuc dominum *Engelbertum* de *Edingen*, dominum de *Rotſelaer*, dominum de *Bauterzem*, & dominum de *Riviera* cum alia militia uſque ad trecentos equos. Sed heu interea cœpit Dux infirmari, ipſa infirmitate in dies augmentante ita, quod nulla Medicorum arte ſubveniri poterat. Ideo ordinato teſtamento & facta confeſſione devote omnia ſacramenta recepit & poſtea defunctus eſt in caſtro Lovanienſi anno Domini CIↃ.CCCC. XXX. IV. die menſis Auguſti, poſtquam tribus annis cum totidem menſibus Ducatum rexiſſet.

Domini quoque prædicti his auditis cum magna moeſtitia ad Brabantiam ſunt reverſi. Et prædicta *Jolyta* poſtea nuptui tradita eſt ſeniori filio Ducis Britanniæ. Et *Carolus* VII. Rex Franciæ habuit in uxorem ſororem prædictæ *Jolytæ*, ſed & *Renatus* Rex Siciliæ fuit frater ejus. Dicebatur etiam quod *Philippus* Dux Burgundiæ conabatur impedire prædictam traductionem antedictæ dominæ Jolytæ, quia tunc bellum gerebat cum Anglicis contra præfatum *Carolum* Regem, qui ejus ſororem, ut dictum eſt, habuit in uxorem. Iſte prædictus *Philippus* Dux Brabantiæ in vita ſua ſtrenuus fuit, & corpore fortis & habilis in omni haſtiludio, quod libenter exercebat, in avibus etiam multum delectabatur. Defuncto igitur *Lovanii* Duce *Philippo* prædicto venerunt tres Status Brabantiæ Lovanii, ut viderent corpus domini ſui defuncti, & deliberaverunt, quod ipſum corpus a Medicis & Chirurgis aperiretur, & intrinſecus viſitaretur, an naturali morte an accidentali ſeu qualiter aliter mortuus eſſet. Et invenerunt apoſtema magnum ſub ipſius hepate unde obierat. Deinde Conſiliarii & tres Status fecerunt corpus aromatibus condiri, & cum multis luminaribus in Capella caſtri reponi. Tunc ordinatum eſt a tribus Statibus, quod Conſilium Ducis jam defuncti curam patriæ impendere deberet, & convocare tres Status patriæ, cum

hoc

hoc neceſſitas requireret, donec & tam diu ipſis proviſum eſſet de novo Principe ac Duce. Poſtea ordinaverunt in oppido *Lovanienſi* dictam, ubi quatuor unanimiter deliberaverunt. Primum fuit quod corpus defuncti Principis ſepulturæ tradi non deberet, quoad uſque patria novum haberet Ducem, niſi Principes & propinquiores de ſuo ſanguine aliter de eo ordinarent. Item quod Magiſtri monetarii continuare deberent numiſmatum percuſſionem uſque ad ſepelitionem prædicti defuncti corporis. Item quod Cancellarius ſigillum tenere & ſervare deberet & eo uti. Item quod magiſtri *Cameræ computatoriæ* & alii Officiarii in ſuis miniſteriis permanerent, ſicut prius conſueverant. Sed domicellus de *Weſemael* cum nonnullis nobilibus, nec non & oppidum *Bruxellenſe* contrariæ fuerunt opinionis, ſaltem de tribus ultimis articulis. Hoc tamen ſalvo, ut juſtitia, judicia, & jura adminiſtrari deberent cum ceteris officiis, ſicut antea conſueverant, donec novum patriæ haberent Dominum. Sed major pars Statuum manſit cum prima opinione. Et ſuper hoc oppidum *Bruxellenſe* clauſit *Cameram computationis* illius ſigillando, ita ut deinceps nullæ rationes redditæ fuerint aut acceptæ.

Illo in tempore quo *Philippus* Dux Brabantiæ deceſſit, *Philippus* Dux Burgundiæ una cum Anglicis obſedit in Francia oppidum, quod *Compendium* vocatur. Audiens igitur mortem Ducis Brabantiæ conſanguinei ſui deſcendit verſus Brabantiam. Et non multum poſt, cum corpus defuncti Ducis adhuc ſtaret inſepultum Lovanii in caſtro, & ibidem congregati eſſent notabiliter tres Status Brabantiæ & patriarum ultra Moſam, acceſſit ad eos domina *Margareta* de Burgundia filia quondam Ducis *Philippi le Hardy* de Burgundia vidua relicta quondam Ducis *Wilhelmi* de *Bavaria* Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, inſinuans & notificans eis, quod terra & patria Brabantiæ jure hereditario & per veram ſucceſſionem tanquam proxime venientem ad ſe devoluta eſſet, attento quod retroactis temporibus ille Ducatus integraliter per ſucceſſiones ad partes fœmineas deveniſſet, addens etiam hoc poſſe & debere fieri ſecundum jus illius patriæ, eo quod fuerit ſoror *Anthonii* quondam Ducis *Brabantiæ*, & per conſequens amita *Philippi* jam defuncti. Ex altera parte venerunt notabiles viri a *Philippo* Duce Burgundiæ miſſi, videlicet epiſcopus Tornacenſis, epiſcopus *Ambianenſis*, epiſcopus Atrebatenſis, cum multis aliis notabilibus nobilibuſque perſonis dicentes & affirmantes, quod illæ patriæ, ſcilicet Ducatus Brabantiæ & Lym-

burgiæ, & terra ultra *Mosam* juste & juridice per veram succes-sionem revolutæ essent ad Ducem Burgundiæ suum dominum, quia per mortem dominæ *Joannæ* Ducissæ veræ & nativæ heredis Brabantiæ devolutæ fuerant prædictæ patriæ ad Joannem Ducem Burgundiæ patrem *Philippi* Ducis, qui eas dederat *Antonio* fratri suo, sub tali conditione scilicet, si contingeret eum mori aut suos filios sine herede masculino, quod tunc prædictæ patriæ redirent ad suam progeniem aut stirpem. Super quibus etiam conditionibus confectæ fuerunt literæ bene sigillatæ per consensum Regis Franciæ & *Philippi* le *Hardy* Ducis Burgundiæ, nec non & assensu voluntateque Joannæ Ducissæ Burgundiæ eorum materteræ, de quibus ostenderunt exemplar seu *Vidimus* autenticum ex originalibus sumptum, & quia piæ memoriæ *Anthonius* & duo filii sui obierunt sine legitima prole, ideo dicebant, quod nemo in successione propinquior esset eorum domino *Philippo* Duce Burgundiæ. Contra quæ replicabat illa sæpe dicta domina *Margareta* de Burgundia per suos Ambassiatores, quos ibi habebat dicens, quod omnes illæ conclusiones seu conditiones inter Duces *Joannem* & *Anthonium* fratres suos factæ sibi præjudicare aut impedimentum aliquod inferre non possent, quin succederet, eo quod per Imperatorem confirmatæ non fuerant aut admissæ, a quo saltem aliquæ partes patriæ in feudum tenebantur. Super quo rursum antedicti Ambassiatores Ducis Burgundiæ responderunt dicentes: *Si igitur quis dicere vellet prædictas conditiones, ordinationes, & conventiones fore nullas & invalidas, tunc sequeretur, quod Dux Anthonius & filii sui Brabantiam cum suis pertinentiis injuste possedissent, & sic per mortem dominæ Joannæ Ducissæ Brabantiæ jure hereditario & directe ad Joannem Ducem Burgundiæ devoluta fuisset, & consequenter per successionem ad ejus filium Ducem Philippum. Sive ergo prædictæ conditiones pondus aut firmitatem habuerint sive non, semper concludebant prædictam patriam juste ad suum Dominum devolutam.* His & pluribus aliis rationibus auditis & bene pensatis ex utraque parte tres Status Brabantiæ concluserunt, quod prædictum Principem *Philippum* Ducem Burgundiæ tenebantur & deberent recipere in suum Dominum & Ducem. Quo percepto prædicta domina *Margareta* reversa est in Hannoniam ad Quercetum. Aliqui dicebant quod *Carolus* Comes Nivernensis prætenderet habere jus in Ducatu Brabantiæ, quia ferebatur, quod per dominam *Joannam* Ducissam Brabantiæ ordinatum fuerat, si dux *Antonius*, patruus ipsius, aut ejus heredes

abs-

absque prole legitima decederent tunc Brabantia deveniret ad Comitem *Nivernensem* vel suos heredes, eo quod minorem partem terrarum habebat. Sed de hoc nulla certa documenta vidi aut audivi, id ergo ut frivolum contemnendum. Tunc tres Status prædicti provide cum prædictis Ambassiatoribus Ducis Burgundiæ tractaverunt de juribus, libertatibus, & privilegiis concedendis, ac in suo introitu confirmandis. Quæ omnia illi Duci tunc *Mechliniæ* existenti retulerunt. Et cum super prædictis cum illo Duce gratiose convenisset secundum declarationem literarum desuper confectarum, ordinata & condicta est dies certa, qua Dux *Philippus* introniſari & recipi deberet in oppido Lovanienſi. Quæ introniſatio facta fuit anno Domini CIↃ. CCCC. XXX. feria quarta, quæ fuit quintus dies Octobris. Et Sabbato sequenti corpus quondam Ducis *Philippi* defuncti consanguinei sui vectum est versus *Furam*, ubi illud honorifice tradi fecit sepulturæ juxta Ducem *Anthonium* patrem suum, & juxta matrem suam, & juxta Ducem *Joannem* fratrem suum. Et Dominica sequenti receptus est *Bruxellæ* miro favore & honore.

Iste Dux *Philippus* illius nominis secundus in Brabantia major & potentior fuit, quam Brabantia intra quadringentos annos habuerat ab illo videlicet tempore, quo Reges Franciæ illam non amplius possidebant, quia ipse fuit Dux Burgundiæ, Lottringiæ, Brabantiæ, Limburgiæ, & postea emptione media Lutzenburgiæ. Item ipse fuit Comes Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurci, Marchio sacri Imperii, Dominus Frisiæ, Salinis, & Mechliniæ. Duxerat autem primitus in uxorem filiam *Caroli* sexti Regis Franciæ dominam *Michaelem*. Post cujus mortem dispensatus duxit aliam viduam scilicet relictam quondam *Philippi* Comitis *Nivernensis* patrui sui, quæ erat filia Comitis de Eu. De quibus duabus nullam habuit prolem. Deinde duxit tertiam uxorem dominam *Isabellam* Regis Portugalliæ filiam anno scilicet Domini CIↃ. CCCC. XXIX. de qua genuit filios *Antonium*, & *Judocum*, *Joannem*, & *Carolum*, sed tres primi immatura morte decesserunt. Fuit autem iste *Philippus* Dux vir strenuus & victoriosus, & priusquam Ducatum Brabantiæ obtineret multa bella gessit in Hollandia & Zelandia ex parte *Joannis* Ducis Brabantiæ cognati sui, qui eum Protectorem patriarum earundem constituerat. Ipse obtinuerat oppidum *septem Montium*, & ipse victoriam reportavit de prælio, quod habuit contra Anglicos apud *Brouwershaven* partium

Vid. Reiner. Snoy. *rer. Batav. lib.* 10.

Zelandiæ, ſicut ſupra dictum eſt. Ipſe etiam geſſit bellum cum Comitatu *Namurcenſi* contra Leodienſes, ut præmiſſum eſt. Item ipſe magnam & longam duxit guerram cum *Henrico* Rege Angliæ contra Delphinum Franciæ poſtea Regem, eo quod in juventute ſua aderat interfectioni *Joannis* Ducis Burgundiæ patris ſui in *Montereau*, ubi ab Aurelianenſibus gentibus partis ſuæ interfectus fuerat, ut prius habitum eſt, quam guerram continuavit XVIII. annis, uſque ad ſecundum annum, quo factus eſt Dux Brabantiæ, & in tantum ipſum Regem Franciæ a regno pepulerunt, ut nuſquam ſe defendere valeret. Sed ope & adjutorio cujuſdam puellæ virginis nomine *Joannæ* obtinuit ſibi ab Anglicis & Burgundis multas terras. Quæ *Joanna* venerat ex *Lottringia*, & erat filia ruſtici aſſueta paſcere gregem, & dicebat ſe miſſam ab angelo Dei in auxilium Regis Franciæ, ætatis XVIII. annorum aut circiter. Prædixit etiam angelus ei, ut dicebat, eam propter hoc morti tradendam, quod poſtea rei probavit eventus. Nam in uno conflictu cum Burgundionibus copiarum Regis Franciæ capta eſt, Anglicis vendita, a quibus in vindictam crudeliter eſt combuſta. Et quia multi dicebant opera illius eſſe artis magicæ, idcirco *Belvaci* examinata a Theologiæ magiſtris, in multis articulis fuit, quibus ad ſingula modeſte & Chriſtianiſſime, fideliterque reſpondit, ita ut in nullo argui aut reprehendi potuerit. Nihil etiam inhoneſtum in ea videbatur, nihil ſuperſtitioſum, in nullo a veritate fidei diſcrepabat. Sacramentum communionis & confeſſionis & orationes frequentabat. Hæc apte equitabat, ut miles in exercitum ibat, inſidias inimicorum detegebat, & modum ad capiendas civitates docebat, multa etiam alia admiratione digna agebat. Tunc Papa *Eugenius* illius nominis quartus, qui *Martino* ſucceſſerat, in Franciam legatum miſit venerabilem virum dominum *Nicolaum* Cardinalem ſanctæ Crucis ordinis *Carthuſienſis* pro pace & concordia componenda inter Reges *Franciæ* ex una parte, & Regem *Angliæ*, & Ducem Burgundiæ ex alia parte, & cauſa illius condicta fuit dieta in civitate Atrebatenſi. Ad quam Anglici non venerunt. Sed & *Philippus* Dux Burgundiæ veniens mortem patris ſui ita magni pendit, quod eam recuſaverit dimittere. Tunc Cardinalis prædictus vir magnæ ſanctitatis & vitæ hoc conſiderans accipit quendam panem † albiſſimum, & eum maledixit in præſentia Ducis *Philippi*, qui ſtatim factus eſt totaliter niger, & minatus eſt prædictum Ducem *Philippum* ita velle maledicere, & anathematizare, niſi mor-

† Similes habes præſtigias in *Prognoſtico Antichriſti* quod Daventriæ prodiit Ann. 1524. & cujus memini *lib. de jur. glad. cap.* 31. Similes apud Andr. Sylv. Marcianenſ. ad Ann. 1187. De corvo excommunicato propter rapinam annuli vid. apud Paulin. Chron. Huxorienſ. p. 47.

mortem patris ſui dimitteret. Quo viſo territus *Philippus* Dux bonis & rationabilibus mediis dimiſit omnibus reatum illorum, qui culpabiles erant mortis patris ſui. Et ſic pax facta & confirmata inter eos cum certis & expreſſis conditionibus ſecundum placitum Ducis *Philippi*. Inter cetera ordinatum eſt ibi & ratificatum, quod ipſe Dux *Philippus* ſalva tamen majoritate aut ſuperioritate regis Franciæ tenere deberet certas civitates & oppida in regno Franciæ, ſcilicet *Ambianum*, *Abbatis villam*, *Monſtreul*, oppidum *ſancti Quintini* eum aliis locis *Viromandiæ* ſuper rivum, qui *Somma* dicitur, ſituatis quaſi contra pignora pro una ſumma pecuniæ Regi poſtea redimenda. Similiter retinuit idem Dux alias civitates in confiniis Burgundiæ ſcilicet *Autiſiodorum*, *Marons* &c. Et poſtea concluſus eſt tractatus quidam matrimonialis inter dominam *Katharinam* filiam Regis Franciæ & dominum *Carolum* Comitem de *Charloys* Ducis *Philippi* filium, qui ambo adhuc juvenes & infantes erant. Et hæc pax formata eſt anno Domini CIↃ. CCCC. XXXII. In qua pace etiam Rex Angliæ in cluſus fuit hoc modo, quod ipſe teneret Ducatum Normanniæ, ita tamen quod ipſum recipere & relevare haberet in feudum a Rege Franciæ ei homagium & fidelitatem jurando, prout condecens foret. Sed hoc Anglici facere penitus renuerunt, & ab illo tempore Anglici adverſa ſemper paſſi ſunt, perdentes & amittentes multa prælia, quæ contra Regem Franciæ & ejus filium Delphinum dominum *Ludovicum* geſſerunt, nihil niſi adverſa & confuſionem reportantes. Itaque ab eis ex Normannia, *Aquitania*, & *Gaſconia*, & multis aliis terris & provinciis exturbati & fugati ſunt.

Revertendo igitur ad narrationem Ducis *Philippi*, qui magna poteſtate & copia ſuorum Flandrenſium profectus eſt verſus Caliſium anno Domini CIↃ. CCCC. XXXVI. Unde Flandrenſes nec profectum nec honorem reportaverunt, quia relicto ſuo Principe in campo omnes ignominioſe fugerunt. De quo non parva commotio orta eſt in communitate *Flandriæ* & præſertim in opido *Brugenſi*. Poſtea anno Domini CIↃ. CCCC. XXXVIII. facta eſt cariſtia magna & etiam mortalitas pluſquam duobus annis durantes. Circa hæc tempora mortuo *Sigiſmundo* Imperatore gener ſuus *Albertus* electus fuit in Imperatorem, qui breviter intoxicatus, vel ut alii, profluvio ventris obiit. Nam biennio non imperavit. Eodem anno Domini CIↃ. CCCC. XXXVIII. Concilium *Baſilienſe* congregatur, in quo multa bona conſtituta fuerunt pro refor-

matione ſanctæ eccleſiæ. Habuit principium glorioſum, ſed exitum tamen peſſimum propter ſciſma inde ſubſecutum. Nam *Eugenius*, qui prius a Roma expulſus fuerat, ita ut nudus fugeret a Concilio citatus & depoſitus fuit, ſed non curavit. Sed *Amadeus* Sabaudiæ Dux Princeps devotus electus eſt a Concilio in Papam & *Felix* quintus vocatus anno Domini CIↃ. CCCC. XXXIX. XV. die Novembris. Sedit annis novem & duravit ſciſma annis ſedecim uſque ad *Nicolaum* Papam. Item Dux Burgundiæ *Philippus* obtinuit a domina *Elizabeth* Duciſſa *Lutzenburgenſi* vidua relicta quondam *Anthonii* Ducis Brabantiæ terram & Ducatum Lutzenburgenſem, aſſignata ſibi annua reddituum penſione, quia nonnulli domicelli ac ruteri in oppidis & caſtris exiſtentes eam pacifice prædictam terram poſſidere non permiſerunt. Et poſtea Comes de *Stampes* vice & nomine Ducis *Philippi* ſui cognati vi armorum obtinuit & ſibi acquiſivit hoc fortiſſimum oppidum Lutzenburgenſe. Et deinde ipſe Dux *Philippus* conquiſivit ſibi cetera oppida cum tota patria illa anno Domini CIↃ. CCCC. XLIII. Anno Domini CIↃ. CCCC. XL. voto communi in Romanorum Regem eligitur jam *Alberto* mortuo *Fredericus* ejus nominis tertius imperator *Erneſti* Ducis Auſtriæ filius, Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ Dux & Comes Tirolis. Hic diu diſtulit coronari a Papa propter ſciſma. Tandem facta unione a *Nicolao* Papa cum magna gloria exſtitit imperiali diademare in urbe coronatus anno Domini M. CCCC. L. cum uxore ſua *Leonora* Regis Portugalliæ filia. Nil autem imperialis majeſtatis in eo viſum eſt, nec libertas, nec ſapientia, quia quaſi ſemper per alium loquebatur, ſed multa cupiditas, cum multa honeſte vix quæreret, & libenter occuparet. Illo tempore floruit beatus *Bernardinus* in Italia, qui novam incepit reformationem ordinis *fratrum Minorum*, qui uſque ad illud tempus ita lapſus fuerat, ac diſſolurus in tota Chriſtianitate, ut vix tria cœnobia fuerint, ubi debite & recte ordinis regula obſervaretur, & ipſe multis clarens miraculis, in vita & poſt mortem, catalogo ſanctorum aſſcriptus eſt, cujus feſtum eſt xx. die Maji.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XLV. in menſe Februario die XXIII. Eugenius Papa obiit, & loco ejus pendente adhuc ſciſmate in urbe electus eſt Nicolaus quintus. Anno Domini CIↃ. CCCC. XLVI. ſexto die Martii Amadeus, qui & Felix quintus, tanquam pacis & humilitatis amator nullis pulſatus precibus humaniſſime ceſſit anno Domini CIↃ. CCCC. XLIX. & ſic unio rediit. Anno Domini CIↃ. CCCC. L. celebratus eſt Romæ Jubileus ſub *Nicolao* Papa quinto

cum

cum magna devotione. Item anno LI. fuerunt *Mechliniæ* magnæ indulgentiæ a pœna & a culpa. Et anno LII. civitas *Constantinopolitana* Patriarchalis, flos & caput imperii Græcorum obsessa est a magno Turco, & diebus quinquaginta die ac nocte terribilibus insultibus omnium armorum generum impetita, & agitata, & tandem tradita est a quodam Christiano proditore Januensi in manus & potestatem magni Turci, qui ipsum proditorem Regem fecit, sicut ipsi antea promiserat, sed peracto triduo eum fecit decapitari, sicut talem potissimum decuit proditorem. De illius civitatis amissione magnus in tota Christianitate factus est planctus, eo quod Turci tantas ibidem commisere blasphemias & execrationes in Deum & sanctos ejus, ita ut scribi nequeat.. Imperatorem vero Græcorum decapitari fecit, postquam mortuus fuerat, & facta est ibi ineffabilis effusio Christiani sanguinis in tantum, ut rivi sanguinis per urbem currerent. Capta autem fuit anno Domini CIↃ. CCCC. LIII. XXX. die Maji. Iste etiam magnus Turcus conquisivit sibi imperium de *Trapeson*, & quatuor regna, vigintique provincias, ac ducentas civitates. Quod multum plangendum eo quod Christiani Principes ignavi non studuerint totis viribus ei obviare. Item anno LII. insurrexit oppidum Gandensium contra Ducem suum *Philippum*, cui obedire contempserunt, nec cessare a multis suis abusibus, quos tanquam privilegia & jura observabant. Et cum de pace tractaretur ipsi interea mira præsumptione & petulantia agitati ipso sacratissimo die Paraseeves cum magno exercitu exeuntes invaserunt castrum de *Gande*. Etiam in diebus Paschalibus simili exercitu obsederunt oppidum de *Oudenarde*, sed Dux ipse oppido illi succurrit, quia Comes de *Stampes* cum parvi numeri populo percussit super exercitum *Gandensium*, ita ut multi interficerentur, & tunc fugere cœperunt ad sua multo majori numero quam antea exierant. Attamen ipsi postea percusserunt portum de *Rupelmonde*. Tunc Dux providit oppidis Flandriæ in armigeris, & ipse moratus est *Dendermonde*, & paulo post transivit *Schaldam* fluvium in terram de Waes, & villani armati occurrentes, ita ut una pars villanorum in *Rupelmonde* caderet in ore gladii & hoc in quarta feria. Et sexta feria *Gandenses* una cum villanis & rusticis progressi sunt contra exercitum Principis, ubi primo impetu facto *Cornelius* de Burgundia Gubernator Lutzenburgiæ filius naturalis Ducis *Philippi* interfectus est, miles strenuus & prudens, in quo conflictu multi *Flammingi* interfecti ceciderunt.

runt. Et sic hæc guerra perseveravit diutius, quia una pars vastavit terram comburendo ab una parte, & altera ab alia, ita ut Flandria circa oppidum *Brugense* pene tota obrueretur & devastaretur. Et ceperunt captivantes se mutuo alterum in arboribus suspendentes in magno numero. Et diversis locis pugnatum est videlicet in *Overmeer*, in *Lokeren*, & aliis locis, ubi *Gandenses* quasi semper succubuerunt, & interfecti fuerunt. Postea anno LIII. circa Augustum factæ sunt treugæ, ita ut hyems pacifice transiret, sed æstate sequenti rursum ortum est bellum, & Dux *Philippus* perrexit contra *Poke* & contra *Syderbeke*, quæ duo castra oppugnando cepit. Deinde profectus est contra castrum de *Gaver*, ubi & *Gandenses* venerunt in magno numero, ut suum Principem debellarent. Et eorum Capitaneus, qui eos duxerat, reliquit eos transiens in partem Ducis, & commissum est proelium, quod *Gandenses* amiserunt, quia fugerunt, & ibi tam in campo, quam in fuga usque ad *Gandavum* multa millia eorum interfecta sunt, & multi præcipites se dederunt in Schaldam fluvium, qui submersi sunt. Et postea octavo die Dux recepit eos ad veniam mediantibus pecuniis, & aliis conditionibus, & conventionibus, nec non & renunciatione & abnegatione nonnullorum irrationabilium privilegiorum abusionumque, quas hactenus ut leges ac privilegia servare consueverant, quæ nihilatæ & cassatæ sunt. Et hæc acta sunt anno Domini CIↃ. CCCC. LIV. Item paulo post Dux *Philippus* profectus est in *Almaniam* ad quandam conventionem dieticam in *Regensburge* ordinatam ad colloquendum de una *Cruciata* contra Turcam, ubi nihil actum est. Et ipse Dux absens fuit extra suam terram bene duobus annis, ita ut nesciretur ubi esset. Sed tandem reversus est in patriam suam anno LVI.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LIV. XXV. die Martii obiit *Nicolaus* Papa, & eodem anno ante Pascha electus est ad Papatum *Calixtus* hujus nominis tertius. Hic anno secundo Pontificatus sui mandavit per literas Apostolicas ubique terrarum fidelium in singulis diebus inter nonam & vesperas pulsari in omnibus ecclesiis ad *Ave Maria* ter, in qua pulsatione quicunque diceret genibus flexis ter *Ave Maria* & *Pater noster* consequeretur indulgentiam trium annorum & trium * quadragenarum. Item eodem anno scilicet anno Domini CIↃ. CCCC. LVI. sexto die Augusti Christiani obtinuerunt miraculose victoriam magnam in Hungaria ultra Damiatam contra Turcos, qui turpiter fugerunt, quia angeli Dei ibi visi

* *Quadragena* est *carena*, jejunium durans spatium 40. dierum. Vid. du Cange.

visi sunt venisse in adjutorium Christianorum. Et devotus ille *Joannes* de *Campestrano* frater ordinis *Minorum* conservavit exercitum Christianum. Et fuerunt ibi interfecti pene centum millia gentilium seu Sarracenorum. Et in memoriam illius victoriæ & gratiarum actionem ad Deum Papa *Calixtus* tertius instituit & ordinavit eadem die celebrari festum transfigurationis Domini conferens easdem indulgentias Christi fidelibus promerendas, sicut in festo corporis Christi. Item *Philippus* Dux Burgundiæ etiam obtinuit ab eodem Papa *Calixto* provisionem & confirmationem episcopatus Trajecti inferioris pro *Davide* filio suo naturali, tunc episcopo Morinensi. Sed Trajectenses & terra episcopalis Ultrajectina, nec non & terra ultra Yfulam fluvium sita recusaverunt & noluerunt eum recipere in episcopum suum & Dominum, quia Capitulum Trajectense elegerat Præpositum ejusdem ecclesiæ filium domini de *Brederode*, qui etiam sibi gladium & temporalem jurisdictionem ab Imperatore obtinuerat. Nihilominus tamen mediante Duce Clivensi & post multas preces Dux *Philippus* convenit eum civitate Trajectensi, & ejus electo de *Brederode* ut eum intromitteret in civitatem cum prædicto filio suo *David*, vallatum magna potestate, & populo, & Dominum *David* receperunt in suum episcopum & dominum. Et antedictus electus resignavit ei omne jus suum, facta sibi recompensatione in aliis beneficiis & etiam recepta annua pensione super episcopatum. Et quia terra episcopalis ultra Yfulam fluvium noluit Dominum *David* recipere in suum dominum, idcirco Dux *Philippus* profectus est de Trajecto cum potestate magna contra *Daventriam*, quam fere octo septimanis obsedit, quo in tempore pluvia quasi quotidie cecidit, quare nihil actum est ibidem, quod bellum concerneret, sed tractatum fecerunt ibidem, ut prædicta terra episcopalis ultra *Yfulam* constituta ipsum dominum *David* reciperet in Dominum. Circa hoc tempus pueri ex Alemannia & aliis regionibus profecti sunt cum magna caterva & devotione peregrinantes ad montem sancti.... in Normannia. Item eodem tempore cum *Philippus* Dux adhuc occupabatur in sua profectione contra *Daventriam* venit *Lovanium Ludovicus* Delphinus *Viennensis* filius Regis Franciæ *Caroli* hujus nominis septimi, quia pater illius offensus ei fuerat, & eum Delphinatu privaverat, volens minorem filium Carolum Ducem de Barry post se constituere Regem & relinquere ei coronam. Audiens igitur Dux *Philippus* ejus adventum festinato venit *Bruxellam*, ubi honorabiliter prædictum

Delphinum recepit, exhibens ei ſemper reverentiam regiam & honorem, ſicut decet Principem regalis ſanguinis regni Franciæ *Delphino* & futuro Regi exhiberi. Et Dux tenuit eum in ſua patria quinque annorum ſpatio cum ſua conjuge Delphina, quæ fuit filia de *Sabaudia* dans eis penſiones largas pro victu eorum & ſtatu, morantibus majore parte temporis in caſtro *Gennapienſi* Gallicæ partis Brabantiæ, & in *Nivella*. Sed ipſe Delphinus poſtea inmemor omnium beneficiorum a Duce ſibi collatorum & multum ingratus inventus eſt. Et tunc temporis genuit *Delphinus* ex ſua uxore duas proles ſcilicet filium unum nomine *Joachim*, qui in primæva ætate defunctus eſt, & unam filiam Annam nomine poſtea Duciſſam Borbonenſem. Defuncto igitur patre ſuo *Carolo* anno Domini CIↃ. CCCC. LXI. profecti ſunt Dux *Philippus* & *Carolus* Comes de *Charloys* filius ejus, ſed & Dux *Clivenſis*, nec non & alii Domini multi & nobiles cum magna poteſtate & comitiva magnifice ornata una cum prædicto Delphino in Regnum Franciæ, hoc eſt de Ducatu Burgundiæ, de Comitatibus Flandriæ & Artheſiæ, & inde profectus eſt verſus Pariſios in magno triumpho & gloria. Item Dux *Philippus* recedens de regno Franciæ pervenit ad patriam Lutzenburgenſem, ubi receptus eſt in Dominum & Principem, & inde proficiſcens venit *Bruxellam*, ubi eum dira infirmitas quædam invaſit. Nec multum poſt temporis Rex Franciæ *Ludovicus* ſæpe dictus redemit data pecunia a Duce *Philippo* civitates & oppida ſuper Summam fluvium ſita, & in *Viromandia* impignorata, ſcilicet *Ambianum*, *Abbatis villam*, oppidum S. *Quintini*, *Mouſtreul*, *Peronam* &c. & Dux ea ſibi reddidit. Item Duce *Philippo Bruxellæ* exiſtente venit ad eum domina *Agnes* Duciſſa *Borbonii* vidua ſoror ſua, ubi feſtive recepta eſt, & multo tempore apud eum manſit. Deinde profectus eſt ipſe Dux Brugas concomitante ſecum ſorore ſua, ubi & magnifice exhibitum eſt ei. Inde profectus eſt verſus Heſdyn in Arteſia, ubi etiam venit rex Franciæ cum Regina, ſed & Legati Imperiales, & Regum Angliæ, Hiſpaniæ, & Portugalliæ illuc advenerunt. Et poſtea Princeps inde recedens amicabiliter a Rege Franciæ pervenit Bruxellam, quam ex conſuetudine domum ſuam vocabat.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LVIII. *Calixtus* tertius obiit. Cui eodem anno die XX. Auguſti *Pius* ſecundus ſucceſſit. Hujus Papæ temporibus Dux *Philippus* in ſuo ſenio conſtiturus deliberatus propoſuit proficiſci magna poteſtate & copiis vallatus contra *Turcos*

cum ipſo Papa *Pio* ſecundo, qui fecit Cruciaram prædicari, & miſit cordiales literas ad Ducem *Philippum*, in quem multam ſpem poſuerat. Nam ipſe Dux ei promiſerat, quod in propria perſona pergeret. Unde magna motio in patria ſua & murmuratio in terra ſua orta eſt, & ſui ſubditi male fuerunt contenti, pertimentes ſibi pro ejus abſentia pericula & onera ſibi evenire. Porro Dux *Philippus* informatus eſt in ſua patria remanere. Sed miſit dominum *Anthonium* filium ſuum naturalem cum magnis copiis & claſſe per mare pro Papæ *Pii* ſubſidio, qui perſonaliter profectus fuerat uſque *Anchonam*. Etiam ex terris Ducis *Philippi* magnus profectus eſt exercitus vulgaris populi cruce ſignatus tendens verſus Romam & Venetias contra Turcos pugnaturus. Sed Veneti neminem permiſerunt naves conſcendere niſi ſufficientem pecuniam habentem pro ſuo victu. Et ſic cum confuſione & pauperie ad propria ſunt reverſi. Et ipſe Papa deſolatus nec valens propoſitum ſuæ voluntatis ad effectum perducere defunctus eſt *Anconæ* anno Domini CIↃ.CCCC.LXIV. die XVI. menſis Anguſti. Contigit autem Ducem *Philippum* graviter offendi filio ſuo domino *Carolo* de *Charloys*, cui nonnulli dominorum ac nobilium, ut ferebatur, turbelam magnam coram patre ſuo ſuſcitaverant, ut eum videre non poterat. Sed & Status patriarum ſategerunt laborando, ut eum pater ſuus Dux *Philippus* ſibi reconciliaret. Quod ita factum eſt ipſo ſancto die Paraſceves. Poſtea denudata eſt illa malignitas & invidioſa perverſitas dudum concepta & conſpirata ſuper quibuſdam perſonis magnis erga Ducem *Philippum* diffamatis una cum filio ſuo unico Comite de *Charloys*, ob cujus etiam procurationem & perſecutionem *Joannes Couſteyn* Conſiliarius occultus Ducis *Philippi*, qui ſuper multos nobiles ab eo fuerat exaltatus & elevatus, captivus deportarus eſt ad caſtrum de *Rupelmonde* cum quodam alio viro complice, ut dicebatur, ejuſdem reatus, & ambo ibidem decollati ſunt anno Domini CIↃ. CCCC.LXII. Accuſavit etiam *Joannes Couſteyn* nonnullos Dominos & nobiles, qui tamen non omnes culpabiles ſunt inventi, unde vulgo diffamati fuerant, quia ſuſurris & fabulationibus popularibus hinc inde per plateas perſtrepentibus ſtandum & innitendum non fuit. Prædictus quoque Joannes Couſteyn nobilis penitus non erat, ſed primitus fuerat famulus & miniſter Ducis pro lignis & aliis rebus importandis & exportandis, & idcirco Principes non ſapienter agunt tales plebejos, & villanos, ruſticoſque ſic exaltando, quia etſi contingat hujuſmodi homines eſſe aliquando

fideles, attamen nobiles ob hoc faciliter a suis Principibus avertuntur, videntes tam viles personas super se attolli. Postea factum, ut Principes & nobiliores regni Franciæ erigere se inciperent & adversari regi Franciæ *Ludovico* prædicto, eo quod apud se exaltaret ignobiles & vilis conditionis homines, utpote venatores & adulatores, & alios hujusmodi, contemptis fratre suo Duce de *Barry* & aliis Principibus regni sui, & gravavit populum suum valde exactionibus & talliis, & terra sua gubernata est non bene, ita ut multi Principes regni consilium inirent cum Comite de *Charloys* filio Ducis *Philippi* fœdus percutientes, pactumque stabilientes, & hoc etiam literis efficaciter sigillatis confirmantes contra regem *Ludovicum* prædictum ob caulas jam dictas. Præterea Comes de *Charloys* ægre multum tulit, quod Dux *Philippus* pater suus permiserat redimere prædictas civitates super Summam fluvium, & in Veromandia, & quod ipse illas reddidisset, sicut in pace *Atrebatensi* comprehensum fuerat. Et sic inter se determinata sunt tempus certum & locus conveniendi in unum in regno Franciæ cum magna potestate & copiis, scilicet *Carolus* Dux de *Barry* frater regis, dominus *Joannes* de *Calabria* & de *Lottringia* filius Renati Regis Siciliæ, Dux Borbonii Regis sororius, Dux Britanniæ, & *Carolus* Comes de *Charloys* præter consensum patris sui Ducis *Philippi* profectus est eum magna fortitudine nobilium præcipue ex Brabantia, qui sponte & propriis eorum expensis sibi servirent, videlicet dominus de *Ascha*, qui ductor & signifer fuerat belli, Dominus de *Paruys* senior, & multi alii nobiles, sed & ex Flandria, Hannonia, & Artesia secuti sunt eum multi nobiles. Comes etiam *sancti Pauli* ei multum favorabilis fuit. Et sic cum apparatu bellico transierunt Summam fluvium, Marnamque, & Sequanam, usque *Montherre* ultra Parisios. Eodem tempore Rex se tenuit in Ducatu Borbonensi cum potestate sua volens reprimere & pessundare ipsum Ducem, eo quod esset in prædicto fœdere seu pacto comprehensus, & audiens Comitem de Charloys tam profunde terram suam ingressum coadunavit omnes suos Capitaneos & armigeros, quos reperire poterat, & festinato venit infra sex dies ad *Montherre* cum magna potestate exercitus ordinati equitum in majori numero, quam habuit ipse Comes de Charloys. Et etiam ex *Normannia* & aliunde advenit sibi non parvus numerus sagittariorum. Sed & Senescallus Normanniæ, & alii omnes nobiles Normanniæ. Postquam ergo rex advenerat cum tanta excellenti & forti co-

comitiva, licet ex itinere fatigata, noluit ullam populo ſuo dare requiem, ſed immediate & magna feſtinatione & impetu cœpit expugnare & invadere exercitum domini *Caroli* Comitis de *Charloys*, & ipſo mira vehementia ejus aciem impetente paululum ceſſerunt, qui anteriorem Comitis ſervabant cuſtodiam. Et ibi terribiliter & crudeliter eſt pugnatum, ita ut ipſe Comes in arcto conſtitutus pene ſuccubuerit, quia quidam Capitaneus Franciæ apprehendit eum quadam parte galeæ ſuæ dicens: *Reddas te.* Quod videns quidam nobilis *Bruxellenſis*, qui & ibi miles effectus eſt, nomine *Robertus Coterael* illum cum ſua lancea de equo compulit, & in terram proſtravit mortuum. In bello illo multi interfecti ſunt valde, & multi nobiles ab utraque parte capti. Ibi etiam interfectus fuit ſtrenuus & egregius dominus de *Boechout*, ſuper quo Princeps multum doluit. Tandem tamen retinuit ipſe Comes de *Charloys* campum poſt multam pugnationem & ſanguinis effuſionem, & præcipue interfecti ſunt ibi valde multi Francorum. Et ipſe Rex neceſſitate compulſus reliquit campum fugiens uſque in civitatem Pariſienſem. Et hoc bellum commiſſum eſt anno Domini CIↃ. CCCC. LXVI. XVI. die Julii. Et poſtea venerunt ad Comitem de *Charloys* prædicti Duces de *Barry*, de *Calabria*, de *Borbonne*, de *Britannia*, & Comes de *Arminiaco* ſinguli cum ſua poteſtate & copiis, & multo tempore locuti ſunt circa *Pariſios* in villa ſancti Dionyſii. Igitur *Ludovicus* Rex Franciæ perpendens ſe ita a ſuis propriis Principibus obrui & gravari, conſideranſque damna a Comite de *Charloys* ſibi illata cogitavit ſubtiliter eos ab invicem ſeparare. Idcirco permiſit in *Confluentia* circa Pariſios fieri tractatum pacis per omnia obtemperans voluntati prædicti Comitis de *Charloys*, reddenſque ſibi prædictas civitates in Veromandia & alia oppida ſuper *Summam* fluvium ſita, de quibus ſupra dictum eſt. Et quod Dux de *Berry* frater ſuus fieri deberet Dux Normanniæ, & Comes ſancti Pauli factus eſt Conneſtabularius Franciæ. Poſtea Principes illi amicabiliter ab invicem receſſerunt, & ipſe dominus Carolus Comes de *Charloys* inde profectus eſt ſicut dominus reportando victoriam & honorem, ubi Brabantini fideliter ſibi fuerant adjutorio, & præſerrim ex Marchionatu *Antverpienſi*, ſicut illi de *Bergis*, & de oppido *Lyrenſi*, qui & propter eorum ſtrenuitatem & probitatem ibidem ab eodem Comite de Charloys milites ſunt creati, & etiam plures alii ex Brabantia, de quibus ad præſens nimis longum eſſet ſcribere. Eo tempore quo hæc in Francia aguntur Leodienſes felleo ani-

mo incitati sunt contra dominum *Philippum* Ducem, & dominum *Carolum* ejus filium occasione *Ludovici* de *Borbonia* eorum electi, quem pepulerant, eo quod Presbyteratus ordinem adhuc acceptare noluerat, & ipse Dux *Philippus* avunculus ejus erat. Civitas ergo Leodiensis recepit Marchionem de Baden in Mamburnum & Protectorem patriæ Leodiensis pronunciantes se publicos hostes Ducis *Philippi* & patriarum ejus. Quo audito ipse muniri fecit patriarum suarum confinia, ordinans & constituens ibi armigeros cum certis Capitaneis, & sic aliquando hinc inde prælia commissa sunt, præcipue tamen semel ante *Montenaecken* fortiter pugnatum est, ubi supra duo millia Leodiensium ceciderunt interfecti. Et non multum post temporis venit ex Francia dominus *Carolus* Comes de *Charloys* cum populo suo versus terram Leodiensem, & intravit oppidum *sancti Trudonis*, & inde egressus tendebat versus civitatem Leodiensem. Quod cum percipierent Leodienses, adierunt eum multi cives boni & probi de civitate, quibus multum displicuit disturbium, quod per malos & seditiosos homines suscitatum fuerat, supplicantes ei pro clementia & gratia, ita ut eos exaudiret suscipiens terram Leodiensem & patriam Lossensem ad veniam certis mediis tractatuum. Tunc dominus de *Charloys* inde proficiscens venit in Brabantiam ad patrem suum Ducem *Philippum*, defuncta jam sua legitima conjuge domina *Agnete* de *Borbonio*, & condita in cœnobio sancti Michaelis *Antverpiæ* in medio chori, super qua multum doluit, & maxime quod ex ea non genuerat nisi unicam filiam. Item postea *Leodienses* pejores effecti quam antea fuerant & præcipue *Dionantenses*, qui etiam os suum posuerunt in cœlum, contumeliosa verba & convicia contra ducem *Philippum* & *Carolum* ejus filium evomentes, ita ut ipse Dux *Philippus* in suo senio una cum filio suo Comite de *Charloys* proficisceretur in terram Leodiensem constipati & vallati forti exercitu, cum quo castra metati sunt ante *Dionantum*, quod fortiter obsederunt bombardis, & sagittis, & machinis illud impetentes & affilientes, ita ut non diu resistere valebat, cum tamen oppidum fuerit fortissimum. Invadentes igitur illud & intrantes qui foris erant, spoliaverunt & distraxerunt id non relinquentes lapidem supra lapidem, nam portæ & turres funditus destructæ & combustæ fuerunt, muri suffossi & diruti, ecclesiæ combustæ & destructæ, & totum oppidum terræ æquatum, & hoc anno Domini CIↃ. CCCC. LXVI. circa festum beati Bartholomei, & nec per totam vitam Comitis de *Charloys* permissum est vel saltem

tem tugurium ædificari in loco deſtructionis, ſed permanſit ut ſolitudo urticis & vepribus repletus uſque ad diem mortis ſuæ. His ita geſtis profecti ſunt illi duo Principes pater videlicet & filius verſus *Leodium*, & *Leodienſes* parati & armati ſubſiſtebant in palæſtra, ſed conſiderantes & videntes Ducis magnam fortitudinem & poteſtatem rurſus ſupplicabant veniam ſibi dari & gratiam. Et ipſe Dux *Philippus* iterato eos recepit ad veniam, intercedente & mediante magna pecuniæ ſumma pro damno ſibi illato, traditis ſibi nihilominus bonis & opulentis viris obſidibus. Addito etiam hoc quod dominum ſuum electum reciperent illi exhibendo omnia quæ debebant. Poſtea prædicti Principes reverſi ſunt Bruxellam. Deinde Dux *Philippus* perrexit *Brugas* in Flandria, ubi infirmatus eſt & defunctus anno ætatis ſuæ LXXII. & anno Domini CIↃ. CCCC. LXVII. XV. die Junii, & poſtquam XXXVII. annis obtinuerat Ducatum Brabantiæ, & corpus ſuum balſematum eſt aromatibus, & conditum multum temporis ſervatum eſt *Brugis* in eccleſia ſancti Donati, & poſtea tranſvectum in Burgundiam, & prope *Dyon* in monaſterio *Cartuſienſium* cum patribus, avis, & proavis tumulatum. Et ejus cor tranſportatum eſt *Hieruſalem* in terram ſanctam ab epiſcopo Tornacenſi, ſicut in vita ſua deſideraverat, quia magnum affectum & amorem habuerat ad loca ſancta, & conſueverat fratribus *Minoribus* in monte Syon habitantibus multa bona largiri, cum adhuc viveret. Hunc nobilem Principem valde deflevit univerſa patria, quia naturaliter fuit ſapiens, liberalis, largus, providus, patiens, ſciens diſſimulare. Fuit etiam ſtrenuus & pulchri actus bellici ad ejus honorem & magnificentiam, & magnum honorem exhibuit omnibus Principibus, Dominis, & Dominabus. Dilexit etiam omnem artificem, & erant ſibi multa vaſa aurea & argentea, & alia pretioſiſſima multa clenodia, lapideſque pretioſi, ſicut aliquis Principum, qui his temporibus inveniebantur. Et præcipue inter cetera habuit lilium unum, in quo habebatur pars clavi unius clavorum Domini, quod æſtimatum erat L. millia coronarum aurearum. Etiam habuit unum carbunculum magnum illuminantem tota nocte aulam ſeu cameram. Iſte autem *Philippus* Dux tempore ſuo coluit & manu tenuit excellenter & honorifice ordinem velleris aurei, quem principaliter inſtituerat. Multi Principes imo majores totius Chriſtianitatis ſæpenumero miſerunt ad eum ſuos Legatos propinantes ſibi quæque pretioſiſſima, erga quos ſuam excellentiam & liberalitatem rurſus oſtendit nul-

Vid. *ſupr.* *p.* 174.

lis

lis bonis parcendo. Sed & ipſe ſæpius magnos emiſit Nuncios ſeu Legatos ad Papas, Imperatores, Reges, & ad alios Principes. Anno Domini CIↃ. CCCC. LXIV. Calendis Septembris obiit, ut dictum eſt, Pius Papa. Cui ſucceſſit eodem anno XXX. die Auguſti Paulus Papa hujus nominis ſecundus.

Carolus Comes de *Charloys* factus eſt Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Lottringiæ, Limburgiæ, & Lutzenburgiæ, Comes Flandriæ &c. defuncto Duce *Philippo* patre ſuo, & receptus in Dominum & Principem ac Ducem *Lovanii*, *Bruxellæ*, *Antverpiæ*, & hoc anno Domini CIↃ. CCCC. LXVII. poſſidens omnes terras quas pater ſuus poſſederat. Cum vero in Flandria primo *Gandavi* receptus fuiſſet facta eſt ibidem ſeditio & rebellio Communitatis *Gandenſium*, ſicut ab antiquo conſueti ſunt. Et ſic partim vi extorſerunt a Comite ſuo nonnulla expreſſa privilegia, quibus parvo tempore uti ſunt permiſſi, eo quod Dux & Comes coegit eos ea ſibi reſignare, & non illa ſolum ſed & omnia alia, quæ habebant, compulit eos ad manus tradere. Et poſtea *Bruxellam* venientes veniam & gratiam petierunt & impetrarunt. Etiam tunc *Mechliniæ* fuit magna commotio in Communitate contra eos, qui regimen tenebant oppidi, quos inde pepulerunt, eorum deprædantes bona ac frangentes domus. Et aliqui eorum pergentes ad *Hellene* elevaverunt cathenam multo tempore per accordiam in profundo ſubmerſam, ſed inſuper & tres naves avena onuſtas vi & furia invecti de prædicto ponte adduxerunt, quas paulo poſt confringentes in profundum demerſerunt perdita inæſtimabili avenæ quantitate. His auditis Dux *Carolus* adeo commotus & offenſus fuit contra *Mechlinienſes*, quod ipſe Dux, ut dicebatur, funditus prædictum oppidum deſtruere voluit, quod valde lamentabile & damnabile fuiſſet. Sed Barones etiam & nobiles Brabantiæ, Rectores etiam, & legiſlatores oppidi *Bruxellenſis* pedibus Ducis advoluti interceſſerunt pro oppido *Mechlinienſi*. Et ipſe Dux intravit *Mechliniam* magna conſtipatus poteſtate, ſed & Barones poteſtatem & cuſtodiam omnium portarum obtinuerunt, ſcilicet domini de *Gaesbeke*, de *Bergis*, de *Grimbergen*, de *Parwys*, & nonnulli alii, ita ut Dux tandem eorum precibus inclinatus eos ſuſceperit ad veniam mediante magna pecuniæ ſumma ſibi a prædicto oppido tradenda. Nihilominus omnes adjuratos, ſcilicet capita miniſteriorum, coegit in exilium extra omnes terras ſuas, eo quod prælictæ ſeditioni ſeu rebellioni prudenter non obſtitiſſent. Manſerunt autem prædicti adjurati multis

die-

diebus in opido de *Bommel* Ducatus Gelriæ, & postea reversi sunt. Eo tempore Dux *Carolus* fuit sine uxore, quia ejus uxor secunda domina *Agnes* de *Borbonio* nuper defuncta fuerat, & in monasterio sancti Michaelis *Antverpiæ* sepulta. Illo tempore, quo Dux *Carolus* jam primo in sua patria esset receptus, inceperunt Leodienses rursus rebellare contra episcopum suum, & contra Ducem *Carolum* * socerum suum, & egressi cum magno exercitu obsederunt oppidum *Hoyen*, quod & obtinuerunt. Et quamvis ipse Dux *Carolus* eis sæpius mandaret ut desisterent, & inde recederent servando pacem, tamen factum ipsis mandatum vilipendentes oppidum cum castro invaserunt & ceperunt. Audiens hoc Dux *Carolus* tertio venit in terram Leodiensem cum magno exercitu & copiis. Quod percipientes *Leodienses* congregaverunt exercitum xx. millium virorum. Quodam die ad vesperam venerunt ad oppidum sancti Trudonis, ut eidem fierent præsidio, & commissum est ibi prælium, ubi Duci *Carolo* cessit victoria, & *Leodiensium* ibi ceciderunt tria millia virorum interfectorum, inter quos dominus *Eustacius* & dominus *Garrinus* milites pariter interfecti sunt, & ex parte Ducis trecenti occubuere, & ipse Dux fecit oppidum circumdari, & machinis, bombardis, sagittis, & aliis bellicis instrumentis oppugnavit. Quod videntes habitatores & considerantes tantæ fortitudini se non posse resistere dederunt se in manus Ducis illius misericordiam implorantes, & exeuntes lineis solummodo induti, nudis pedibus, & capitibus discoopertis portaverunt claves oppidi in manibus suis, quas & ultro tradiderunt postulantes veniam & gratiam. Et tandem iterum pro sua nobilitate remissionem commissorum eis donavit certis mediis & conditionibus, sicut ipse omnino voluit, intercedentibus scilicet, quod absque omni dilatione ipsimet portas, turres, & muros suos funditus everterent, destruerent, & comminuerent, & fossata humo replerent, insuper unam pecuniæ summam sibi darent, omnes etiam arcus, sagittas, hastas, malleos, & arma alia, extra oppidum in unum cumulum portarent dispositioni Ducis *Caroli* ea committendo. Post hæc venerunt & alia oppida terræ *Lossensis* in deditionem Ducis, scilicet *Hasselt*, *Harke*, *Maseyck*, *Bilsen*, *Bres &c.* & etiam *Tongers*, quibus omnibus ipse Princeps coegit, ut suas portas & muros deponerent, adhuc gaudentibus, ut tali modo possent evadere. Sed oppidi Huensis de gratia & benignitate Ducis portæ & muri stare permissa sunt. Tunc rursus Dux *Carolus* venit cum innumerabili populo versus *Leodium*,

* An Carolus sorcer Ludovici, qui ejusdem consobrinus, nec major natu, ni fallor. Imperitum adolescentem vocat Masenius *Annal. Trevitens. lib.* 19. Nullus dulcito, quin mendum hic, & legendum *sororium*. Ludovici enim soror Caroli erat uxor. Philippi soror erat Agnes. Nata hæc Carolo Borbonio, e quo & Ludovicus & ejus soror Isabella. Pont. Henter. *rer. Burgund. lib.* 5. *cap.* 15. Suffrid. Petr. *to.* 3. *hist. episc. Leodiens. cap.* 20. *in Lud. Borb. pr.*

& cum se pararet obsidere civitatem, tantus timor cives invasit, ut sponte exeuntes lineis duntaxat vestiti vitam & misericordiam a Duce flagitarint, qui pervenientes ante tentorium Ducis *Caroli* misericordiam ejus obnixe petierunt. Sed postquam diu in genibus prostrati jacuissent tandem sub expressis conditionibus eos recepit ad veniam, ut scilicet regressi ad civitatem denuo exire deberent lineis vestiti pro venia precaturi cum aliis certis conditionibus infra magis declarandis. Deinde postea exeuntes venerunt coram Principe lineis tantum induti portantes secum claves civitatis. Sed quia non venerunt, sicut deliberatum fuerat, noluit eos Dux recipere, sed avertit se ab eis. Et sic oportebat eos in civitatem reverti nulla consolarione percepta. His rumoribus auditis in civitate orta est in ea magna commotio, & in fine decreverunt & voluerunt Principis votis & voluntatibus satisfieri. Et egressi sunt in lineis sexies decies viceni viri, id est, trecenti & xvi. viri de civitate petentes veniam & misericordiam, ac vitæ suæ conservationem, tradentes nihilominus ipsam civitatem in potestate sua. Tunc Princeps recepit eos ad veniam mediantibus tamen his conditionibus. Primo ut resignarent omnia eorum ad manus Principis, & ut portas, & turres, item muros civitatis ipsi destruerent, & quod fossata humo replerent, ubi Dux cum universo populo intraret. Quæ omnia ita ut jussum fuerat fecerunt. Et cum Leodienses pedibus Ducis provoluti veniam, ut præmittitur, flagitarent, fuerunt ibi Ambassiatores Regis *Franciæ*, Regis *Angliæ*, Ducis *Britanniæ*, & Ducis de *Barry*, qui ad *Carolum* Ducem missi fuerant. Et post multa alia intravit Dux ipse *Leodium* cum domino *Ludovico* de *Borbonio* episcopo Leodiensi. Tunc coacti sunt Leodienses tradere ad manus Principis omnes eorum bombardas, colubras, arma &c. qui ea hinc inde ut sibi placebat jussit deportari. Omnes quoque muros, portas, & turres oportuit eos solo tenus evertere. Eorum etiam *Pirona*, id est, civitatis & patriæ quoddam insigne, coram qua consueverant justitiam & judicia determinare, in foro civitatis posita, frangi fecit, & *Brugis* transferri, & ibi in loco, qui *Bursa* dicitur, erigi. Fecit etiam ibi judicium sanguinis contra eos, qui dudum magistratum oppidi *Dyonensis* injuste decollaverant. Item coegit eos portare ad manus suas omnia & singula privilegia & chirographa ab Imperatoribus, Regibus, Ducibus, & aliis Principibus eis concessa, & ipse Dux dedit eis alia jura secundum suum beneplacitum. Item compulsi sunt solvere antiquam pecuniæ summam

Certa quædam signa judiciis olim adhibita, quorum meminit Gryphiand. de *Weichbeld. Saxon. cap.* 66. *a seq.*

mam ſibi debitam, ſed & aliam novam multarum pecuniarum. Et ipſe Dux conſtitutus eſt perpetuus Protector ſive Mamburnus *Leodienſis* patriæ & Comitatus *Loſſenſis* cum omnibus ſuis ſucceſſoribus Ducibus *Brabantiæ*, aſſignatis ſibi ſuiſque ſucceſſoribus multis millibus annui reditus. Item conſtituit, quod oppida Comitatus *Loſſenſis* juriſdictiones judicii capitalis recognoſcere & requirere deberent perpetuis temporibus in Brabantia in oppido *Lovanienſi*, & quod recipere deberent ſuum epiſcopum in Dominum, & ei ſatisfacere, ſicut tenerentur. Sed quod Dux *Carolus* adeo rigoroſe *Leodienſes* ſubjugaverit, & ut dictum eſt humiliaverit, requiſitus fuerat, ut dicebatur, a Papa *Paulo* hujus nominis ſecundo propter ipſorum rebellionem & inobedientiam. Et ſic in ſpatio unius menſis omnis terra *Leodienſis* & *Loſſenſis* peſſundata & domita eſt, quæ antea adeo fortis fuerat, ut neminem curaret omnibus infeſta. Poſtea ipſe Dux victorioſus reverſus eſt ad Brabantiam, ſcilicet ad oppidum *Bruxellenſe*, deinde *Brugis*, ubi duxit in uxorem dominam *Margaretam* de *Jorck* ſororem *Eduardi* Regis Angliæ anno videlicet Domini CIↃ. CCCC. LXVIII. circa feſtum Joannis Baptiſtæ. Quo audito Rex Franciæ ægre ferebat hujuſmodi conjugium, quia prohibitum Dominis & Nobilibus ſub ditione Coronæ Regis Franciæ exiſtentibus, quod nulla connubia in *Anglia* jungere eis liceret. Idcirco ipſe Rex recuſavit tenere pacem & concordiam inter ipſum & Ducem factam anno Domini LXV. poſt bellum *Menthery* commiſſum, ſed voluit Duci auferre prædicta oppida & caſtra ſuper fluvium *Summam* ſituata &c. affirmans etiam quod nullus vaſallus aut ſubditus ſuperiorem ſuum arctare aut conſtringere aliquatenus deberet, & quod omnia quæ facta & geſta erant nullius momenti & roboris eſſent. His itaque perceptis Dux *Carolus* congregavit armigerorum magnum exercitum circa feſtum *Bavonis*, & profectus eſt verſus Franciam, caſtraque metatus eſt ante *Peronam*. Sed & ipſe Comes *ſancti Pauli* una cum quodam legato Romano operam dedit, ut pax fieret inter Regem & Ducem. Tandem tractando concluſum eſt, ut ipſe Rex & Dux convenirent in unum ſcilicet in oppido *Peronenſi*. Et ipſe Rex illuc venit in armis conſtipatus partem ſuorum nobilium remittens, & licentians ſuos armigeros, ut in hoc Ducem contentaret. Et reformata eſt inter eos pax & concordia, quia quicquid Dux *Carolus* petiit Rex ei annuit, ſumens uterque, ut ferebatur, ad confirmationem prædictæ pacis corpus Domini. Interea confortati ſunt exules & profugi, &

intraverunt civitatem Leodienſem mira perpetrantes, quia omnes, quos ibi Dux ordinaverat, fugaverunt de civitate. Illo enim in tempore dominus *Ludovicus* de *Borbonio* epiſcopus Leodienſis erat *Tungris* cum multis nobilibus, qui audiens pacem eſſe factam inter Regem & Ducem, lætatus eſt valde, jubens fieri ignem in plateis in ſignum lætitiæ & congratulationis. Et eadem nocte exules & profugi *Leodienſes* exeuntes civitatem ſubtiliter & occulte bene armati ingreſſi ſunt oppidum Tungrenſe in magna multitudine in foro clamantes, *Vivat Rex.* Et ceperunt epiſcopum ſuum ducentes Leodium, & rurſus fortificaverunt & munierunt civitatem foſſatis, & vallis circumdatis. Igitur Dux *Carolus* tunc *Peronæ* exiſtens, hæc audiens & percipiens, quod Regi Franciæ acclamaſſent, & quod epiſcopum eorum cepiſſent, quodque prædicti exules & profugi *Leodium* intraſſent contra ſe munientes, iratus eſt valde, & continuo adiit Regem tunc etiam *Peronæ* exiſtentem, & ingreſſus ejus Cameram narravit ei, quomodo exules & profugi civitatis *Leodienſis* ingreſſi fuiſſent oppidum Tungrenſe, clamantes vulgariter *Vive le Roy*, & quomodo eorum epiſcopum cepiſſent captum ducentes ad civitatem Leodienſem. Et hæc omnia quæ geſta fuerant voluit Dux imponere Regi, tanquam incentori prædictorum malorum, eo quod Regi in illa ſeditione acclamaſſent. Sed Rex fortiter negans juravit, quod de eorum conſpiratione & ſeditione penitus nihil ſciret, ea quæ perpetrata fuerant, ſine ejus ſcitu & voluntate facta eſſe, offerens etiam ſe ad omnem ſatisfactionem, & ſi neceſſe eſſet proficiſci cum prædicto Principe contra civitatem Leodienſem, quod & factum eſt, & venit una cum Duce obſidere civitatem. Igitur multi *Leodienſes* foris civitatem occiſi ſunt ab hominibus domini de *Ravenſteyn*, qui tunc temporis anterioris cuſtodiæ exercitus Ducis curam ſervabat. *Leodienſes* autem hæc audientes exierunt civitatem cruce ſancti Andreæ doloſe ſignati multos ex populo Principis interficientes, antequam hoc in exercitu Ducis perciperetur. Igitur *Leodienſes* pavidi effecti locuti ſunt ſuo epiſcopo, quem captum ſervabant, ut eum dimitterent, ſi & in quantum
ſororium eis pacem obtineret apud Ducem ſocerum & conſanguineum ſuum. Qui promiſit ſe eis hoc facturum pergens ad Ducem. Interea eum de pace tractaretur ducenti *Leodienſes* clanculo nocte proſilientes in exercitum Principes pervenerunt uſque ad ejus tentorium, ignem in nonnulla caſtra mittentes, interficiendo etiam multos probos viros, ſed ipſi jure omnes ibidem interfecti ſunt.

Tunc

Tunc iratus est Dux adeo vehementer, ut juberet civitatem circumdari, & bombardis, & sagittis, & aliis instrumentis bellicis aggredi. Adeo enim terribilis ille assultus factus est, ut ipsam civitatem vi & potentia ad suam voluntatem obtineret, ingrediens eam una cum Rege Franciæ, & innumera multitudine exercitus, & quotquot virorum ac mulierum præcipue armati inventi fuerant, interfecti sunt, & in *Mosam* projecti. Etiam multæ mulieres violatæ fuerunt, & ecclesiæ, capellæ, ac monasteria spoliata. Et quotquot de civitate potuerunt exire fugerunt salvare se cupientes. Sed multæ moniales ac aliæ religiosæ personæ navigiis emissæ sunt, ne eis quicquam mali aut inhonesti contingeret. Et destructio hujus civitatis facta est anno CIↃ. CCCC. LXVIII. Dominica ante festum omnium sanctorum XXIX. Octobris sub summa missa incepto introitu congruenter ad missam: *Omnia, quæ fecisti nobis Domine, in vero judicio fecisti, quia peccavimus tibi &c.* Deinde civitas spoliata & deprædata est, & Dux jussit consilio Regis Franciæ eam comburi & domos destrui, demptis ecclesiis & monasteriis, & illo vico, ubi sibi hospitium acceperat. Magnæ violentiæ & opera illicita ibidem perpetratæ fuerunt ab armigeris, quæ indecens foret hic scribi & narrari. Post hæc Rex Franciæ clam fugiens *Caroli* timore profectus est ad terram suam, & Dux *Carolus* mansit *Leodii*, quousque ordinasset de patria secundum suum beneplacitum. Deinde venit *Bruxellam* in Brabantia, & inde peragratus est ad diversa loca suarum patriarum, & ipse in propria persona sedit ad audientiam supplicationum & querimoniarum, & recipiens accusationes tam pauperum quam divitum, paratus omnibus & singulis facere judicium & justitiam. Fuit enim Princeps singularis justitiæ. Postea profectus est Brugis Dux *Carolus*, ubi celebravit festum & solemnitatem ordinis velleris aurei, & ibi omnes Domini illius conscripti fuerunt & citati ad solemnitatem venire. Et sic Dominus de *Croy* venit ibidem ex Francia, quanquam expulsus fuerat de patria, nihil tamen falsitatis aut infidelitatis in eo inventum fuerat. Sed Comes *Nivernensis* & de *Stampes* recusavit venire, eo quod pridem captus fuerat ante *Peronam*, etsi ex parte Ducis *Caroli* confisus fuerat &c.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LXX. pulsus est ex Anglia Richardus Comes de Werwyck refugium captans apud Ludovicum Regem Franciæ, sperans illius adjutorio expellere Regem Eduardum, & Regem Henricum tunc captivum in regnum restituere, quia Prin-

cipi de *Galles* filio *Henrici* tradiderat filiam in uxorem, qui Princeps de *Galles* attinebat regi Franciæ *Lndovico* ex parte matris ſuæ, quæ fuerat filia *Renati* Regis Siciliæ, attinens Regi in ſecundo gradu conſanguinitatis. Ea igitur de cauſa Comes de *Warwyck* nitus eſt ſuſcitare diſcordiam & partialitatem inter Regem Franciæ & *Carolum* Ducem Burgundiæ. Et ipſe Comes prædictus infeſtans mare deprædabatur naves *Flandriæ*, *Hollandiæ*, & *Zelandiæ*, proficiſcens cum poteſtate in Angliam, habenſque ſecum partem non modicam armigerorum Francorum, æſtimans ſic Regem *Eduardum* expellere de regno, & pervenit ad locum in Anglia *Dortmuye* vocatum. Et tantum ipſe invaluit, ut conſpiratione facta ſuorum amicorum, quos occulte in Anglia habebat, regem Eduardum de regno exturbaret. Qui ſe proditum & traditum videns ſeceſſit de Anglia, & venit in Hollandiam circa feſtum Remigii, & permanens in Duno Comitis uſque ad feſtum nativitatis Chriſti deinde profectus eſt in *Arteſiam* ad Ducem *Carolum* & ſororem ſuam ipſius Ducis Caroli uxorem in *Heſdyn* tunc reſidentes, petens adjutorium ab eis, ut recuperare poſſet regnum Angliæ, quo pulſus fuerat. Et Dux *Carolus* impendit ei ſubſidium tam in armigeris quam in navibus, ita ut in Quadrageſima ſequenti cum decenti & forti armatorum comitiva tenderet verſus Angliam, eamque ingreſſus eſt. Et ipſo die ſancto Paſchæ apud *Londonias* commiſſum eſt bellum contra filium regis *Henrici* prædicti & Comitem de *Werwyck* ſæpedictum. Sed & Regi *Eduardo* ceſſit victoria ſibimet faventibus nonnullis nobilibus regni, & ille Comes de *Werwyck* ibidem eſt interfectus. Sed & Rex Henricus rurſus captus eſt, & filius recuſans & nolens regem *Henricum* recognoſcere in Regem idcirco morti traditus
Eduardum eſt, & ſic Rex *Eduardus* effectus eſt Monarcha totius regni Angliæ. Illo igitur tempore, quo Comes de *Warwyck* ſuſcitavit inimicitias inter Regem Franciæ & Ducem Carolum, ipſe Rex rurſum uſurpavit ſibi oppida ſcilicet ſancti Quintini, Ambianenſe &c. de quibus latius dictum eſt. Idcirco Dux congregavit magnum exercitum, & profectus eſt in Franciam anno LXXI. poſt Epiphaniæ, & caſtra metatus eſt ante civitatem Ambianenſem, permanens ibidem uſque ad menſem Majum, & ibi ſæpe prælia ſingularia commiſſa ſunt, quia ille magnus *Salizardus* reſidebat in civitate Ambianenſi, qui frequenter egrediens percuſſit ſuper exercitum partis adverſæ, ſed & ipſe compulſus eſt ſæpius fugere in civitatem cum ſuis minori numero quam egreſſus fue-

fuerat. Tandem factæ sunt induciæ inter Regem & Ducem. Postea expiratis induciis anno LXXII. ipse Dux Carolus profectus est magno constipatus exercitu in Franciam, & obsedit pariter & obtinuit oppidum Nello in Veronandia, quod totaliter destruxit. Similiter obtinuit *Roye* & *Mondidier*. Deinde profectus est versus civitatem *Belvacensem*, quam festinato obsedit terribiliter illam sagittis, bombardis, & machinis impugnando a mane usque profundam noctem. Sed illi qui intus erant viriliter se defenderunt, & illo sero intravit recens populus ex exercitu ordinato ipsius Regis. Cum vero illi qui advenerant ascenderunt murum, retraxit se inde exercitus Ducis, occupans & collocans se in quodam monasterio sancti Luciani non longe a civitate. Postea Dux rursus aggressus est civitatem eam terribiliter impugnando populo & armis bellicis, sed quia multus populus eam recenter esset ingressus pro tunc minime eam valuit obtinere. Idcirco Dux soluta obsidione perrexit animose ante Rothomagum, comburens in Normannia terram de Caux usque ad mille villagia, ut ferebatur. Cum ergo Dux venisset ante Rothomagum, Conestabularius magna fortitudine adjutus erat, sed & ipse ut ferebatur erat amicus Ducis, & tandem factæ sunt induciæ inter regem & Ducem in mense Aprili usque ad annum LXXIV. & sic Dux reversus est in terram suam. Item anno Domini CIↃ. CCCC. LXXII. circa festum sanctæ Agnetis visa est in aere Cometa terribilis durans usque sequens Pascha, & erat flammiger cum longa lataque cauda, lucens in nocte sicut luna, designans ut postea rei probavit eventus in diversis terris & regionibus bella, famem, & pestilentiam, & multas alias tribulationes.

Igitur quia *Adolphus* filius *Arnoldi* Ducis Gelriæ patrem suum tenuerat septem annis in vinculis se ipsum constituendo Ducem & dominum, adjutus a quibusdam Dominis & illius patriæ oppidis, orta est non parva partialitas, & etiam bella inter ipsum ex parte una & Ducem *Joannem* Clivensem fratrem matris suæ, & dominum de *Egmont* fratrem patris sui cum filiis suis ex parte altera, unde multa sanguinis effusio & alia damna secuta sunt. Verum est quod Imperator Fredericus ad instantiam Domini de *Egmont* dederat Duci *Carolo* Burgundiæ, Brabantiæ &c. commissionem, constituendo eum judicem inter Gelriæ Ducem Arnoldum, & filium ejus *Adolphum*. Et tantum Dux Carolus laboravit apud filium Ducis Gelriæ, ut patrem suum solveret a vinculis, quod & factum. Et ipse præfatus Dux *Carolus* demanda-

davit eum venire ad se dans ei salvum conductum. Qui venit in propria persona ad Ducem *Carolum* tunc morantem in *Hesdyn*, & quia multum fuerat inconsideratus in loquendo præcipitavit verba inordinata & contemptibilia in præsentia Ducis *Caroli*, ita ut Dux ei negaret ob ejus arrogantiam reditum ad terram suam, nec commeatum penitus obtinere valuit, sed clanculo uno sibi sociato abscessit, pervenienque *Namurcum*, unde æstimaverat navigio descendere per Mosam ad terram suam, ibidem cognitus est ab hospite suo, qui hoc majoribus natu oppidi Namurcensis intimaverat, qui eum tenentes captivum Duci *Carolo* præsentaverunt & tradiderunt. Qui eum includi fecit in castro Vilvordiæ, & mansit captivus usque ad diem mortis Ducis Caroli. Præterea quia Dux *Carolus* percepit in veritate, quod ipse Dux Arnoldus & *Adolphus* filius ejus injuste possiderent terram Gelriæ, eo quod naturalem originem traxissent ex minore filia & Dux Juliacensis ex majore, atque etiam sibi ex judicio imperiali illa terra addita esset, sic emit ipse Dux Carolus a Duce Juliacensi omne jus, quod in prædicta terra Gelriæ haberet pro octoginta millibus florenorum aureorum. Etiam ferebatur quod Dux *Arnoldus* exhereditaverat filium suum *Adolphum* ob maxima forefacta in patrem suum commissa & resignavit Duci Carolo prædicto omne jus suum, hoc præcipue faciente malitia populi sui, quia omnes acclamaverunt filio suo, ipso contempto, & ideo nec mirum, quod eos tanta mala ac tribulationes apprehenderunt, sicut postea rei probavit eventus. Igitur Dux *Carolus* profectus est cum magno exercitu versus patriam Gelrensem, faciens transitum per *Trajectum* super *Mosam*, ubi repperit & *Joannem* Ducem Clivensem cognatum suum & dominum de Egmont cum filiis suis venientes ei in adjutorium. Et ipse Dux *Carolus* primum obsedit oppidum de *Venlo*, quod in deditionem & potestatem suam accepit, & sic deinceps fere omnem patriam, quia multi nobilium illius patriæ manserunt captivi in Hesdyn, cum *Adolphus* eorum dominus clam fugeret a facie Ducis *Caroli* sæpe dicti. Etiam prædictus Dux *Carolus* habuit nonnulla oppida in Ducatu Gelriæ cum multis nobilibus sibi faventia. Sed quia Noviomagum debellando se dare in manus Principis omnino recusavit, ideo illud obsedit magnis bombardis ab una parte *Valæ* fluvii, & Dux *Clivensis* eum fratre suo *Adolpho* Domino de *Ravensteyn* & domino de *Egmont* una cum filiis id obsederunt ex altera parte fluminis prædicti. Et contra oppidum prædictum multæ fa-

ſagittæ & bombardæ miſſæ ſunt. Sed & *Neomagenſes* damnum fecerunt in exercitu *Caroli* Ducis interficiendo præcipue quendam dominum magnum Anglicanum cum multis ſagittariis, qui obtinuerunt expugnando unam portam exteriorem ipſius oppidi, ſed ipſis non ſubvenit, ſicut neceſſitas requirebat, populus exercitus Ducis, & ſic ab oppidanis fere omnes interfecti fuerunt recuperantibus prædictam portam de manibus inimicorum ſuorum. Tandem *Neomagenſes* dederunt ſe in manus Ducis, qui eos cepit in gratiam ſub certis conditionibus & tractatibus deſuper confectis. Cum igitur Dux *Carolus* brevi tempore totam patriam obtinuiſſet, fecit ſe recipi in eadem, ut verus dominus & Dux Gelriæ, & poſtea antiquus Dux *Arnoldus* defunctus eſt in oppido Gravia. Tunc Dux *Carolus* prædictus adduxit ſecum in Brabantiam ex *Noviomago* filium & filiam ipſius Ducis Gelriæ *Adolphi* jam captivi, quos honorifice fecit nutriri, quia uxor ejus defuncta & mater illorum puerorum fuerunt ſorores & filiæ Ducis Borbonenſis. Hæc autem prædicta facta ſunt anno Domini CIↃ. CCCC. LXXIII. in ferventiſſima æſtate, de qua vulgo dicitur:

Als Hertoch Kaerl voor Niemegen lach,
Men noyt ſo heten ſomer ſach.

Item eodem anno circa feſtum ſancti Michaelis *Fredericus* Imperator deſcendit ex *Alemannia*, & venit *Treverim* cum multis epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, & Dominis pro conſilio tractando cum Duce *Carolo* ſuper multis negotiis & cauſis, qui ad Imperatorem aſcendit cum magno ſtatu & pompa nobiliſſima, in auro, argento, & lapidibus pretioſis, cujus ſimilem vix nemo ante vidit. Et ſic convenerunt ambo in unum Imperator & Dux cum gaudio & amore mutuo ſibi honorem & gloriam exhibentes, ſæpiuſque ad invicem colloquentes quotidie, fere octo diebus. Tandem ipſe Dux Carolus præparari fecit magnificum & pretioſiſſimum convivium, ad quod imperatorem cum omnibus ſuis Principibus invitavit, in quo oſtendit pretioſiſſima clenodia auri & argenti, lapidumque pretioſorum, ita ut invitati in ſtuporem & admirationem verterentur, ita ut nemo eorum ſimilia ſe vidiſſe aſſereret. Ferebatur enim Imperatorem ad hoc illuc advenisſe, ut Ducem *Carolum* in Regem Burgundiæ coronaret comprehendendo ſub illo regno omnes has inferiores provincias. Sed Imperator mutato conſilio atque propoſito clanculo receſſit a Treveri, propter quod Dux *Carolus* non modicum offenſus reverſus eſt in terram ſuam, & in quadrageſima ſequenti inſtituit *Mechli-*

niæ unum Parlamentum Gallicum xxx. Dominorum, quod ei Imperator Treveri, ut dicebatur, conceſſit. Item anno Domini LXXIV. cum induciæ factæ inter Regem Franciæ & ipſum Ducem *Carolum* exſpiraſſent rurſus aliæ unius anni ſpatio duraturæ renovatæ ſunt.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LXXIV. Dux *Carolus* percepit nova de Comitatu de *Ferretten*, quem emerat a Duce Auſtriæ *Sigiſmundo*, in quo poſuerat Capitaneum unum nomine *Petrum Hackebeck*, qui propter ſuam tyrannidem ibidem captus eſt, & poſtea juſtitia exigente decapitatus eſt in quodam oppido nomine *Briſack*. Propter quod Princeps non modicum illis offenſus juravit ſe hoc factum vindicaturum in eos. Quo percepto terra de *Ferretten* ex timore *Suevis* ſe jungendo confœderata eſt. Eodem tempore dominus *Robertus* de Bavaria Archiepiſcopus *Colonienſis* venit ad Carolum Ducem cognatum ſuum querelas multas deponendo contra civitatem *Colonienſem* & *Nuſſiam* cum aliis, quod retinerent ſibi jura & dominia ſua ad eum pertinentia, ita ut Princeps conſentiret Archiepiſcopo arma ſua affigi ante faciem Curiæ ſuæ intra *Coloniam*, quod & factum eſt. Sed ipſa nocturno tempore fuerunt ablata & in luto conculcata. Quo audito Dux *Carolus* hoc ægre valde tulit. Poſtea profectus eſt fortiſſimo exercitu tam equitum quam peditum iter faciens per *Trajectum*, habens in comitatu ſuo multos Anglicos & Lombardos electos & fortes & obſedit *Nuſiam* circa feſtum beatæ *Mariæ Magdalenæ* anno quo ſupra, pendens clypeum ſuum armorum ſuorum ad ſtipitem unum valde præſumptuoſe, & in medio campi, & commiſit magnos & multos aſſultus contra oppidum plurima damna faciendo in portis, turribus, & muris, multoſque *Burgenſium* interficiendo. Sed qui intus fuerunt defenſarunt ſe viriliter ſagittis, colubrinis, & aliis armis bellicis de exercitu Ducis non paucos interficiendo, quia bene proviſi fuerant in bombardis, armis, & populo, de quibus Capitaneus erat ſummus Dn. *Hermannus* frater Lantgravii de *Haſſia*, qui eſt de ſanguine ſanctæ *Elizabeth*, & poſtea Archiepiſcopus factus eſt *Colonienſis*, ſed dominus *Geerloff* de *Vredenbach* miles habuit majorem gubernationem & diſpoſitionem ſuper viros bellatores, qui magis ſtrenui & animoſiores in dies effecti ſunt. Sed Imperator promiſit eis ferre ſubſiſium, quod quia in longum protelabatur, adeo eos inedia oppreſſit, ut fame urgente quadringentos equos comedendo conſumerent. Quanquam tamen in tanta eſſent neceſſitate conſtituti noluerunt

ſe

se in potestatem Ducis tradere manentes semper in eadem animositate, & sæpe egredientes de oppido stragem magnam egerunt in exercitu Ducis. Etiam advenerunt clam quodam summo mane missi ex *Colonia* quadringenti pedites portantes sal petrarum in manibus suis usque ad oppidum *Nusiam*. Unde illi qui jam obsidebantur multum confortati animatique sunt. Illo in tempore Imperator *Fredericus* & Electores imperii una cum civitatibus imperii pepigerunt fœdus magnum & ligam cum Rege *Franciæ*. Item eodem anno circa festum sanctæ *Barbaræ* venit ad Ducem *Carolum* Rex *Daciæ* ab urbe Romana habens in comitatu suo fratrem suum Comitem *Gerardum* de *Oldenburge*, & *Fredericum* Ducem *Brunsviei*, & alios multos magnos Dominos intentos reformare pacem & concordiam inter partes, sed quia frustra laboraverunt idcirco inde profecti sunt. Item in quadragesima sequenti *Colonienses* exeuntes de sua civitate castra metati sunt super Rhenum prope oppidum *Nusense* committentes multa damna sagittando in exercitum Ducis *Caroli*. Tandem Imperator venit in propria persona ad civitatem Colonienſem cum Ducibus, & episcopis, & Marchionibus, & aliis Dominis, habent secum magnum exercitum pugnatorum super expensas Imperii, ut removeret obsidionem ab oppido *Nusia*, atque Ducem inde profligaret, & castra metatus est uno miliario ab oppido prædicto, & eis in adjutorium Principis exercitum circumsidens, & muniens exercitum suum vallo ex curribus composito, adduxitque secum magnum apparatum bombardarum & aliorum armorum bellicorum ad præliandum contra Ducem sæpe dictum. Sed ipse Dux magnanimus & intrepidus in nullo expavit, sed sui Capitanei ordinantes populum sibi subjectum quotidie, ut bellum utrimque committeretur, sic Imperator non venit. Porro ordinavit Dux quadringentos lancearios progredientes, qui se occulte tenuerunt circa exercitum Imperatoris. Ex quibus egressi sunt ducenti equites se ostendentes ante vallum curruum Imperatoris, ut publici inimici & adversarii, ita ut ex populo Imperatoris multi fortiter exeuntes ad pugnandum cum eis, præcipue episcopus *Monasterienſis* & Marchio *Brandeburgenſis* æstimantes illos ducentos facile profligare. Sed illi ducenti simulaverunt fugam, & Alemanni & Westphali eos sequentes, quousque pervenirent ubi alii ducenti lancearii stationem suam haberent, qui se in duos cuneos dividentes surrexerunt ex locis suis & concludentes illos prædictos *Alemannos* & *Westphalos* inter se omnes trucidarunt. Etiam multi

eorum prosilientes in Rhenum submersi sunt, eo quod nullum veniret adjutorium ex castris Imperatoris, nisi quod mitterent multas sagittas in exercitum Ducis, de quibus parum aut nihil mali actum est. Unde factum est, ut deinceps Alemanni egredi ad campum non auderent. Post hæc habitus est sermo de pace fienda aut induciis, in quo multum laboravit Prælatus quidam, venerabilis dominus *Alexander* Episcopus *Fortlivensis* Legatus missus a Papa, prolocutor inter partes existens, qui dixit quod Papa infra spatium unius anni causas & controversias terminaret. Interim partes a bello cessarent, & oppidum de *Nusia* permaneret liberum ab oppugnatione quacunque, sub protectione existens legati. Et hoc pacto ambo exercitus soluti sunt, & Dux Carolus reversus est in terram suam. Item eo tempore quo Dux ut dictum est obsideret *Nusiam* instituta seu potius renovata est *Coloniæ* illa beata fraternitas Rosarii & Psalterii beatæ Mariæ virginis a venerabili viro Magisto *Joanne Sprenger* Doctore sacræ Theologiæ Priore Colonienſi ordinis Prædicatorum, & a prædicto Legato & postea a Papa Sixto multis indulgentiis additis confirmata. Isti fraternitati Imperator se fecit ascribi cum multis nobilibus, & deinde dilatata est a Spiritu sancto per *Almaniam*, *Franciam*, *Angliam*, & per multas terras & provincias. Et quilibet potest hanc fraternitatem acceptare solo Deo præsente ac teste, & etiam sine inscriptione in libro, legendo quotidie, eundo, stando, & geniculando unum *Rosarium* & quinque *Pater noster*, & post decem *Ave Maria*. Aut legere debet singulis septimanis unum *Psalterium* beatæ Mariæ virginis, id est, tria *Rosaria* modo supra dicto, scilicet xv. *Pater noster*, & L. *Ave Maria*. Et si contingat aliquem non tantum legere, ut dictum est, non tamen peccat, sed solum privatur participatione aliorum fratrum ac sororum, qui illo tempore legunt, ut supra ordinatum est.

Item anno Domini CIↃ. CCCC. LXXV. terminatis treugis, quæ erant inter Regem Franciæ & *Carolum* Ducem Burgundiæ, Franci intulerunt tam super mare quam super terram magna damna patriæ Ducis, devastando & comburendo in *Artheſia*, invadendo eriam nonnulla parva oppida. Igitur cum Dux Carolus adhuc obsideret *Nusiam* facta fuerat una liga seu fœdus inter *Eduardum* Regem Angliæ & *Carolum* Ducem *Burgundiæ* contra Regem Franciæ. Idcirco *Eduardus* Rex venit *Calisium* magna potestate & copiis, & inde profectus est versus *Picardiam*, ut recuperaret ac con-

conquireret ſibi Normanniam, ſed Dux *Carolus* noluit recedere a *Nuſia*, aut relinquere obſidionem jam inceptam. Conſiderans rex Angliæ, quod *Franci* potentiores ſe fuerunt, & quod fere nihil agere poſſet, permiſit ſe informari a Baſtardo de *Borbon* Admiraldo Franciæ viro prudente, qui ei ex parte Regis Franciæ multa pulchra præſentavit, ita ut bona pax fieret, ac etiam ſecuta ſit hac conditione, ut ſcilicet poſtea junior filius Regis Franciæ duceret in uxorem filiam Regis *Angliæ*, ac etiam pro expenſis Rex *Eduardus* magnam pecuniarum ſummam deberet habere. Et illi duo Reges amicabiliter convenerunt in civitate Ambianenſi. Et inde Rex Angliæ reverſus eſt in Angliam, ſuper quo Anglici vehementer murmuraverunt, quod nihil aliud in regno Franciæ egerit, eo quod inæſtimabilem theſaurum ab Anglicis accepiſſet. Etiam Dux Carolus audiens de hac pace ægre hoc tulit, quia cogitavit cum Anglicis ipſum Regem Franciæ arctare & domare. Poſt hæc Carolus Dux Burgundiæ petiit a Rege Franciæ treugas IX. annorum inter ſe & ipſum fieri, ut mercatores libere negotiari poſſent ad invicem, & hoc fecit ad hunc finem, quia propoſuit inferre bellum Lotharingis & Suevis, ſicut proh dolor! nunquam a bellis quieſcere potuit. Ad quod eum etiam incitavit hiſtoria *Alexandri Magni*, ut fertur, æſtimans etiam eum imitari, qui Rex gentilis erat & cupidus honoris, qui in magna ſuperbia regnavit, quod legi & doctrinæ Chriſtianæ contrarium eſt. Salubrius fuiſſet ipſum ſtuduiſſe hiſtoriam Chriſtianorum ac virtuoſorum Principum, ſcilicet *Ludovici*, *Pippini*, *Caroli Magni*, & ſancti *Ludovici* Regum Francorum, de quorum ſanguine naturalem traxit originem. Cum igitur *Ludovicus* Rex Franciæ percepiſſet, quod Dux *Carolus* intenderet bellum gerere contra *Suevos*, quos optime noverat, cum & ipſe adhuc *Delphinus* exiſtens eorum fortitudinem contra eoſdem præliando expertus fuiſſet, læto animo fertur dixiſſe: *Si cognatus noſter Dux Burgundiæ petat treugas* IX. *annorum pro Suevis & Alemannis expugnandis, deprecemini eum, ut poſtulet treugas* X. *aut* XII. *annorum, quia interim fiet alterius ſentimenti.* Sed extra has treugas excluſus fuerat Comes ſancti Pauli Conneſtabularius Franciæ, quia & ipſe etiam Dux illi offenſus fuerat, eo quod fugiſſet ex *Francia* ad *Montes Hannoniæ*. Idcirco Dux *Carolus* juſſit eum tradi populo Regis in Perona, & inde captivus ductus eſt *Pariſios*, ubi in Parlamento ejus cauſa diſcuſſa eſt, & proceſſus ordinatus & teſtes auditi, & judicio dominorum de Parlamento, qui ſunt LX. morti addi-

ctus est. Qui Parisiis coram toto mundo decollatus est & apud *fratres Minores* sepultus. Hic nobilis dominus Comes sancti Pauli æstimavit contra doctrinam & sententiam Evangelicam duobus dominis sibi invicem contrariis se posse servire, quod impossibile esse constat, & idcirco ad tam verecundam mortem pervenit.

Item eodem anno LXXV. post festum beati Michaelis profectus est magna potestate & copiis in Ducatum *Barrensem*, similiter in Ducatum *Lottringiæ*, quia Renatus Comes de *Vaudemont*, qui realiter Dux *Lottringiæ* effectus est mortuo *Nichalao* Duce *Calabriæ*, qui Ducem *Carolum* diffidaverat, cum adhuc occuparetur in obsidione *Nusiensi*, æstimans hoc Regi Franciæ gratum fieri, & sic certe erat. Sed Rex negotium dissimulando nihil sibi attraxit, & Dux *Carolus* veniens in Lothringiam debellavit oppidum *Nacinense*, quod citissime in suam potestatem accepit, & finaliter alia oppida & castra, & Dux Lottringiæ secessit in Franciam, qui tunc temporis erat xx. annorum. Cum ergo Dux *Carolus* patriam Lottringiæ debellando obtinuisset, & ibi de populo suo relinquens muniisset, profectus est in *Sabaudiam*, ut Duci *Sabaudiæ* subveniret contra *Suevos*, qui eidem multa damna, eo quod ei favebat, intulerunt. Etiam Dux *Carolus* habuit actionem contra prædictos *Suevos*, eo quod terram de *Ferretten* adversus eum tuebantur. Igitur Dux *Carolus* pergens primo in *Suevia* obsedit oppidum, quod dicitur *Granzoen*, quod obtinuit cum castro ejusdem oppidi, & ibi innumeros *Suevos* fecit suspendi in arboribus tenendo se extra prædictum oppidum, habens apud se multos Lombardos viros strenuos, quorum Capitaneus erat Comes de *Campobas*, minus ut dicebatur Duci fidelis. Habuit etiam in suo exercitu egregios sagittarios Anglicæ nationis. Quo viso *Suevi* habuerunt consilium, quomodo & qualiter ei resistere possent. Et populus fortis & impavidus est, magnorum animorum & corporum, justus nichilominus & benignus, invicem fidelissimus, nec fugam capiens, omnes mori parati pro alrerutro, quia cum processuri sunt ad prælium confitentur sua peccata præparantes se quasi mori deberent. Et isto modo *Suevi* congregati sunt in unum cuneum apud *Granzoen* oppidum prædictum, circa quod Dux *Carolus* castra metatus fuerat. Et rumor exiit in omnem exercitum suum, quod Imperator cum omni potestate totius Almanniæ illuc adveniret. Idcirco multi fugerunt, cum *Suevos* appropinquare vidissent, & non pauci etiam ab eis interfecti sunt. Quod videns Dux *Carolus*, quod populus suus dilaberetur ab eo

Helvetios intelligit

il-

illinc evadens magno populi ſui exercitu interfecto & capto, amiſſis etiam principalioribus armis bellicis theſauroque auri, argenti, veſtium, ac tapetiarum. Et hæc ſtrages facta eſt in quadrageſima anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVI. Poſt hæc Dux *Carolus* magnanimus congregavit rurſus magnum exercitum, habens ſecum multos Sabaudienſes, & obſedit civitatem *Morat* Ducatus *Sabaudiæ* prope *Loſoniam*, quem *Suevi* invaſerunt, & aliquando egreſſus eſt populus Ducis extra parcum ſuum ad confinia Suetenſium, ut prælium committeret cum eis, nec tamen ultra progredi audebat propter montes eminentes ibi exiſtentes, & ipſi *Suitenſes* diffuſi erant in valle, ita videri nequibant, qui nonnunquam inopinate egredientes contra populum Ducis eum non parva cæde vaſtaverunt. Item illo tempore prædicatum eſt publice per omnem terram *Suitenſem* a presbyteris & aliis doctis & religioſis viris, quod eſſet licitum bellare contra Ducem Burgundiæ, & pugnare ſine omni culpa & peccato, quemadmodum contra Turchos & infideles. Et ideo populus *Suetenſis* multum animatus eſt pugnare contra Principem ac Ducem *Carolum*. Tunc congregati ſunt *Suetenſes* confitentes peccata ſua communicanteſque venerabili ſacramento corporis Chriſti, ac propoſuerant non reverti ad propria niſi expugnato Duce *Carolo* eorum adverſario, etiamſi omnes in prælio occumbere deberent. Advenit eis etiam magnum adjutorium a Sigiſmundo Duce Auſtriæ miſſum. Aderat etiam profectus cum eis Dux Lottringiæ cum multis pugnatoribus Francis extra regnum ſubdole bannitis. *Suetenſes* igitur ad prælium præparati proceſſerunt, & proſternentes ſe in genibus ſuper terram dixerunt ſinguli quinquies orationem Dominicam in honorem quinque vulnerum Chriſti domini noſtri, & lætiſſimis animis ſurgentes Ducem aggreſſi ſunt, ſed in principio congreſſus eorum adverſarii, præcipue qui Anglici ſagittarii fuerunt, eis viriliter reſtiterunt, ac retrogredi compulerunt. Sed illico fuit eis præſidio Dux *Lottringiæ* cum aliis equitibus, qui ſimul terribiliter aggredientes in exercitum Ducis Burgundiæ hoſtiliter irruerunt, ac vicerunt, omnes interficientes nobiles pariter ac ignobiles, quotquot invenerunt. Ibi interfectus eſt Comes de *Marle* filius Comitis ſancti Pauli juvenis, dominus de *Grimbergen* miles ſtrenuus, multique alii domini ac nobiles. Manſerunt in toto interfecti circa XV. millia virorum de exercitu Ducis anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVI. ipſo die nativitatis beati Johannis Baptiſtæ ante prandium. Quotquot valuerunt, fugerunt corpora

ſua

ſua ſalvare cupientes. Ipſe Dux *Carolus* feliciter evaſit cum paucis ex populo ſuo perveniens in Comitatum *Burgundiæ* terram ſuam, ubi moratus eſt, quieſcens a prælio, in caſtro quodam fortiſſimo. Cum igitur percrebuiſſet fama, quod dux Carolus adhuc viveret, amici ejus valde lætati ſunt, qui æſtimaverant eum cum ceteris occubuiſſe. Et accrevit rurſum magnus populus, ita ut adunaret ſibi exercitum magnum. Audiens tunc Dux *Carolus* patriam Lottringiæ a ſe receſſiſſe, & ſuo Duci adhæſiſſe, turbatus eſt non modicum, & congregans exercitum omnem, quem potuit, profectus eſt in *Lottringiam* rurſus obſidere oppidum de *Nanſy*. Cum ergo illud fortiter obſideret, nulla advenerunt obſidentibus victualia, & cum magna difficultate acquirere potuerunt equis ſuis fœnum, havenam, & alia neceſſaria. Et hoc ideo quia ſtratæ, viæ, & tranſitus, ab inimicis fortiter obſtructa & præcluſa fuerant. Idcirco ipſe Dux cum exercitu ſuo coactus eſt ibidem manere, fame & ſiti, & multis aliis incommodis laborando, & per conſequens viribus præ inedia deſtitutus. Etiam tunc temporis fuit hyems valde rigida, ob quam maxime frigore totus exercitus algebat. Scripſit enim ſæpe Dux *Carolus* compaſſivis literis ad nonnullos nobiles patriarum ſuarum, ut mitterent ei populum, pecuniam, & victualia, & quia evadere non poſſet ſine eorum præſidio. Sed proh dolor! quicquid ſcribebat nihil obtinebat. Miſſus ſibi fuerat currus unus onuſtus pecuniis, qui in terra *Lutzenborgenſi* neſcio a quibus proditoribus interceptus eſt. Et ſic ipſe Dux cum omnibus ſuis & populo ibi coarctatus eſt manere in maxima miſeria omni auxilio deſtitutus. Scieus igitur Dux *Lottringiæ*, quomodo Dux *Carolus* in arcto eſſet poſitus eum omni populo ſuo congregavit ſibi magnum populum. Etiam obtinuit ex Francia occulte bellatores nongentarum lancearum, quos ut dicebatur Rex Franciæ extra regnum ſuum exules fieri compulit, atque illuc eos miſerat. Præterea Dux *Lottringiæ* impetravit magnum populum ex Suevia cum quibus ipſe fœderatus fuerat. Igitur anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVI. in profeſto Epiphaniæ venit Dux *Lottringiæ* cum populo ſuo in equis ex parte una, & *Suevi* ex parte altera, irruentes terribiliter ſuper Ducem *Carolum* & ejus exercitum debellando, ubi infauſto Marte atrociter pugnatum eſt. Sed Dux *Carolus* & ejus populus fortiter ſe defendentes, eo quod eſſent inedia & aliis incommodis affecti, idcirco quilibet qui evadere potuit fugam iniit, & ideo ibi magnus populus de exercitu Ducis *Caroli* interfectus eſt.

Et

Et ipſe Dux tandem cum multo populo interfectus eſt juxta rivulum quendam, ubi poſt triduum inventus eſt faciei ejus glacie ex gelu adhærente. Qui deportatus eſt in oppidum de *Nanſy*, & manifeſte omni populo oſtenſus, & poſtea honorifice ſepultus eſt, corpore ejus in vaſe plumbeo pendente. Et juxta eum tumulatus jacet nobilis miles dominus *Joannes* de *Rubempre* dominus de *Ryenne*, qui cum eo & aliis nobilibus ibidem interfectus fuerat. Fuerunt nihilominus multi ex nobilibus capti, ſcilicet Comes de *Naſſau*, Princeps de *Chimay*, & dominus *Anthonius*, magnus Baſtardus de *Burgundia*, & alii multi. Cum ergo rumor famaretur in patriis Ducis *Caroli* de ipſius morte multi valde doluerunt, nonnulli etiam lætati ſunt, quia gubernabat terram ſuam exactionibus continuis bellis & præliis inſiſtendo. Sed melius & utilius feciſſent, ſi pro longa ejus vita Dominum exoraſſent, quia poſt ejus mortem multa graviora experti ſunt. Item multi homines neſcio qua ſtultitia inſtigati multis annis firmaverunt eum vivere, ementes, & vendentes ſuper ejus reditum ad terram ſuam. Nonnulli vero dixerunt eum vidiſſe eum indies exſpectantes. Item poſt mortem *Caroli* inſurrexit communis populus contra juſtitiarios & rectores oppidorum, & præcipue in Brabantia & Flandria imponentes eis multos & varios exceſſus, ceperuntque eos & crudeliter tractantes cuſtodiæ maneipaverunt. Et Dux *Carolus* reliquit poſt ſe filiam unicam nomine *Mariam*, quam genuit ex ſecunda uxore ſua domina *Agnete* filia Ducis Borbonii. Defuncto igitur Duce *Carolo*, prout ſupra declaratum eſt, devoluta eſt Brabantia & aliæ patriæ ad filiam ſuam domicellam *Mariam* ſupra immediate memoratam, ſuam unieam filiam, quæ poſt mortem patris ſui morata eſt *Gandavi*. Ad quam acceſſerunt Dominus *Ludovicus* de *Borbonio* epiſcopus *Leodienſis* avunculus ejus, & Dux *Clivenſis* una cum fratre ſuo Domino *Adolpho* de *Ravenſteyn*, qui erant cognati ſui, ut pax & concordia in patria ſervarentur ſibi conſiliantes. Et textores *Gandavenſes* & alius populus communis ejuſdem oppidi decollari fecerunt ipſo ſacro die *Cœnæ Domini* Cancellarium Burgundiæ virum prudentem, juſtum, & benignum, & Dominum de *Himbercort* etiam virum ſapientem contra voluntatem Principiſſæ dominæ *Mariæ*, & omnium aliorum Dominorum, etiam contra voluntatem Juſtitiariorum & Conſiliariorum ejuſdem oppidi, non obſtante quod prædicti Domini ſcilicet Cancellarius & dominus de *Humbercort* obtulerunt ſe ſtare juri & juſtitiæ & reſpondere &

purgare se de omnibus sibi objectis. Item multi nobiles ex ministris Ducis *Caroli* videntes seditiones & animositates, quæ a plebe ignobili fiebant derelinquentes dominam Mariam Principissam abierunt ad regem *Ludovicum* regem Franciæ, amicitiam ejus sibi conciliantes, scilicet Protonotarius *Cameracensis* dominus *Philippus* de *Creeskuee*, dominus de *Cordes*, dominus de *Bachem* cum multis aliis, ex quibus Rex Franciæ multum confortatus est. Etiam Rex acquisivit sibi dominum *Anthonium* magnum Bastardum Burgundiæ, qui captus fuerat apud *Nancy*. Etiam civitas *Leodiensis* cum territorio incepit murmurare & seditionem excitare, ita ut sibi reddi obtinerent eorum insigne *Pironam* scilicet, quæ multis annis *Brugis* steterat in loco eminentiori totius oppidi Brugensis. Igitur Rex *Franciæ* æstimans inducias nuper inter se & Ducem *Burgundiæ* jam factas expirasse invadere cœpit oppida in *Veromandia* sita & super fluvium *Summam*, quæ in potestatem suam Dux *Carolus* acceperat a tempore belli, quod factum fuerat inter Regem prædictum & ipsum Ducem *Carolum* ante *Montbery*. Etiam alia loca usurpavit sibi in *Artheſia*, & *Hannonia*, & *Burgundia*, & tandem totum Ducatum Burgundiæ subjugavit coronæ Regni, judicans legaliter ad Coronam devolutum, quia autumabat illum Ducatum non posse devolvi per successionem nisi ad prolem masculinam. Etiam usurpavit sibi non jure Comitatus *Burgundiæ*, *Artheſiæ*, & *Bolonia* pro munimento. Missi igitur ex Brabantia ad opidum *Amiense* domini de *Parwys*, de *Gele*, dominus *Joannes* de *Rotselaer*, domicellus de *Culenborch*, & dominus de *Hoochstraten*, adjuncto eis magno populo. Sed Franci obsidentes prædictum opidum obtinuerunt illud atque combusserunt, & illi prædicti domini capti fuerunt. Qui postea multis pecuniis datis se redemerunt. Item Rex Franciæ posuit congruam custodiam multorum Capitaneorum in civitate *Tornacensi*, quorum unus erat dominus de *Moy*, facientium multa damna in extremis partibus Flandtiæ, Artesiæ, & Hannoniæ, capientiumque homines, quos divites noverant. Flandrenses igitur, qui magis eorum incursus sustinebant, se armantes ad resistendum petierunt sibi dari in Capitaneum dominum *Adolphum* filium *Arnoldi* Ducis Gelriæ, qui tunc temporis adhuc captivus tenebatur Cortraci. At ille solutus acceptavit onus sperans sic obtinere patriam Geldrensem. Et Flammingi egressi sunt cum magna fortitudine, quos in principio prudenter dirigebat ducens usque ad civitatem Tornacensem, qui illo eodem die om-

omnia rapinis & incendiis, quæ circa prædictam civitatem erant, vastaverunt. Franci autem capto opportuno tempore egressi sunt civitatem irruentes super Flandrenses. Quo viso dominus *Adolphus* de *Gelria* adjunctis sibi duobus aliis impetum fecit valde imprudenter contra Francos, volens lanceam suam frangere super eos, qui totidem ei obviaverant. Sed dominus *Adolphus* a quodam Franco ab equo suo in terram est dejectus, & proh dolor! interfectus, & quia nimium ab exercitu Flandrensium elongatus fuerat, idcirco non valuerunt ei festinum ferre auxilium. Franci autem corpus defuncti *Adolphi* tulerunt ad civitatem *Tornacensem*, ponentes super equum in transverso pendente capite cum cæsarie aurei coloris ad latus equi, quod erat videre valde miserabile, atque in ecclesia majori illud sepelierunt. Tunc Flandrenses vecordes admodum facti sunt. Nihilominus tamen commune vulgus oppidorum tam Flandriæ quam Brabantiæ perseveravit in crudelitate & animositate contra Dominos ac nobiles justitiariosque superstitiose agens per fas nefasque omnia pro libitu disponendo. In quibusdam vero non omnino a justitia communis populus deviavit, quia nonnulli Rectores, per devia vagantes, vituperabile regimen ducebant, atque obscuram nimis rationem de receptis reddebant. Tamen periculosum est valde subditis erigere se contra superiores suos, quia etsi habeant aliquando zelum, non tamen habent secundum scientiam, & ideo animositates, rebelliones, seditiones, partialitates, & alia multa mala inde oriuntur. Item cives quatuor oppidorum principalium Ducatus *Brabantiæ*, ac etiam aliquorum aliorum oppidorum nimirum Ducatus ejusdem seditiose commoti sunt, ita ut in nonnullis locis justitia sanguinis facta sit in locorum Rectores. Et quia *Bruxellenses* retroactis temporibus consueverant sibi eligere VII. Scabinos ex VII. nationibus oppidi ejusdem, ideo contigit sæpenumero eos habere inutiles & personas minus idoneas, qui oppidum *Bruxellense* male gubernabant. Idcirco obtinuerunt cives ex universo oppidi electionem Scabinorum sibi fieri, quemadmodum partim consuevit fieri *Lovanii*. Constituerunt etiam sedecim magistros Politiæ, qui oppidum Bruxellense multis debitis oppressum in pristinum statum restituerent. Sed domini septem nationum Bruxellensium non quieverunt, donec omnia hæc, quæ ordinata fuerant, abrogarentur, & annihilarentur & sic rediit Bruxella ad pristinum abusum, ex quo factum est, ut male gubernaretur, & valde postergaretur. Item populus communis

oppidi Lovanienſis permanens jam multo tempore in ſuo errore, miranda prætendens, & præcipue elevavit ſibi atque elegit in unum Capitaneum quendam vocatum *Paulum Leeuken* carnificem, qui conſiliarium habebat quendam fabrum, qui appellatus eſt vulgo, *de quade Smit*, id eſt, perverſus faber, qui cum ſuis complicibus multas violentias & exceſſus contra Rectores oppidi, contraque omnia jura & leges perpetraverant, ſed finaliter ambo de Lovanio exturbati ſunt. Sed *Paulus* fugiens in Zelandiam apprehenſus eſt a domino de *Cruninghen*, & tanquam actor & fotor ſeditionis ab eo juſſus eſt decollari. Cum igitur non multum poſt mortem Ducis *Caroli* tractatus habitus fuerat de conjugio fiendo inter *Maximilianum Frederici* imperatoris filium & dominam *Mariam* Principiſſam ac Duciſſam, prædicti Ducis *Caroli* filiam, & quia rumor famatus eſt per univerſam patriam, quod matrimonium eſſet ratificatum, & quod *Maximilianus* Archidux Auſtriæ deſcenderet ex Almania ad dominam *Mariam* deſponſatam ſponſam ſuam, idcirco communis populus in prædictis oppidis ceſſavit aliquantiſper a commotionibus & ſeditionibus tam valide inceptis. Tandem etſi in longum differebatur venit Dux *Maximilianus* anno Domini CIↃ. CCCC. LXXIX. in æſtate in Brabantiam cum magna comitiva dominorum nobilium ac aliorum, tranſitum faciens per *Antverpiam*, ubi receptus eſt cum magno triumpho, ſicut in aliis civitatibus & oppidis, & profectus eſt *Gandavum*, ubi deſiderioſe exſpectavit dominam *Mariam* de Burgundia ſponſam ſuam, quam ibidem magnifice duxit in uxorem, diſpenſatione tamen Sedis Apoſtolicæ præcedente, eo quod ſibi propinqui eſſent in tertio gradu conſanguinitatis, & ambo de ſanguine Regis Portugalliæ, quia Imperatrix Ducis mater filia fuerat Regis prædicti, & mater Ducis Burgundiæ erat etiam filia regis prædicti, & proinde Archidux *Maximilianus* & Dux *Carolus* fuerunt filii duarum ſororum. Item a *Gandavo* Dux *Maximilianus* profectus eſt *Brugas*, deinde *Ypras*, & deinde *Inſulas*, & ſic conſequenter ad alia oppida Comitatus Flandriæ, ubi receptus eſt ut Dominus, ac maritus & Mamburnus uxoris ſuæ nomine *Mariæ* Duciſſæ Burgundiæ, Brabantiæ &c. Comitiſſæ Flandriæ &c. & tali modo receptus eſt in *Brabantia*, ac primum *Lovanii*, *Bruxellæ*, *Antverpiæ*, & in *Buſcoducis*, & ſic deinceps in aliis patriis, ac dominiis. Item eodem anno genuit ex ea filium, cui impoſitum eſt nomen proavi ſui Ducis *Philippi*, & natus eſt *Brugis* XXII. Julii, qui jam dominatur, cui concedat Dominus regere populum

lum ſuum in pace & concordia, & in omni juſtitia. Item anno Domini CIↃ.CCCC. LXXVI. poſt mortem Ducs *Caroli*, qui cum, dum adhuc viveret, patriam Geldrienſem tam emptione quam aliis mediis ſibi ſubjugaſſet, & ad obedientiam ſuam multis bellis coegiſſet, ipſi Gelrienſes & præcipue Neomagenſes alienaverunt ſe ab obedientia ac ſubjectione domus Burgundiæ & Brabantiæ, etiam oppidum *Gravia*, animati & adjuti a domina Katharina ſorore quondam *Adolphi* Ducis Gelriæ, permanenteſque ſic aliquo tempore, quoad uſque *Maximilianus* dominam *Mariam* filiam quondum *Caroli* Ducis *Burgundiæ*, *Brabantiæ* &c. duxiſſet in uxorem, ſicut ſupra declaratum eſt. Quia igitur Dominus *Wilhelmus* de *Arenberch*, dictus *cum barba*, ſui generis amicis & aliis malevolis ſibi adhærentibus, multa loca invaderet ac occuparet in *Arduenna*, multa mala ac damna varia hinc inde perpetrando, tam ante adventum Archiducis, quam etiam poſt, idcirco Brabantini magno adunato exercitu profecti ſunt in patriam Leodienſem ac in *Arduennam*, & in terram *Francimontis*, ubi obtinuerunt oppidum vocatum *Crybuyt* cum caſtro ejuſdem oppidi, & expugnatis aliis nonnullis locis & caſtris reverſi ſunt abſque notabili damno. Et eorum Capitanei erant *Philippus* de *Chinis*, nunc dominus de *Ravenſteyn*, Princeps de *Arangia*, Princeps de *Cymacho*, & dominus *Anthonius* Baſtardus Brabantiæ cum pluribus aliis. Item poſt illa, de quibus immediate ſupra mentio facta eſt, Geldrienſes falſa opinione ducti erigere ſe cœperunt contra *Buſcoducenſes* & eorum territorium, ſed ipſi viriliter eis reſtiterunt Gelrienſes fatigando, quia illi de *Buſcoducis* tranſeuntes Moſam intraverunt terram *Gelriæ* multa damna facientes ſpoliando & comburendo. Deinde obſederunt oppidum *Graviam* cum multis nobilibus, ponentes contra illud caſtellum ligneum, Teuthonice *een Blochuys*, impediendo ex hoc, ne ulla eis, qui in oppido erant, victualia adducerentur. Et ita neceſſitate compulſi oppidum prædictum una cum caſtro in poteſtatem *Buſcoducenſium* & aliorum, qui cum illis erant, reddiderunt. Et ſic tandem terra *Gelrienſis* multis inutilibus expenſis & præliis reducta eſt ad obedientiam & ſubjectionem domus Burgundiæ & Brabantiæ, ſicut quondam Dux *Carolus* mediante emptione, & actione, & aliis mediis ordinaverat, prout ſupra latius declaratum eſt. Item anno Domini CIↃ. CCCC. LXXXI. Dux *Maximilianus* cum multis nobilibus & communi populo Brabantiæ & Flandriæ profectus eſt in *Artheſiam* cum magno exercitu, ut recuperaret nonnulla oppida & caſtra & alia

loca illius patriæ, quæ Franci injuſte ſibi uſurpando occupabant, & morati ſunt aliquanto tempore in *Pontanedy* prope *Lens*. Sed & *Ludovicus* Rex Franciæ cum exercitu ſuo morabatur non longe a prædicto loco *Lens*, & ipſe multis utens promiſſionibus & practica tantum egit, ut exercitus ſolveretur nihil faciendo, ſed treugæ inter Regem Franciæ & Ducem *Maximilianum* factæ ſunt, & ſic quilibet reverſus eſt ad ſua. Item hoc in tempore incepit fames magna in terra durans multos annos. Item hoc tempore Reſpublica cœpit diſtorte mirabiliter agitari propter vile regimen, quod erat in omni terra, quia dominia Principis in Brabantia, Flandria, Hollandia, ita occupabantur multis debitis & oneribus, ita ut uſque hodie ad ſtatum priſtinum reſtituta non videantur. Item Dux *Maximilianus* profectus eſt cum multis nobilibus ex Brabantia, & nonnulli Capitanei vulgaris plebis verſus Morinum prope veterem villam contra Francos, ubi bis una die acriter pugnatum eſt, in primo circa meridiem, ſecundo circa veſperam, ubi etiam in utraque pugna Duci *Maximiliano* ceſſit victoria, non tamen ſine reſiſtentia adverſæ partis, eo quod populares & plebeji fugere & terga vertere cœperunt, ſed nobiles eos retinentes ſtare compulerunt, videlicet Comes *Engelbertus* de *Naſſau*, Comes de *Romont*, & nonnulli alii, ita ut proſternerent ex Francis mille octingentas lanceas, & multos etiam Francos arcuarios. Sed ante oppidum Morinenſe, ubi qui erant ſuper victualia Ducis *Maximiliani* cum nonnullis Capitaneis & una parte armigerorum, venit rumor doloſus, quod exercitus Ducis ab invicem ſeparatus fugiſſet, & ſic dominus de *Cordes* Gubernator *Picardiæ* magna poteſtate congregata illos prædictos victualiarios cum nonnullis armigeris Anglicanis invaſit multos trucidando, alios vero ad fugam compellendo, & multa pretioſa ſecum tollendo. Attamen Dux *Maximilianus*, ut dictum eſt, obtinuit victoriam & *Percam* de manibus Francorum, ubi invenerunt vaſa bellica bombardarum, ſerpentinarum &c. xxxv. multa vina & cibaria copioſa cum multis aliis rebus pretioſis. Item anno Domini CIↃ. CCCC. LXXXII. factus eſt tractatus pacis cum Francigenis in civitate *Atrebatenſi*, ubi inter cetera multa conventio matrimonialis effectum eſt ſortita (ad tempus ſcilicet) inter *Delphinum* Franciæ dominum *Carolum* ex parte una & domicellam *Margaretam* Ducis *Maximiliani* filiam ex parte altera. Super quo matrimonio magna foret texenda hiſtoria, ſiquis ad plenum explanare vellet, prout in declaratione tractatus pacis anni

ni LXXXII. plenius continetur, cum omnibus ſubjectis articulis. Item anno Domini LXXXV. dominus *Wilhelmus* de *Marcha* alias dictus de *Arenberch* ſive *cum barba*, quem Dominus *Ludovicus* de *Borbon* epiſcopus *Leodienſis* propter ſuas conſpirationes banniverat aut exulem fecerat de terra & patria Leodienſi, factus eſt pejor & crudelior in prædictum dominum *Ludovicum* epiſcopum *Leodienſem*, & congregavit magnum exercitum contra prædictum epiſcopum attrahendo ſibi nonnullos malevolos & perverſos civitatis Leodienſis. His perceptis nobilis ille dominus *Ludovicus* epiſcopus requiſivit adjutorium ſibi fieri a domina *Maria* de *Burgundia*, cui fideliſſimus extiterat, nunquam permittens Francos terram ſuam intrare aut tranſire, ſed parum profecit, quia nihil obtinuit propter diſtortum regimen, quod in terra cœpit oriri. Igitur ipſe epiſcopus cum ſuis perrexit extra civitatem Leodienſem contra dominum *Wilhelmum*, a quo nequiter & doloroſe eſt interfectus, qui deportatus in civitatem omnibus mortuus oſtenſus eſt. Tunc omnes perverſi & malevoli conſpirantes prædicto domino *Wilhelmo* interfectori ſacrilego domini epiſcopi adhæſerunt, æſtimanti & volenti conſtituere ſuum proprium filium epiſcopum Leodienſem, & vocari eum fecit *Poſtulatum* Leodienſem. Rumore prædictorum ubique in Brabantia perſonante, & primo *Lovanii*, cum apud *Lovanienſes* celebris anniverſariæ proceſſionis dies ageretur, prætermiſſo proceſſionis circuitu profecti ſunt verſus ſanctum *Trudonem* cum omni poteſtate, & immediare ſecutæ ſunt eos quartariæ partes patriæ Brabantiæ, ſcilicet *Bruxellenſes*, & *Antverpienſes*. Sed *Buſcoducenſes* minime valuerunt, eo quod omne pondus infeſtorum Geldrienſium ſoli portare habebant, quos inſurgere non ſinebant, & ſic Brabantini longo tempore occupabant terram *Leodienſem* voluntarii, valde cupientes expugnare prædictum dominum *Wilhelmum* cum Leodienſibus ipſi adhærentibus, ſed propoſitum eorum neſcio quomodo impeditum eſt. Igitur in prædicto Brabantinorum exercitu fuerunt Capitanei principales Comes de *Romont*, Dominus de *Naſſou*, Dominus de *Sienes*, *Philippus* de *Ravenſteyn*, dominus de *Bevere*, & Comes de *Thoerne*, *Cornelius* de *Bergen*, dominus de *Chautreyn*. Deinde prædicti Capitanei profecti ſunt cum Brabantinis verſus *Huele* in terra Leodienſi conſtitutum, ubi bellum commiſerunt eum præfato domino *Wilhelmo* de *Arenberch* & ſuis adhærentibus, qui adunati fuerant in ejus adjutorium ex omni terra *Leodienſi*, quos Brabantini viriliter pugnantes proſtraverunt victoriam & gloriam reportan-

tando, cum tamen pauci fuerint reſpectu Leodienſium. Poſtea deſtructum fuit oppidum de *Bilſen* vocatum in terra *Loſſenſi* ab eiſdem Brabantinis, in quod prædictus dominus miſerat ſeptingentos *Suevos* ad ejus cuſtodiam, qui omnes ibidem interfecti ſunt. Eodem tempore oppidum de Haſſelt terræ *Loſſenſis* captum eſt, & devaſtatum, atque ſpoliatum multis interfectis ab exercitu Archiducis *Maximiliani*. Non multo poſt contigit dominam Duciſſam *Mariam* quodam tempore equitare & ſpatiari inter Brugis & Dammis, & dum feciſſet equum ſaltare offendit pedibus & ipſa cadens de equo ipſe equus cecidit ſuper eam. Unde ipſa læſa in capite & in aliis membris poſt paucos dies proh dolor! *Brugis* delata defuncta eſt anno Domini CIↃ. CCCC. LXXXV. Super quam planxit Archidux *Maximilianus* ejus maritus inconſolabiliter cum omni terra ſua, quæ ſepulta ſumptuoſiſſime *Brugis* in eccleſia ſancti *Donatiani* reliquit poſt ſe *Philippum* filium ſuum Archiducem Auſtriæ, Burgundiæ, Brabantiæ &c. qui jam duxit in uxorem Joannam regis Hiſpaniæ filiam, & filiam juvenculam dominam *Margaretam* natam *Bruxellæ*. Et ipſa etiam habuit filium unum nomine *Franciſcum*, qui in primæva ætate defunctus eſt, atque *Bruxellæ* ſepultus.

EXPLICIT.

VITA

VIRGINIS NOBILISSIMÆ

ELISABETHÆ van HEENVLIET

ET

Quarundam aliarum

IN

COENOBIO DE DIEPENVEEN,

Apud Transisalanos.

AD

VIRUM NOBILISSIMUM

D. DANIELEM DE MILAN VISCONTI.

Senatorem & Judicem Ultrajectinum.

NOBILISSIME VIR.

USTUM aliquod volumen cum videretur vix efficere Auctor, quem publico, quid adjicerem cogitanti, dum schedas excutio, virginum aliquot nobilium Sanctimonialium vitæ mox occurrerunt, quas & lectu & observatu, & quæ e situ proferrentur in lucem, dignas existimavi, ut hinc lector intelligat, qui mores olim monialium, quæ vivendi versandique in cœnobiis olim ratio, & cujusmodi artificio sacrificuli olim usi ad puellas subducendas parentum obedientiæ, & pelliciendas in monasterium, prætextu scilicet devotionis & conversionis ad Deum, ac si nemo Deo servire posset, nisi habitu mutato monasterium ingressus. Modus hic acquirendi: dote enim non data, quæ quo major & pinguior, eo etiam acceptior & gratiosior, quæ devovebat se, vix ad monasterium, ad vitam illam asceticam, aditus olim ulli. Et hinc obtentu pietatis præcipue ad id inductæ, quæ opibus prævalebant. Digna inprimis lectu est vita *Elisabethæ* Joannis filiæ van *Heenvliet*, nobilis domicellæ. *Heenvliet* pars non ignobilis ditionis *Vornanæ*, toparchæ olim parens, ex genere & prosapia dominorum de *Voorn*, quorum *Heenvliet* erat feudum, seu beneficium, ut dicebant tum. A *Carolo Burgundo* civitatis jus adepta Ann. 1469. quod Carolus V. confirmavit Ann. 1531. Ann. CIↃ.CC. LIII. toparcha erat Hugo, qui junior erat frater *Theoderici* van *Voorn* Burggravii Zelandiæ, cujus nepos ex filio *Hugo* van *Heenvliet*, eques, ex *Elisabetha* van *Polanen* Philippi filia suscepit filium Ann. 1367. *Joannem* van *Heenvliet*, patrem *Elisabethæ*, cujus gesta jam publicamus, ex autographo, quo uti licuit, monialium *van Diepenveen*, in quo & plures erant sanctimonialium earundem historiæ. Auctor incertus est, haud dubie aliqua ex ascetriis, nam vix crediderim, quod sacerdos, qui eis a confessionibus, quem vulgo vocabant Patrem, quod non raro occurrant verba hæc ut de tertio loquentis, *onse Pater*, *onse Vader*. *Diepenveen* monasterium celebre olim apud Salios, cum præsideret diœcesi *Fredericus* van *Blanckenheim*, seculi xv. initio fundatum, ut charta est argumento, quæ ita se habet.

Fredericus *Dei gratia episcopus Trajectensis universis Christi fidelibus salutem & sinceram in domino caritatem. Inter multas pastoralis cu-*

curæ ſollicitudines ad ea maxime ſicut dignum eſt afficimur, & urgemtur, quæ cultus divini concernunt augmentum, & ſaluti deſerviunt animarum. Ea propter dilectarum noſtrarum in domino Suederæ *de* Rechteren, *quondam dominæ de Runen, ceterarumque devotarum fœminarum cum ea degentium piis ſupplicationibus inclinati his præſentibus annuimus, & auctoritate noſtra ordinaria concedimus licentiam eiſdem fundandi atque erigendi monaſterium fœminarum ordinis S. Auguſtini in loco dicto* Diepenveen *parochiæ eccleſiæ B. Mariæ Daventrienſis, ipſumque monaſterium cum ſuis pertinentiis ſubjicimus & incorporamus Capitulo generali monaſterii de Windeſem ejuſdem ordinis. Itaque dictum Capitulum ſeu etiam Superior ejuſdem Capituli pro tempore poterit, quotiens ſibi oportunum viſum fuerit dicto monaſterio Confeſſorem inſtituere, qui confeſſiones inhabitantium & familiarium ejuſdem monaſterii poſſit audire & eiſdem eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare jure parochialis eccleſiæ ſemper ſalvo. Viſitationes quoque, correctionem, ae inſtitutionem Prælatæ dicti monaſterii, nec non velationem perſonarum ejuſdem ad prædictum Capitulum, ſeu ad ſuperiorem ejuſdem Capituli volumus pertinere. Harum noſtrarum teſtimonio literarum. Datum in oppido Daventrienſi Anno Domini* 1402. *menſis Maji die* 20.

Præter rudera ex monaſterio vix aliud quicquam ſupereſt. Indicem tamen habeo ejuſdem facultatum & Necrologium minus plenum. Addam id, ſi ſit tanti:

Sanctimoniales, quæ a fundationis initio obierunt Diepenvenæ.

Vrouwe Sweder van Runen. Obiit Anno Domini 1407.
Jutte van den Ahuus de een Abdiſſe te Vreden geweeſt hadde. Ob. 1408.
Bate van der Laer. Ob. 1413.
Dyme van Ryſen. Ob. 1413.
Gertruir van Ryſen. Ob. 1416.
Trude Schulten. Ob. 1417.
Styn Tolners. Ob. 1417.
Gertruit van der Lyſt. Ob. 1422.
Mechtelt van Apeldorn. Ob. 1422
Lutgerd van Tyven Ob. 1423.
Femme Rutgers. Ob. 1425.
Gertruit Monnicks. Ob. 1426.
Katryn van Ryſſen. Ob. 1427.
Lubbe Kremers. Ob. 1427.
Trude van Beveren. Ob. 1428.
Fye van Montforde. Ob. 1430.
Gertruid ten Voerde. Ob. 1433.
Lyſebeth ten Snellenberge. Ob. 1433.
Elſeken van Steenre. Ob. 1433.
Katryne van Steenbergen. Ob. 1433.
Wyſe Wittops. Ob. 1437.
Fye ten Dunen. Ob. 1439.
Swete ter Poorten. Ob. 1439.
Gertrud Roden. Ob. 1439.
Griete Algerden. Ob. 1440.
Hille Horning. Ob. 1440.
Lamme van Hertil. Ob. 1441.

Katrine van Naeldwyck Suppriorinne. Ob. 1445.
Nelle Oems. Ob. 1444.
Hille Sonderlants. Ob. 1445.
Deric ter Horſt. Ob. 1446.
Stine Rovers. Ob. ....
Lutgert Keiſers. Ob. 1447.
Salome Sticken. Prima Prioriſſa confirmata. Ob. 1449.
Gertruit van Herwen. Ob. 1450.
Grete Greven. Ob. 1450.
Lubbe Snavels. Ob. 1450.
Johan van Rechteren. Ob. 1451.
Gertruit Butemans. Ob. 1452.
Grete Degens. Ob. 1452.
Fye van Galen. Ob. 1452.
Katryne Ripſen. Ob. 1452.
Eliſabeth van Heenvliet. Ob. 1452. die Martini epiſcopi. Nonne 1427.
Grete Faſtel. Ob. 1452.
Gyſel ter Aves. Ob. 1452.
Grete Kotekens. Ob. 1452.
Gertruit ter Poorten. Ob. 1352.
Lyſebeth van Tiel, de ander confirmeerte Priorinne. Ob. 1452.
Berte van der Liſt. Ob. 1452.
Grete ten Kolke. Ob. 1453.
Elſeken van Gymmete. Ob. 1453.
Wyte Ruſſchen. Ob. 1453.
Alheit Kuſers. Ob. 1454.
Jutke Breders. Ob. 1455.
Helenberch ten Buſſche. Ob. 1455.
Grete Molens. Ob. 1457.
Katrine Engelbers. Ob. 1457.
Alheit Bruens. Ob. 1457.
Fenne Byekes. Ob. poſt Paſcha 1458.
Grete van den Ahues. Ob. die Remigii. 1458. Suppriorisſa.
Elſebe Haſenbrokes de alde procuratrix. Ob. die S. Franciſci. 1458,
Bele ten Sande. Ob. feria ſexta poſt Bonifacii epiſcopi. 1459.
Fenne ten Merſche. Ob. die diviſionis Apoſtolotum. 1459.
Adriana Mants. Ob. 1. Octob. 1460.
Jutte van Beſten. Ob. die Innocentii. 1461.
Salome van den Wiel ſenior. Ob. 1462.
Engel van Damaſe. Ob. 1463. feria tertia poſt Servatii epiſcopi.
Helenberch ten Water. Ob. primo die poſt Bonifacii epiſcopi. 1463.
Gertruit Huginx. Ob. 1464. feria 2. poſt Epiphaniæ.
Elsken Vullens. Ob. op St. Vitus. 1465.
Aleit Maes monialis procuratrix de Campis. Ob. 1468. in profeſto Calixti Papæ.
Gertrud Grimmen monialis de Daventria. Ob. 1468. in feſto S. Leonardi.
Margareta Sprac. Ob. 1467. in profeſto Tiburtii & Valeriani.
Heylwigis Aſſinck. Ob. 1467. in die Ypoliti.
Geertrud ten Beecke. Ob. 1469. in die Polycarpi.
Griete Boltens. Ob. 1469. in craſtino conceptionis.
Femme Stuermans. Ob. 1470.

in

in profecto S. Lucæ Euangeliſtæ.
Rixe Jongen. Ob. 1469. in craſtino Mauritii.
Nyſſe van Vueren. Ob. 1469. in craſtino conceptionis.
Ermgart van Stralen Prioriſſa. Ob. 1470. in die S. Donati.
Nyſe Duwers. Ob. 1470. in profeſto S. Lucæ Euangeliſtæ.
Wendelmodis ten Buſſche. Ob. 1471. in craſtino Porentianæ virginis.
Eliſabeth van den Goy. Ob. 1471. in craſtino viſitationis Mariæ.
Berta Buſſches. Ob. 1471. in vigilia nativitatis domini.
Gerarda Urdemans Prioriſſa. Ob. 1472. in feſto Fabiani & Sebaſtiani martyrum.
Henrica Jonghen. Ob. 1472. in octava Agneris.
Aleydis bi Beſcheide. Ob. 1472. in profeſto S. Gregorii.
Salome van der Wiel Woringana. Ob. 1490. Prioriſſa.
Daya Dierkens. Ob. 1491. Prioriſſa.
Sapientia de Renſſen. Ob. 1500. Prioriſſa.
Catharina Lauwers Prioriſſa. Ob. 1504.
Ermgart. ..... Prioriſſa. Ob. 1472.
Bernarda Bitters Prioriſſa. Ob. 1508.
Fye van Dorſten monialis. Ob. 14...
Theodora van Dorſten monialis. 14...
Aleidis Hudekes Prioriſſa. Ob. 1513.
Mechtelt van der Geeſt Prioriſſa. Ob. 1546.
Wychmodis de Keppel Prioriſſa. Ob. 1558.
Anna de Windeſem Prioriſſa. Ob. 1565.
Anna Stuirmans Prioriſſa. Ob. 1567.
Helena de Boſelaer Prioriſſa. Ob. 1594.
Femme Lunenborch procuratrix. Ob. 1552.
Margareta van Dunen procuratrix. 1544.

Cœnobii aliquot converſæ, & quo quæque anno obiit.

Gebbe ten Tyen. Ob. 1416.
Evert Hudden. Ob. 1416.
Trude van Rokel. Ob. 1424.
Judich ten Beecke converſa. Ob. 1452.
Grete van Naeldwyck. Ob. 1424.
Fye van Ockenbroeck. Ob. 1426.
Kunre Schoenbeeken. Ob. 1434.
Fye ten Broich. Ob. 1438.
Margareta van der Beeck, geeſtlyc geworden. 1438.
Lyſebeth Giſeberts. Ob. 1441.
Lutgart. Anynges. Ob. 1443.
Johan van Dieſt. Ob. 1444.
Belie van Duſſeldorp. Ob. 1444.

Margareta Esselingh professide nonne. 1446. Ob. 14...
Johanna van Rhemen geestlyc geworden. 1439. Ob. 1476.
Jutte Ruschen. Ob. 1446.
Heilewich de Mey. Ob. 1447.
Aleyt Comhaers. Ob. 1452.
Beatrix van der Beeck. 1459. Ob. 1500. op St. Crispyns avont.
Lysbeth van Overlaeck. Ob. 1452.
Alheit ten Dunen. Ob. 1452.
Eva ten Haeve. Ob. 1452.
Elsebet Stockvisches. Ob. 1452.
Alheit Hombolts. Ob. 1453.
Griete Molens. Ob. 1457.
Griete Kerstekens. 1458. post Pascha.
Lubbe Selandes. Ob. post nativitatem Mariæ. 1458.
Stine ten Mersche. Ob. post divisionem Apostolorum. 1549.
Grete van Houdaen. Ob. in die S. Bartholomei. 1462.
Jutte van Bestmer. Ob. die Innuentii. 1460. in principio illius anni.
Aleit Andrees. Ob. die conceptionis Mariæ. 1463.
Fye ten Else. Ob. die Vincentii. 1469.
Aleit van Holten. Ob. post Agnetis. 1465.
Anna Scholten. Ob. 1467. 20. die Aprilis.
Lisebeth Heiligen. Ob. 1467. in die Calixti.
Alyt Kocken. Ob. 1467. in dic conceptionis B. Mariæ.
Sophia Barck. Ob. 1468.
Hille van Hostronde nonne geworden. 1469. Ob. 1501. in professto annuntiationis Mariæ.
Ermgart van Lisse. Ob. 1472. in crastino Pontiani.
Gerbrecht Ludekens. Ob. 1453.

Dese syn ongecledet gestorven.

Lutgert ter Poorten. Ob. 1430.
Mette op den Eest. Ob. 1436.
Alheit Nyehoves. Ob. 1433.
Fye ten Sande. Ob. 1444.
Tulle Bertoldes. Ob. 1447.
Alheit Kocken. Ob. 1449.
Alheit Stuermans. Ob. 1452.
de Alde Lyse. Ob. 1459.
Ermgart van Deventer. Ob. post Ambrosii. 1464.
Hele Hermans. Ob. 1469. in die S. Nicolai.

Priesters alhier begraven.

Heer Johan Brinckerinc was de eerste fundateur en biechtvader deses huises, und licht begraven voor den oudsten altaer in den choer.
Otte ..... Priester en Schoolmeester.
Egbert ..... Pater en Rector.
Dirck ..... Priester.
Johan ten Water Priester.
Johan van Ummen Priester.
Willem ..... Priester.
Rolof ..... Priester.
Henrick van Mengede Priester.
Johan de Witte Priester.
Geert van Meerse Priester. &c.

Et hæc quidem hactenus. Ipsam jam ascetriam audiamus, si placet,

VAN

Van Suster Lysebet van Henenvliet.

Heer Johan [1] van Henenvliet ſuſter *Kathrinen* van *Naeldewicks* oem, ende een ſone Heer *Hugen* van *Henenvliet*, een eerbaer mechtich Ridder, ende Heer *Johan* van *Henenvliets* Heerlicheit leget tuſſchen Hollant ende Zeelant als een eylant, ende hy hylicte an Heer Raes van Borſſelens dochter, ende ſine Heerlicheit ligt in Zeelant. Onſe lieve Heere verleende hem twee vruchten, als een ſone, ende daerna een dochter, ende ſi deden ſi nomen *Eliſabeth* na ſante *Eliſabeth* der hilliger vrouwen [2] des Coninges dochter van Ongaryen. Want Heer *Johan* van *Henenvliet* ende die vrouwe van *Naeldewick* waren van al te geboertigen Ridderſchap, ende van ſante *Eliſabeths* geſlachte. Ende als dit kint *Eliſabeth* van *Henenvliet* geboren was, ſo waſt al ſtekeblint. Waer van die vrouwe van *Henenvliet* ende hoer Jonferen, ende die anderen, die t' wiſten, hoer al te ſeer bedroefden, ende en dorſtent haren Heere van *Henenvliet* niet openbaren. Ende ſi en wiſten genen raet noch trooſt, dan ſi anriepen onſen lieven Heere, ende *Maria* die waerde moeder der barmhertcheit, die die vrouwe van *Henenvliet* ſonderlinge lief hadde, ende te eren plach, ſunderlinge des Donderdaeges des avents ſo plach ſi hier enen ſunderlingen dienſt te doen, om des naeſten Vrydages willens, die dan aenſtaende was, ter eeren des ſwaren lydens ende hertſeers dat ſi hadde van der bittere paſſien hoers lieven ſoons opten gueden vrydach. Ende ſi en dorſte hoer kint niet geeſtelick laven buten horen Heeren, dat ſi anders wel ſolde gedaen hebben, op dat ſi hulpe van Gode mocht vercregen hebben. Als ſi dus weren in lyden ende niet en wiſten, wat ſi doen ſolden, ſo voerquam hem die guedertierentheyt ons lieven Heeren, ende ſynre liever moder. Want na drien daghen dat dat

1. Sororem habuit hic Joannes, cui nomen Catharina, nuptam Ann. 1405. Henrico van Naeltwyck, Marſcalco Hollandiæ, filio Guillelmi & Sophiæ van Teylingen. Filiam habuit Henricus rurſum aliam Catharinam, nonnam item ten Diepenveen, cujus vitam etiam editurus ſum alia occaſione. *Diepenveen* cœnobium & arx apud Salios non procul a Swolla.

2. Andreæ regis Hungariæ filia, Ludovico nupta Lantgravio Haſſiæ Ann. 1421. Obſummam vitæ ſanctitatem relata inter Divas a Gregorio Papa IX. Retulit vitam ejus in literas Theodoricus Turingus apud Caniſ. *to. 5. antiq. lect.* Vid. *ib. lib.* 1. *cap.* 8. *& lib.* 8. *cap.* 9.

dat kint al ſteke blint geweeſt hadde, begonden hem die ogen allensken op te gaen, ende volcomelic te ſien, daer ſi ſeer in werden verblyt, ende Gode ende ſyn live moder herteliken van dancten. Ende als dit kint was van VII. oft VIII. jaren, ſo plach ſi mit horen vader ende moder ende brueder ende mit den anderen geſinde uyt te gaen opt velt om hem te vermaken. Ende ſo plagen ſi dicwil hemel-ſloetel ende ſante Johannes cruyt te paten, die Heere ierſt beginnende, ende daerna die vrouwe, ende daerna die kinder, ende daerna dat ander geſinde. Ende dat an ene lange ryge na ordinantie om te beſien, wie dat langeſt van hem allen leven ſolde, ende wie geluckeſt van hem weſen ſolde, des cruyt ſolde beſt waſſen, ende leſt verdorren. Ende dit deden ſi van ſpele, mer die kinder onthieldent harde nauwe, ende liepen dicwyl omme dat cruyt te beſien, wes boemken beſt wies. Ende ſi vonden altoes, dat ſi alle begonden te waſſen, mer hoers broeders boemken begonde altoes ierſt te verdorren, daerna hoers moders, daerna ſommige van den geſinde, ende oeck hoers vaders boemken. Mer Lysken merckede, dat hoer boemken altoes beſt wies, ende langeſt groen bleef. So plach ſi tot horen brueder te ſeggen; *ic ſal u vrouwe werden, ende alle die Heerlicheyt ſal op my comen.* Mer dit mochte hoer brueder quellike hoeren, ende plach daeromme te ſchreyen, mer nochtans werdet waer, want als hoer broeder omtrent XX. jaer oelt was, waert hi geſant ten hilligen lande omme daer Ridder te werden. Doe ſtorf hy onder weghen daer de ouders al te grooten rou van hadden. Ende die guede goddienſtige moeder was die ierſte daer na, ende die guedertierene Ridder daerna, ſo dat ſi *Lysken* alle overleefde, ende hoer mit rechte die Heerlicheit toe hadde gehoert, en hadde ſi 't niet om een beter en onvergenckelic rycke overgegeven. Ende die guede vrouwe van *Henenvliet* hadde ene ſware bedevaert gelavet, wullen ende barvoets te gaen voer hoer dochter *Lysken*, om dat ſi een vollencomen menſche mocht werden, die alſo vele te vroe jonck was, dat ſi niet ſien en conde, ende niet enen neghel an hande noch an voeten en hadde. Ende die moder vervulde hoer belofte alſo evengelyck, dat hoer jonfer ſach, die hoer volgede, dat dat bloet van horen voeten bleef ſtaen opten wech, daer ſi heen genck. Mer ſi en dorſte hoere vrouwe niet aenſpreken in den weghe, om dat ſi opgeſat hadde hoer bedevaert ſwygende te doen. Mer als ſy in der kercken quam, daer ſy weſen ſolde, doe ſprack die vrou-

we

we van *Henevliet* tot onſer ſueter vrouwen, ende ſegede: *Lieve moder Godes na wete gy dat is niet meer en vermach.* Ende ſy hadde voldaen dat ſy belavet hadde, ende ſach dat die barmherticheit Godes ende ſynre liever moder an hore dochter niet en gebrac. Want dat kint wert toe male bequame van lichaem, ende ſcherp ende ſubtyl van ſinnen ende abel van handen. Mer ſi bleef ſeer cleyn ende weekelic tot horen XIII. jaren toe, mer doe voort ſchoot ſy op, ende wert een heerlyck bequame perſoon. Ende als ſi was van x. jaren, ſcheen in hoer te aerden die ynnicheyt ende Goddienſticheit hoerrer moeder, want ſi begon ſeer getrecket te worden van binnen onſen lieven Heere te dienen. Ende ſi plach onſer liever vrouwen te bidden, dat ſy hoir hier toe wolde helpen. Ende ſy genck tot enen devoten Prieſter te biechte, die hoer ten beſten riet. Mer horen olders begonde te twyvelen, dat dat kint wat ſonderlinge voor hadde, ende verboden haer, dat ſy niet meer tegen den devoten Prieſteren biechten en ſolde, mer ſy hieten hoer tegen enen anderen werliken Prieſter te biechte gaen, dat ſi al te node gedaen hadde, mer ſi moſte daer in doen, als haer olders wolden, ende ſy maeckten den werliken Prieſter uit, dat hi ſolde vernemen, wat dat kint in hadde. Mer het was te vergeves, want dat kint merckte hoeren vlyt wal. Ende onſe lieve Heere reygeerde dat kint, ſo dat die Prieſter horen olders ſegede, dat hy des kindes gront niet en conde vernemen, want ſi weer hem al te cloeck, ende hi en meendes niet bet te beſtaen. Doe maecten hoer olders ander jonferkens uit, dat hoer nichten ende ſpeelgenoten waren, dat ſi vernemen ſolden, wat dat ſi in hadde, ende dat ſi hem venſen ſolden, dat ſi geerne toe cloeſter gaen wolden, mer onſe lieve Heere gaf den jongen jonferken van *Henevliet* ſo groeten cloeckheit, dat ſi hem al ontquam. Ende ſy bleef in hore heymelike begeerte, ende legde hoer an onſen lieven Heere, ende an ſynre lieve moder, ende begeerde hoer hulpe. Ende ſi was eens op den wech in een cloeſter te gaen, mer onſe lieve Heere verſacht, dat ſi daer niet en quam. Want hoer olders en hadden ſi daer niet gelaten, mer mit gewelde dar weder hen genomen. Onſe lieve Heere hadde hoer een ander ſtede verſien hem te dienen, daer ſi bet beſchermt ſolde weſen by hem te blyven, mer nochtans niet ſonder groot lyden, als men noch wel hooren ſal. Dus ſo genaeckte die tyt, dat Heer *Henricks* dochter van *Naeldewick* ſuſter *Kathrina* ten *Diepenveen* profeſſie ſolde doen. Doe begeerde

die vrouwe van *Naeldewick* van horen brueder, Heer *Johan* van *Henevliet*, dat syn vrouwe *Heylewich* ende syn dochter *Lysebeth* mit hoer ten *Diepenveen* mosten trecken tot hore nichten *Kathrina*, die die professie solde doen. Tot welcken hy syn vrou oorlof gat mede te trecken, mer geensins syn dochter, want die vader hadde haer seer lief, want si syn enighe dochter was, ende was te malc een levendich, vrolic, byweselich kint, ende hy en mochte hore niet langer ontberen van synre tegenwoerdicheit. Mer die vrouwe van *Naeldewic* en liet niet of om syn dochter te bidden, want si wiste, dat si groete begeerte hadde tot hoer nichten te trecken, die si sunderlinge lief hadde, mer si en wiste nochtans niet des kindes gront, ende si lovede hoeren broeder syn dochter hem weder te brengen, so dat hi 't consentierde, al dede hi 't noede. Ende si toegen hen op sante *Egidius* dach. Ende die vrouwe van *Naeldewic* nam mit hoer jonfer *Griete* hoer dochter, ende een ander Jonser genaemt *Armgert* van *Lissen*. Ende dat kint van *Henevliet* wart onder wegen sieck totter doot toe, so dat die moder ende moeye, ende al dat gesinde in grooten lyden weren, eude si wolden dat kint to *Utricht* gelaten hebben in hoere herberge by eener geesteliker vrouwen geheyten *Agatha Eernstes*, hent si weder quemen. Mer dat kint en wolde daer niet blyven sonder syn moder. Ende si meenden heymelike des morgens van dar te vaeren, doe dat kint noch sliep, als si meenden. Mer dat vernam dat kint, alst noch sliep, als si meenden, ende en liet niet af van onrusticheit, hent dat si 't mede namen. Doe waert si weder onder weghen ter door toe sieck, so dat si 't toe geerne toe *Amersfort* gelaten hadden, mer si en wisten daer niemant, den si 't toe betrouwen dorsten. Doe togen si voert mit groter pynlicheit, ende quamen ten *Diepenveen* op sante *Angustinus octave*. Dese sieckte was hoer ene grote oorsake onsen lieven Heere te dienen. Ende als si ten *Diepenveen* was, so wordet beter mit hoer, mer si vensede hoer seer wekelick te wesen, om dat si sy niet mit hem wederomme solden nemen. Ende doe si vernam, dat die *Prior* van *Windesem* ten *Diepenveen* gecomen was, om susters *Kathrinen* hoer nichte te professien, so genck dit kint van *Henenvliet* al heymelike mit hulpe Godes ende eenre susters, die haer daer toe hulp, dat si hem alleene kreech, ende bat hem om een stede ten *Diepenveen*. Ende die eerweerdige vader antwoerde hoer ende segede; *dat en is u niet toe weygeren, u olders hebben ons so voel gudertieren geweest.* Hoer olders weren God-

Godfruchtige luden, ende hadden alle guede luden lief ſunderlinge die Reguliers, ende hoer olde vader Heer Hughe van Heenvliet was fundiere des Regelieren clooſters tot Rugge in den Briel, Ende daer ligt hy begraven voer dat hoghe altaer. Ende hoer vader ende moder weren ſeer gunſtich onſer oerden. Ende om deſer doecht ende ander weldaden deſer gueder luyden ſo gaf hy hem toe willichliker die ſtede, al was ſi noch jonck, als in hoer elfte jaer, ende te male cleyn ende weekelick. Hoer was ſeer lieve, dat ſi die ſtede vercregen hadde. Ende als hoer nichte profeſſie gedaen hadde, ende ſi weder te huys ſolden reyſen, ſo venſede ſi hoer ſeer wekelick te weſen. Doe dit hoer vrou moder van Henenvliet, ende hoer moye van *Naeldewick* ſegen, ſo en dorſten ſi geenſins beſtaen te reyſen mit den kinde, om dattet hem ſo was gegaen doe ſi uit reiſeden, ende hem dochte beter te weſen, dat ſi dat kint ten *Diepenveen* lieten blyven by Jonfer *Griete* van *Naeldewick* ſyn nichte, ende by Jonfer *Armgert* van *Liſſen*, die doch daer ſolde blyven, hent dattet beter worde mitten kinde. Ende ſi togen weder te huys mit hoeren geſinde. Ende als die vrouwe van *Henenvliet* weder quam ſonder dat kint, waert die vader ſeer beſtoten, ende t' viel hem ſeer ſwaerlick op ſyn herte, ende verdroech ſeer ſwaerlic dat ofweſen ſynre dochter, ende hy ſende tot elcker maent enen baden ten *Diepenveen*, om te beſien hoe 't mit ſyn dochter weer, om dat hi ſi gerne te huys hadde gehad. Mer dat kint venſede hem al ſiec te weſen, ende in alſulker maten lieten ſy 't hier blyven. Die vrou van *Henevliet* hoer moder die hadde hoer wel gegont, dat ſi onſen lieven Heere hadde gedient, doe ſi 't ſelven aldus vercoes, want ſi was ſelve ene Goddienſtige vrouwe. Mer hoer Heer riet hoer ſo lange, dat ſi dicke daeromme in groter lyden was. Ende als dan dit kint een wyl tydes ten Diepenveen geweeſt hadde mitten ſuſteren daer buten, ſo haddet gerne ſyn hair of gehad. Mer onſe weerdige vader Her Johan Brinckerinck en woldes niet lyden omme hoer olders willen. Doe ſette ſi hoer een tyt lanck te vreden, mer cort daerna was ſi metten ſuſteren in die kercke, doe hadde ſy ſo grooten ſtryt dat hait of te ſnyden, dat ſi een mes nam, ende ſneet hoer vlechten af onder hoer hoyke, als ſi beſt conde, dat daer niemant van en wiſte. Mer des avends ſo twyfelde eenre ſuſter dair an, ende te hant taſtede ſi daerna, ende ondervandet, dattet alſo was. Doe vernemen dat te hant hoer olders, ende worden ſeer trubeert ende bedrucket, ende wiſten niet, hoe ſi t' an-

ſetten ſolden, om hoer kint weder te crigen. Die vrouwe van *Henenvliet* quam haeſtelike ten *Diepenveen*, ende haepte hoer dochter te beſmeyken in duſdeniger manier, als dat ſi mit hoer te huys ſolde trecken, op dat hoer Heer vader hoer noch eens mochte ſien, ende toeſpreken, die ſo ſeer om hoer bedrucket weer, ende ſi lavede hoer, dat ſi ſy dan ten *Diepenveen* weder brengen ſoude. Ende die vrouwe was lange tyt alleene by hore dochter int ſlot, ende genck hore dochter ſeer neerſtelike an, nu mit ſmeyken, nu mit dreygen, mer dat kint bleef ſterck ende onverwandelick in ſinen gueden opſet, ende wolde noch om leven noch om ſterven weder tot den vader trecken, den ſi nochtans ſunderlinge lief hadde. Ende als die vrouwe ſach, dattet omme niet was, dat ſi arbeide, ſo ſcheide ſi van hoer mit groten rouwen. Mer hoer druck was niet ſo ſeer om den gueden wille, den ſi in den kinde ſach, want ſi was ene Godvruchtige vrouwe, ende ſolde ſi geerne onſer Godt gegunt hebben, haddet hoer niet gedaen den groten onverdraechliken rouwe, den ſi ſach an hoeren Heere. Dat oeck geen wonder en was, want het was ummers ſyn enige dochter. Ende deſe guede vrouwe beval hoer dochter enen eerliken rycken man, geheyten *Geryt* van *Ryſen*, te beſorgen wat hoer van noeden weer, want ſy ſeer weekdick was, ende dat hy hoer beſchermer ſolde ſyn, of hoer enighe laſt an queme, want hy niet veer van *Diepenveen* en woende, ſi woldet wal tegen hem verdienen, welck hy ende ſyn huyſvrouwe trouwelike deden, want hi hadde dar oeck wal drie dochteren int ſlot. Ende hy vernam, dat hem een banrodſe hadde vermeten, dat hy Heer *Johan* van *Henenvliets* dochter wal weder van *Diepenveen* crygen wulde, het weer mit lieve of mit lede, of hy wolde ſy heymelike daer hen ſtelen, ende in echte nemen. Hieromme waernede *Geryt* van *Ryſen* onſen *Pater*, ende gaf hem dit te kennen. Doe en dorſte hi ſi niet langer daer buten laten, mer hi liet ſi daer binnen by hoer nichte *Kathrina* van *Naeldewick*, ende hoer moder kierde weder te huys omme enen anderen raet hier in te vinden. Als hoer Heer vader deſe dingen hoerde van ſynre dochter, waert hy ſo verbolgen van groten druck ſyns herten, ende wolde ſonder toeven een deel volkes geſant hebben ten *Diepenveen* om hoer mit gewelt daer heen te nemen, mer hoer moder ondervenget wyſelick, ende en hadde niet geerne gehad, dattet cloeſter in lyden gecomen hadde. Ende ſi vant enen raet, dat ſi toe *Windeſem* trecken wolde

de tot al den vaderen, die daer doe vergadert weren om des Capittels willen, want ſi vermoede, dat die vaders hem alrebeſt helpen ſolden, ende ſi tooch daer ſeer haeſtelic mit een deel geſindes. Ende hoer Heer gaf hoer mede enen *Notarius*, die nernſtelike ſolde merken op ſine vrouwe, of ſi oock al hoer vlyt daer toe dede, dat ſy hoer dochter weder creghe. Want hy hadde al wat ſuſpicien op hoer om hoere Goddienſticheit willen, dat ſi hoer beſte hier niet toe en dede. Ende als ſy dan toe *Windeſem* quam, vant ſi de vaders al vergadert totten Capittel. Daer gebeerde die vrouwe als ene lewinne, want ſi conde ſpreken, alſt hoer ter herten genck, als een man, alſo datmen dat Capittel opſchorte, en de Pater van *Windeſem*, ende al die vaders togen mit hoer ten *Diepenveen* om hoer te helpen an hoere dochter. Ende als dat kint vernam, dat hoer moder weder gecomen was mit al den volcke, ſo genck ſi haeſtelike hen, ende nam den Priorinnen den ſloetel van den cloeſter al heymelike. Ende ſi clam mit eenre ſuſter al heymelic op dat hemelte van der kercken. Ende ſi nemen mit hem ſant ende ſteene, op dat ſi hem daer mede hadden mogen weren, of daer ymani tot hem hadde willen comen. Ende ſi toghen die ledder na hem op, mer doe was ſy te lanck. Doe ſneden ſi die ledder mit hoeren etemeſſe ontwee, ende togen ſi doe voert op. Die *Prior* van *Windeſem* geboet den *Priorinnen* dat ſlot op te ſluten, doe wolde ſi den ſloetel halen, mer ſi en conde niet gevinden, wat ſy ſochte. Ende ſy was genoech begaen, ende en dachte niet, datten dat kint hadde. Ende die moder ende hoer volck wolde daer in mit groter druuſticheit, ſo datmen dit ſlot opſloech. Ende de *Pater* van *Windeſem* ende al die ander Paters gingen mit der vrouwen, ende mit horen geſinde, om dat kint weder uit den clooſter te halen, behalven drie Paters bleven daer buten, ende en wolden gene oerſake daer toe weſen, dat dat kint dair weder uit ſolde comen. Dat was die *Pater* van *Rugghe* uit den *Briel*, ende van *Eymeſteyn*, ende die *Prior* van *Marienboer*. Deſe die ſtonden van buten, ende ſeghen op na den toorn van der kercken, ende daer ſegen ſi een perſoon in mit witten gecledet, ende ſi meenden dattet dat kint hadde geweeſt. Mer dat kint noch die ander ſuſter quemen ny in den toorn, daeromme iſt te vermoden, dattet des kints enghel is geweeſt. Hoer moder ende dat ander geſinde trampeerden, ende liepen ſeer verveerlike daer binnen, ende liepen hier ende ſochten daer om rietſcap dat kint van den he-

melte te crygen, mer si en conden ghien gevinden. Doe werden si noch meer trubiert, ende die vrouwe sprac onse vader Heer *Johan* seer scherpelic toe. Ende enen van horen gesinde stont by hoer, ende hadde syn hant op syn sweert, ende nams waer, of hy hoer oeck wat seggen wolde, anders dan hem beliefde. Met onse hillige vader sprac hoer seer sachtmoedelike toe, ende segede, *Vrouwe wat wildy dat ic doen sal, wildy mynen hals, ic ben bereyt u den te geven, mer want dat kint niet van hier en wil, so en wil ic daer niet toe doen.* Doe dat die man hoorde toech hi sine hant van den sweerde. Oeck segede onse vader, dat hy liever hadde, dat *Diepenveen* tot asschen toe verbrande, dan dat hy hier toe helpen wolde, dat dat kint ewech queme, om dattet so grooten begeerte hadde onsen lieven Heere te dienen. O waerachtige Samaritaen ende hueder synre schapen, die bereyt was syn lyf ende al dat clooster, dat hem te male suyr was geworden te tymmeren, te waghen, eer dat hy een lammeken van syns Heeren cudde hadde gelevert in der wolven handen. Ende dit volck was lange arbeydende by dat wulffel mit roepen ende onlede, ende verveerlick beerende, ende hadden daer al te geesne op geweest totten kinde. Ende een man van den meesten toedryvers kreech ene ladder mede op te climmen. Ende als hy was opten iersten graet van der ledder geclommen so brack die graet. Ende hy spranck van der ledder, ende ontsach die wrake Gods, ende vermat hem niet meer te moyen dat kint, want hy sach dat die hulpe Gods mit hem was. Ende als Jonfer *Lysken* sach, dat sy begonden op te climmen tot hoer, so riep si tot hem, ende segede. *Werde gy so coene, dat ghy hier op climmet, ic sal u smyten op u hovet mitten stenen, dat ghy wal van hier sult blyven, ende en late gy niet of, ic sal myn Heer vader dat oer van mynen hoefde senden,* ende mit enen sneet sy in hoer oer, so dattet hoer al te seer wert bloedende, ende woldet afgesneden hebben, en haddet hoer die suster niet benamen, die by hoer was, Ende als die moder dit vernam so riep si: *Lieve kint comet tot my af, ende en doet niet meer quades, ic wil u hyir laten, ende niet meer geweldes doen.* Mer si en geloefde den volcke niet, ende en dorste niet of comen, eert hoer *Pater* van *Windesem* ende onse vader Heer *Johan Brinckenine* hieten doen. Doe quam si of mit der suster, die by hoer was van den hemelte, daer si onder hem beyden alleene hadden geweest van des morgens vroc hent des avonts omtrent IX. of X. uren sonder eten ofte drincken. Ende

den

den kinde hadde seer die nese geblodet van bangicheit des herten ende van groter hetten. Want het was doe seer heyt, ende swaer onder dat leydack te wesen. Ende dat kint was seer vermoyt na der naturen, mer so veel te stercker in den Geeste, ende quam al bebloedet of, ende sprack totter moder ende segede; *Moder en ist noch niet genoch, so sal ic nese ende mont offnyden, ende sendent mynen Heer vader*, ende dit seggende sat si dat mes op hoer nese. Als die moder dat blodige ansichte hoers kindes sach, ende sine grote stanthachticheit viel si ter erden, ende segede; *Lieve kint, laet of, ick wil u hier laten*; ende si beswegede al styf. Ende *Lysken* van *Henenvliet* verssprack sommige van den Paters, om dat si merckede, dat si horen olders in deser saken gunstich weren, dat hem niet toe en behoerde, als hoer dochte.

Als die vrouwe van *Henenvliet* mit al die gene, die mit hoer weren hoer beste gedaen hadde om hoer kint van daer te crygen so was hoer arbeit al te vergeves, want Jesus Christus hadde gestreden voer sine bruyt, ende belyde die victorie. Ende die behilt vrouwe van *Henenvliet* tooch weder tot horen Heere mit al horen gesinde, mit groten drucke ende bangicheit, want hoer Heer hadde hoer gedreyget, queme si weder sonder syn dochter, hy wolde si dooden. Mer die *Notarius* ende ander guede mans, die hy hoer mede gegeven hadde, segede den Heere stercklic, dat syn vrouwe hoer beste gedaen hadde, om syn kint weder toe brengen, mer dat kint en wolde omme leven noch om sterven niet weder van *Diepenveen*. Doe liet die Here sine moet wat vallen op syn vrouwe, mer hy was al te seer gestoert op syn dochter, so dat hy hoer niet enen penninck geven en wolde in langen tyt. Ende hieromme so hadde syn vrouwe een wyl tydes een hart leven by hem. Ende suster *Lysebeth* hoer dochter bleef sterck in hoeren gueden wille, ende danckte onsen lieven Heere, dat hy hoer geholpen hadde in hoeren noet, ende betroude hem toe, dat hy hoer voertan wal helpen solde. Ende hadde onse lieve Heere dat kint niet vercaren ende gereygeert, het hadde onmogelick geweest, dattet ganchachtich solde hebben gebleven, so grote dingen als hoer solden hebben gebeurt na der werlt, als si ook wal wiste. Want si was cloeck ende verstandel van natueren, ende na dat vleysch te spreken solde si hoer hier al voel te stervens hebben, als si ook eendeels wal ondervonden had, doe oer die moder quam om hoer te halen.

Want

Want ſi was ſeer levendich, ende mochte quellike na kinder wyſe langhe ſitten, welck hier doe al ſeer ſtrenge was, want die officien ende uitwendige werken binnen den ſtate niet en weren. Suſter *Elſebe Haſenbroecs* hadde haer verbaden, dat ſi geen Duytſch ſpreken en ſolde ſonder verlof. Doe waert hoer eens quellike in der nacht, ſo dat ſi over moſt geven, ende ſi en hadde geen becken oft ander rietſchap, dat hoer nootdruftich was, ende ſi en moſt geen Duutſch ſpreken, ende dat Latyn en conde ſi niet wal. Doe riep dat kint; *Soror ſpybus, beckelus*, ende maeckte Latyn, als ſi beſt conde, op dat ſi niet ougehorſam en weer. Ende ſi began guet tyt hoer toevlucht te maken tot onſer ſueter vrouwen, ende hadde ſi ſeer lief, ende riep hoer an in horen noden. Ende hoer en verdroot gien arbeit noch dienſt hoer te doen, ende hier wies ſy in van dage tot dage. Ende wien ſi in noden wiſte van binnen of van buten, die plach ſi te ſtueren tot onſer ſueter vrouwen, want ſi hadde dicke hoer hulpe vernamen. Ende als ſy dan was in hoer XIV. jaer, ſo werden hier wal XVIII. ſuſteren gecledet des daghes na ſante Servatius dach. Doe waert ſuſter *Lyſebet* van *Henenvliet* medt gecledet, ende oock ſuſter *Ermgert* van *Liſſen*, die mit hoer ten *Diepenveen* quam. Ende ſuſter *Lyſebet Gysberts* die ſuſter *Lyſebet* van *Henenvliets* nichte was. Ende dat was int jaer CIↃ. CCCC. en XVI. Ende ſuſter *Lyſebet* van *Henenvliet* genck vurichlike voert in doechden, als in oetmoediger gehorſamheit, ende in der minnen Godes ende hoers naeſten. Want ſi was ſunderlinge trouwe ende medelydende op die armen ofte bedruckten, het weer binnen den ſtate, of daer buten. Ende ſie quam hem te hulpe na horen vermoghen, ſo veel als ſi conde, het was overmits hoer ſelven oft een guet woort voer hem te ſpreken by onſen Overſten. Want ſi wal hadde beſocht, hoe dat enen ellendigen bedruckten herten te moede was, die ſyn wille guet was, mer in den natuerliken crachten ontbrack. Ende doe die officien binnen quamen, doe genck ſuſter *Lysken* mede tot allen oetmoedigen ſwaren wercken, ende arbeyde dicke meer, dan ſi wal vermochte, ſo dat hoer by wylen al te bange waert inder naturen, want ſi niet ſterck en was. Ende als ſi licht vier of vyf jaer profeſſie hadde gedaen, doe ſterf hoer enige brueder, daer hoer olders ende ſy al te ſeer in bedrucket weren. Doe begon hoer Heer vader weder te regineren om ſyn dochter noch weder te crygen, want hi en conde hore niet vergeten. Mer hoer guede moder ſtont hem

hem merclike weder, ende ſegede, dat ſi niet lyden en wolde, dat daer ene nonne omme hoeren heert ſolde gaen. Ende ſi verwan hoeren Heere nu mit guetlicheit nu mit ſchelden, dat hy hem ten leſten toe vreden ſette, want hy ſach doch, dat hy niet winnen en conde, ende ſi brachte hem daer noch toe, dat hi ſyn dochter een groot guet maecte mit beſegelde brieven. Ende ſi plach jaerlicx ene groote ſomme geldes ten *Diepenveen* te ſenden by enen trouwen baden, eer hoer Heere ſyn dochter wat makede. Mer dat dede ſi ſo heymelike, dattet niemant van horen geſinde en wiſte, noch wy oock ten *Diepenveen* en condens niet volcomelicke vernemen, waer dattet heen quam. Mer namaels worden wy 's gewaer, ende ſi ſant hore dochter al heymelike enen trooſteliken brief, als dat ſie Godt wel mochte dancken, dat hi ſie uit der ſondiger werlt geropen hadde, ende dat hi ſi hadde behuet van pericul beyde der ſielen ende des lyves, ende dattet hoer lief weer, dat ſi hier ten *Diepenveen* weer, ende onſen lieven Heere diende. Hier in toende die edele Ridders vrouwe horen goddienſtigen doegentlicken gront. Want ſi hoer maer verblyde, dat hoer enighe kint, dat erfgename ſolde geweeſt hebben van al hore Heerlicheit ende groote guet, ende was geworden ene oetmoedige bruyt Chriſti, ende een arm ſuſterken, die hoer broet dagelycks pynde te winnen mit horen handen, gelyck den anderen armen Chriſti, daer ſi hoer mede verſellet hadde om die liefte Godes. Niet lange daer na dat hoer Heer gevredet was op ſyn dochter, ſo ſterf deſe guede vrouwe van *Henenvliet*, ende hoer volgede al te hant hoer Jonfer die Camerier, ende die guede Ridder beſorgede ſyn dochter mit gueden brieven. Ende na een tyt ſo ruſtede hi oec in den Heere, ende ſuſter *Lysbet* bleef die leſte, ende levede langeſt van hem allen. Ende aldus wert dat waer, dat ſi plach te ſeggen in hore kintsheit, dat ſi langeſt ſolde leven, ende hoer ſolde geboeren al die Heerlicheit, mer ſyne Heerlicheyt quam op ſynre ſuſter kinder, ſo dat die armen ende onderſaten van Heer *Johan* van *Henenvliets* heerlicheyt ſeer benauwet ende veronrechtveerdiget wierden.

1. Duas habuit ſorores Eliſabetham & Catharinam. Eliſabetha nupta Adriano van Cruningen, Catharina, ut dixi, Henrico van Naeldwyck. Harum liberi ab inteſtato ſucceſſores Joannis, filio vivo adhuc patre jam e vivis ſublato, filia autem moniali, quæ perinde ac ſi mortua prorſus incapax ſucceſſionis. Argentr. *ad conſ. Brit. tit. des ſucceſſ. & partag. art.* 55. *in* IV. *caſ.*

wierden van ſuſter *Lyſebeths* neven, di in die Heerlicheyt gecomen weren. Ende ſommige van den ſchemelen luyden quemen ten *Diepenveen* tot ſuſter *Lyſebet*, ende beclageden hem, dat ſi horen gudertierren Heere verlaren hadden, ende hore beruchte vrouwe, ende dat ſy nu weren in al te ſwaren lyden, dat hem geen noet en hadde geweeſt, hadde ſi in hore Heerlicheit gebleven, ende weer daer vrouwe van geworden, als hoer mit recht toebehoert hadde, ende ſi beclagedent alte ſeer, dat ſi te cloofter weere gegaen, ende ſi beden hoer alte barmelick, dat ſy hem doch te hulpe wolde comen, want ſi weer ommer hoer rechte vrouwe. Ende ſuſter *Lyſebeth* waert al te ſeer beweghet mit medelyden op die arme bedruckte menſchen. Ende ſi ſchreef enen brief mit oerlof hoerer overſten aen hore neven, ſi beſcheldende, ende hem dreygende, dat ſi hem beteren ſolden, ende weſen den armen guedertieren. Suſter *Lyſebeth* van *Henenvliet* bewyſede hoer oeck ſeer oetmoedelick ende doegentlick. Doe ſuſter *Griete Greven* wedet quam van *Bomel*, daer ſi langhe Priorinne hadde geweeſt, ende begeerde, dat ſuſter *Griete* boven hoer in der oerden mochte comen, ende hieromme arbeide ſi ſeer, ende bat daer onſen overſten omme, ende oeck den Prior van Windeſem, mer hem dochte anders guet.

Deſe ſuſter *Griete Greven* was van den beſten van *Weſele*, van ryken eerliken luden. Ende ſi was te *Weſel* nonne geworden van der derder oerden, mer om dat ſi onſen lieven Heere gerne wat nader geweeſt hadde, ſo quam ſi ten *Diepenveen*, ende bat onſen *Pater* om eene ſtede, ende hy was hoer gudertieren. Si was een eerbaer oelt perſoen, ende genck ſo vurichlike voert in doechden, dat ſi te hant Meyſterſche daer buten wert. Doe ſi ten *Diepenveen* quam doe ſchreefmen x. ende doemen xvi. ſchreef, doe wert ſy Choer-ſuſter gecleedet mit ſuſter *Lyſebet* van *Henenvliet*. Ende ſi was die derde nonne van die doe gecleedet werden, ende dat geſchiede des daghes na *ſante Servatius* dach, mer ſy en conde hoer niet gelyden, dat ſi nonne gecleedet was, ende arbeyde daerna, dat ſi des anderen daghes [1] *Converſinre* waert, en-

1. Dixi de Converſis *lib. 2. de Nobilit. cap. 2.* Converſa inferior moniali. Moniali a ſervitiis, ab obſequiis, ad ſuccurrendum. Vid. *d. loc.* In pretio autem humilitas, & de ea inter moniales concertatio etiam ſumma. Unde & eadem non raro & converſa & monialis, ut mox infra verbi gratia: *al was ſi nonne gecledet, ſi was doch Converſinne profeſſyt.*

ende niet langhe daerna waert ſi te Bomel geſant int ſlot, omme daer Priorinne te weſen. Ende daer waert ſi wederomme nonne gecleedet, mer nochtans niet verbonden te weſen totter Reguliers getyde, die men daer noch niet en hielt. Ende ſi genck hem allen voer mit gueden exempel in oetmoedicheit, verduldicheit, ende in anderen doechden, dar ſi die ſuſteren al te lief om hadden. Ende ſi hielt hoer huys in al te gueden vrede ende ſtilheit. Ende als ſi daer wel xxv. jaer Priorinne geweeſt hadde, ſo waert ſi daer te male ſieck, ende was doch oelt ende cranck, ende en conde der Gemeenten niet wal langer volgen, ſoe begeerde ſi van den ſuſteren, dat ſi hoer oerlof wolden geven, want ſi hem doch niet langer nutte en weer, noch dat regiment niet langer en conde gedragen om hore crancheit willen. Ende dat nemen hoer ſuſteren druckelic, want ſi hadden ſi ſonderlinge lief, ende hadden ſie geerne geholden al hoer leven, mer ſi en liet niet of, eer ſi vercregen hadde, dat ſi begeerde, ende ſy wert geabſolveert, ende quam weder ten Diepenveen.

Soe bat ſuſter *Lyſebet* van *Henenvliet* dar onſen Pater, ende den *Prior* van *Windeſem*, dat ſi boven haer moſte ſtaen in den choer, ende voert in allen ordinantien der oerden, want ſi doch ierſt nonne voer hoer gecleedet was, ende oec namaels nonne ende Priorinne profeſſyt was. Ende ſuſter *Griete* weerde hoer vromelyc, ende ſegede, al was ſi nonne gecleedt, ſi was doch *Converſinne* profeſſyt. Ende ſi en hadde dat habyt der nonnen niet ontfangen om die Regulierſche getyde te holden, mer omme dat ſi horen ſuſteren gelyck moſte weſen in den habyte. Ende deſe ſtryt beval ſeer wol onſen vaderen, ende ſuſter Griete bleef die nederſte van den nonnen, die mit hoer profeſſie gedaen hadden, als ſi begeerde. Ende ſi en wolde oock genen ſtoel hebben in den groeten choer, mer ſi lach oetmoedelicke voer den banck op der *Converſinnen* choer by den ongecleden. Si en hadde hoer ierſte oetmoedicheyt, gehorſamheit, onderdanicheit, ende ander doechden niet vergeten, al hadde ſi wol xxv. jaer Priorinne geweeſt. Mer ſi bewiſede hoer alſo ſtichtelic, ſachtmodich, ende vreedſaem, datmen ny en vernam binnen den ſeven jaren, dat ſi weder ten Diepenveen quam, dat ſi yet berichte, of wat tot den dingen ſegede, mer ſi genck eenvoldelike ende ſchemelicke heen, ende gaf hoer tot onſen lieven Heer. Si was oelt ende cranck, ende genck beven, nochtans was ſi ſeer geringe op des nachtes ter metten ende ter *prime* tyt, ende

haeſtelike quam ſi op hoer ſtedeken in den choer om hoer gebet te ſpreken, ende hoir te verenigen mit onſen lieven Heere, die ſi cort wolde halen tot ſynre euwiger ruſte. Want na ſeven jaren, dat ſi van Bomel quam, waert ſi ſwaerlike ſieck, ende voer van deſer werlt tot horen lieven brudegom, den ſi lange jaren hadde gedient, want ſi was al over hoer LXX. jaren, ende hadde wol XXXIV. jaer in der oerden geweeſt, behalven die tyt, die ſi daer buten woende. Ende hadde oeck in die derde oerden geweeſt. Si ſterf int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. ende L.

Ende onſe lieve Heere viſitierde ſuſter Lysbet voer hore doot mit ſiecheit, ſo dat ſi dicke toe bedde lach, ende oeck in hoer hillige ampt, ſo dat ſi den Convente niet volgen en mochte, want ſi was ſtedelicke in den ſieckhuys, in welcken tyt ſi nochtans vlytich was hoer hantwerck te doen, als ſi yet vermochte. Sie plach dat hillige doemte te vercyren, ende die ornamenten der hilliger kercken te beſticken, ende te neyen, ſittende in den bedde. Ende ſi heeft die ſchone crone gemaket, die onſe ſuete Vrouwe des hochtydes opt hovet heeft, ende dat belde ſo verguldet is, ende dat ſi die ſchone vermaelde cuſſen heeft, dat hevet ſi altemale beſaeket. Ende dat wy van ſante Annen holden, dat heeft ſy gedaen, want ſi hadde onſe ſuete vrouwe al te ſunderlinge lief, ende was hoer ſeer devoot, ende wat ſi hoer ter eeren doen conde, dat en was hoer geen verdriet. Ende ſi plach onſe ſuete vrouwe te bidden, dat ſi hoer ummer niet en liete ſterven ſonder op horen dach. Ende ſi betroudet hoer oec toe als ſi plach te ſeggen. Ende onſe ſuete vrouwe en weygerde hore inniger dienreſchen niet, dat ſi van hoer begeerde. Want int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. en LII. was hier ene ſware ſterfte, in welcker ſterſten ſuſter *Lysbet* van *Henenvliet* by na mitten ierſten beviel op ſante Willebroerds avent. Ende op ſante Martinus avent quam tot hoer een meyſter, of hy iets helpen conde, want ſi hadde een ſwel in den hals, ende hy hadde wel vaker tot hoer geweeſt, ende ſyn beſte gedaen, mer hy merckte, dat geen hope tot hoeren leven en was, ſo riet hy, datmen ſi mitten ſacramente der hilliger kercken beſorgen ſolde. Doe legede ſi hoer handen devotelike te gader, ende neygede hoer hovet reverentelyck totten meyſter, hem danckende, dat hy ſyn beſte gedaen hadde, want ſi niet wol ſpreken en conde omme des ſeers willen. Ende kierde hoer rechtvoert omme totter want, daer onſer liever vrouwen belde hinck. Ende beval hoer al te

ma-

male mit groter innicheyt onſer ſueter vrouwen. Ende doe waert hoer ſonder toeven hoer hillige ..... gedaen. Ende des anderen daghes als op ſente Martyns dach quam onſe weerdige Pater Heer *Ludolphus* van *Campen* int ſieckhuys omme die ſiecken te berichten. Mer ſuſter *Eliſabeth* van *Henevliet* en mochte dat hillige ſacrament niet in laten gaen om des halſes willen, ſo dat ſie 't niet mit den anderen en ontfenck. Ende onſe Pater liet hoer dat hillige ſacrament ſien, welck ſi anbede mit groter oetmoedicheit ende reverentien. Ende hy trooſtede ſi daer mede, als dat hine hoer geerne geven wolde, als ſi beter weer, want hy was ſunderlinge guedertieren den ſicken, ende nacht ende dach bereyt, wie ſyner behoefde ſonder uitnemen der perſonen, als een trouwe vader ende guet herder niemant ſchuwende omme verveerlicheit der ſiecten, alſt noet was. Ende des middages ommetrint een ure, als die ſuſteren te collatien weren, om dat woert Godes te hoeren, doe ſprack ſuſter *Lysbet* van *Henenvliet* mitten ſieckwaerſter, of men die ſuſteren ſolde laten halen. Si antwoerde *Ja*. Ende als die ſuſteren weren gecomen, ſo bewiſte ſi hoer noch; ende lach mit al te vrendeliken anſichte, ende gaf horen ſaligen geeſt alſo ſuetelick, datmen niet en merckte, dat ſi een lit vertoech, of hoer anſichte verſette. Ende onſe ſuete vrouwe vervullede hoer begeerte, want ſi ſterf op enen Saterdach int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. en LII. op ſant Martinus dach in den winter, als ſi XLIX. jaer oelt was, ende hadde XXXVI. jaer in der oerden geweeſt. Ende ſuſter *Armgert* van *Liſſen*, die mit hoer ten *Diepenveen* quam, die clede hoer hillige lichaem mit al te groeten droefheit, want ſi malcanderen ſonderlinge minden. Ende ſi is begraven in hare twier nichten graf, als ſuſter *Kathrina* van *Naeldewick*, ende hore ſuſter *Grieten*, an die noertſyde des tranſes by der Capellen doer.

Item mit ſuſter *Armgert* van *Liſſen*, ende ſuſter *Lyſebet* van *Henevliet* waert noch een ander gecleet, dat hore twier nichte was, ende hiete ſuſter *Lyſebet Gerrits* van *Haerlem*, ende was ene van den beſten van *Haerlem*, ende ene van den oldeſten ſuſteren, eer dat cloeſter waert geſloten, ende ſi was van gueder Ridderſchap, ende hoer vader was Borgemeyſter te *Haerlem* in Hollant, ende die overſte van der Stat. Ende *Lyſebet* ſyn dochter, dat ene dertene jonfer was, genck op dat beginen Hof te Haerlem, ende wert daer ene begine, meer dienende hoere ſinlike genoechten, dan onſen lieven Heere, want ſi was te male ver-

weent ende curioes in allen dat si gebruyckte. Ende als hoer vader doot was, quam hoer moder tot hoer mitter woone. Ende si dienden Gode in groter ledicheit na der naturen als hem luste. Mer si hadde enen bruder in onser oerden toe Arnhem int Reguliers cloester, dat een strengh vurich man was, ende was daer lange tyt Prior int cloester. Dese Prior arbeide lange tyt om syn suster te bekieren, ende te trecken tot enen anderen staet van leven, daer si onsen lieven Heere nare mochte comen. Ende si consentierde hem daer in, want si hadde den brueder sonderlinge lief, ende si quam mit sinen rade ende hulpe tot onsen weerdigen vader Heer *Johan Brinckerinck* mit hore moder om een stede te bidden. Ende hy was hem guedertieren, ende oerloofde hem hier toe blyven. Ende suster *Lysbet* was wel van XXXIII. jaren, ende het was int anderde jaer, dat *Diepenveen* eerst begonnen was. Ende het was hier doe te male strenge, ende swaer van arbeyde, des die moder ende hoer dochter ongewone weren. Ende der vrouwen begon seer bange te worden, ende hoer en genoechde hier niet te blyven, wantet hoir hier al te swaer en te scherp was. Op een tyt stont si ende sach, hoe bederflike dat die susteren ende broeders arbeiden in eerde te dragen ende stubben uit te reden, ende diergelyck, ende si kierde hoer ter eenre syden, ende ter ander, ende sach, dat si alle in swaren arbeyde weren, ende segede tot hen selven: *Al een cruce, al een cruce.* Ende onse vader Heer Johan en was niet veer van hoer, ende hoerde dit, ende segede tot hoer: *Vrouwe wat ist dat gy segget, ist al een cruce, dat gy siet*, ende si segede. *Ja Heer, ic en sach deses cruces ny gelyck, dat hier is.* Ende hy segede; *Vrouwe en wist ghy niet, dattet hier een cruce was. Ende segedy niet, datter een cruce haven der poerten stont, doe gy hier quemen. Ende en sochte gy dat cruce niet, wat wolde gy dan hier doen.* Ende sy en conde hoer niet gelyden, ende kierde weder tot huyswert. Ende sy hadde noch enen anderen sone, behalven den Prioer, die corts toe *Marienborn* int clooster gegaen was om daer te blyven, den die broeders lief hadden, ende sine wanderinge behagede hem wol. Mer als hy hoerde, dat syn moder weder te huys wolde, so en wolde hy hoer niet begeven, ende wolde wederomme te huys trecken, daer die broeders seer in bedrucket weren, want si hem al te geerne hadden geholden, mer hi en wolde daer niet blyven, ende toech mit synre moeder wederomme, ende onder weghen verdrunck hy. Ende

de

de die moder viel in al ten ſwaren ſieckte, ſo dat ſi wol drie jaer te bedde lach. Ende hoer ſone die Prior en hadde gene cleyne ſorghe, ende verdriet van hoer, om hoer te beſorgen, die hoer dienden nacht ende dach tot al dat ſi behoefde. Al hadde ſi noch goedes genoech, hy moſte nochtans hoer beſorger weſen. Deſe guede vrouwe meende dat cruce te vlien, ende het volgede hoer ſo voel te meer na, ende hoer ſone die Prior was al ten vurigen oetmoedigen man, ende en ſchude gien ſware oetmoedige werken mit den brueders te doen, want hy ſtont eens in dat ſecreet, ende halp dat den broederen ſchone maken, ende hy hadde den broederen verbaden, dat hem niemant wyſen en ſolde, of hem iemant ſochte, op dat hy ſo niet gehindert en worde, dat oetmoedige werck toe vollenbrengen mitten broeders.

Ende binnen der ſelver tyt quam daer al die Raet van *Deventer* om ene ſunderlinge ſake, ende begeerden den Prior te ſpreken. Ende als hem die brueders den Prior ſo geringe niet en hadden, ſo genghen ſi ſelve omme ende ſeghen na hem. Ende als ſi quemen by dat ſecreet, ſo ſeghen ſi hem. Ende ſi ſpreken hem an, ende ſegeden: *Heer Prior, wat ſoeket ghy daer.* Hi riep blydelike weder tot hem, *dat hemelryck, dat hemelryck.* Ende ſi werden ſeer in hem geſtichtet.

Ende ſyn ſuſter *Lyſebet* en wolde geenſins weder keeren van *Diepenveen*, mer ſy verwandelde mit groter vuricheit hoer voergaende ledighe leven in een oetmoedich arbeydelic leven, ende ſi minde ſeer die gewarige doechden, ende hadde ſo grooten begeerte onſen lieven Heere na te volgen in oetmoedicheit ende verworpenheit, dat ſi hoere natuer in hate ſcheen te hebben. Want ſi en liet hoere natuer geen goet geſchien nacht noch dach, ſo hart was ſie hoer ſelven. Hoer beſte coſt was moesbry, bonen, ende melck, ende dat graueſte, dat ſi in der ſchotelen vont daer was ſi ſo geringe mede heen, dattet den anderen ſuſteren die by hoer ſaten dicke pynlick was. Ende als hoer een ander daer in voorquam, ſo dochte hoer, dat hoer groot unrecht was geſchiet. Nummer en dranck ſi wyn, ende dat hadde ſi vercregen mit oerlof ons Paters, als of ſi daer niet wol van en voer, mer ſi dedet van abſtinentien. Si hadde groete begeerte int ſlot te weſen, mer ſo lange als onſen weerdigen vader Her *Johan Brinckerinc* niet guet en dochte, ſo leet ſi hoer oetmoedelic, ende was *veſtiaria* daer buten, ende diende ſtichtelike, ende vreedſamlyc Prieſteren, bruederen ende ſuſteren, na

dat

dat ſi hadde ende vermochte. Ende in den jaer ons Heeren. CIↃ. CCCC. ende XV. ſo waert ſi *Converſinne* gecleet, als ſi was bi hoer L. jaren. Ende doe gaf ſi hoer ſo vuel te vurichliker te oefenen in den leven ende lyden onſes lieven Heren, als ſi doe onbecummerder was van alre onlede ende officien ende ſunderlinge was ſi ſorchvuldich tot hoere doot toe voer hoere oerde ende ſtatuten. Si en bleef niet lange na hoer prueveljaer ſonder officie, want ſi verwaerde den moeshof, ende den bomgaert mit den auet, ende die barninge, daer hem die ſuſteren bi warmden, dair ſi den ſuſteren ſo minlike in diende. Ende dicke angreep ſy dat bernende holt, ende die heyte colen mit bloten handen, ende ſchicte dat vuer te rechte, ſo dat die ſuſteren verſchricket worden, ende ſorchden dat ſi hoer brande, ſo lachede ſi godsdienſtelijc, ende ſegede dat ſy 'et niet en gevoelde. Want die hande weren hoer ſo dorre hart ende crom van langen ende ſwaren arbeyde, daer ſi hoer niet in geſpaert en hadde. Si was ſeer vlytich, radich, ende trouwe te bewaren dat gemene guet van hore officien, ende nochtans den ſuſteren genoech weſende na hoeren vermogen. Als ſi hulpe behovede tot hoere officien, ſo arbeide ſi ſelve ſo vuerichlyc, ende genck ſo wackerlike voert mit enen crommen rugge ende hoofde van olderdom, dat niemant en dorſte, die 't vermochte, trachlike voertgaen, ſunderlinge die jongen, nochtans holpen hoer die ſuſteren geerne om hore goddienſticheit willen ende onſueclicheit hoers ſelves. Si was genoechſam ende danckber wes men hoer gaf, ende en clagede niet lichtelic als hoer wat ontbrack, ende dede hoer groot gewelt, alſt wal ſcheen doe ſy doot was, want doe vantmen onder hoer * culte een groot blick, daer ſi mit eenre ſeerre ſyde op plach te ruſten. Si was oock ſeer lydſam in hore leſten ſieckten, ende ſi ſterf mit grooter vuricheit op ſante Lebuinus dach na *None*, ende is begraven in den vrythof. Si ſtarf int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. en XLI. als ſi was omtrent LXXIV. jaer oelt, ende XIV. jaer was ſi daer buten, ende XV. jaer in der oerden.

* Culcitra, pulvinar. Teſtament. XII. quod edidi ad *Alciat.* & *varior. epiſt. in fin.*

Int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. ende IX. quam oock een eerbaer Jonfer van *Staveren* geheyten *Styne Toelners* ten *Diepenveen*, als ſi was bi hoer XX. jaren. Si was van gueden eerbaren oelders na der werlt, ende ſeer coſtel was hoer getwych na der Vriescher manieren, als ſiilvere gordelen, groete ſilvere knopen, haeken, ende ſpannen, ende al van ſilver, die ſi mede brachte. Ende ſi was een al ten werliken Jonfer, ende te male cloeck en-

Item fratribus minoribus in Andernaco cultam lecti noſtri meliorem.

ende verſtandel van ſinnen, ende ſi en misbruicte niet die natuerlike gaven, die hoer van Gode gegeven weren, na dien dat ſi toe cloeſter gegaen was, ende daeromme verdiende ſi by der gracien Gods te comen tot enen hilligen leven, op dat alſo na den woorden ons lieven Heeren hoer ponde mochten werden geoliet, daer hi ſecht. *Die wat heeft, dien ſalmen geven, ende hy ſal overvloyen.* Si ſette hoer crachten ſo vromelike te werke ſonder ſparen, ende ſuekelicheit hoers ſelven, ſo dat ſi die ierſte ende die leſte was in allen ſwaren ende oetmoedigen werken, ende ſo wat niemant geerne en dede, daer waert ſi to geroepen, ende ſi angrepet blydelick, ende taſtede al na den ſnodeſten. Si was ſeer barmhertich ende medelydende op die gene, die ſi in becaringe ende in lyden wiſte, ende ſi hadde al te innigen, vurigen, ende devoten herte tot onſen lieven Heere, ende ſyn hillige leven ende lyden plech ſi dagelix te overdencken, ende hoer daer in te oeſenen tot al hoeren ſwaren arbeide, ſo dat ſi ſelden uter miſſen genck, hoer tranen bleven daer ſtaende. Ende ſi was vake, dat hoer giene miſſe en mochte geboeren om des arbeides wille. Ende al hadde ſi hoer daer groetelick in te lyden, dat ſi hoer ſo vele mit den uitwendigen dingen becummeren moſte, nochtans ſo leet ſi hoer daer oetmoedelic in. Ende ſi was een wyl tydes meyſterſche daer buten, ende die ſuſteren hadden ſi al te lief. Ende ſi was den ſuſteren ſeer trooſtelic, ſonderlinge den nyen cranke of bejaerde menſchen, Menige nacht was ſi, dat ſi niet en ſliep, ſo genck ſi tot ſommige, die ſi wiſte, dat in bangicheit weren, ende troofte ſi mit hoeren minliken woerden, ſie toeherdende tot volherdicheit ende volſtandicheit, daer ſi ſommige mede wan, dient al kempelike ſtont. Hoer ſelven was ſi alte uter maten hert ende ſtrenge, nochtans was ſi enen anderen guedertieren. Si dede hoer ſelven ſo groot gewelt, dat ſi heymelike van onſen vader vercreech, dat ſi op ene blote plancke ſliep. Des morgens als ſi opſtont, ſo ſette ſi die plancke achter hoer bedde, ende des avents legede ſi ſie weder tuſſchen hoere lakenen op hoer bedde. Si en conde hoer niet langer gelyden meyſterſche te weſen, wantet hoer al te groeten oftrek was hoers inwendigen toekiers tot onſen lieven Heere hoer geminden brudegom, den ſi minde van al hoeren herten, ſo begeerde ſi van onſen weerdigen Pater verloſt te worden van hoer officie, ſo is hy hoer gudertieren geweeſt, ende heeft hoer begeerte vervult, want hy kende wol

hoer innige devote herte tot Gode. Ende die susteren, die byna mit hoer ommegegaen hadden van beginne, dat si ten Diepenveen quam, ende langer dan XL. jaer na hoer leefden, die plegen te segen, dat si veele devote ende vurige susteren gekent hadden, mer suster Stynen gelyck en hadden si noyt gesien, want si brande als een Seraphyn van der minnen Godes. Ende na des artsen woerde so hadde si den doet gecregen van inwendigen arbeit ende lieften, die sy hadde tot onsen lieven Heere. Na soven jaren dat si daer buten geweest hadde woert si nonne gecleedet mit suster *Lysbet* van *Henenvliet*. Doe si was van XXVII. jaren, ende doe gaf si hoer so veel te vurichliker tot onsen lieven Heren, als si doe meerre orsaken hadde hem te laven ende te dancken. Ende den Godliken dienst dede si so devotelic, dat si nummer uit den choer en ginck, die tranen bleven daer overvloedeliken staende, die hoer onthoselt weren als si neygede. Op een tyt segede hoer een suster, dat si mit enen punte van binnen seer becummert were. Doe antwoerde sy, ende segede: *Och suster moochdy u daer mede becummeren, ende die tyt daer mede toebrengen, ic weet enen mensche, ic hape, dat hi noch levet, die die clocken niet en mach tellen, om hem so lange te verscheyden van onsen lieven Heere*, ende die suster meende, dat si t' selve was. Hoer wert eens gevraget, hoe dat si mit hoeren oefeningen dede, ende mit al horen vrenden in den euwigen leven, die si dagelix plach te eren, om dat si nu molte te schole gaen, ende hoer geven tot der leeringe. Doe segede si; *Ic heb opgesat al dat ic doe ende dat ic leer, dat wil ic al ter eeren Godes doen, ende mynen coses ende trimpen pleeg ic mynen hilligen in den hemel te senden voer gebet ende lof, want ickes niet anders gemaken en can.* Dat leren waert hoer al suer, want si oelt was, mer si gaf hoer daer toe al dat si mochte.

Ende hoer gesellinne geheyten *Lubbe Suaves* een jonck susterken plach hoer behulpelic te wesen in den leeren, die te male abel was van sinnen ende van begryp. Ende si wert te hant onder meysterssche in der scholen. Dese suster *Lubbe* was van *Swolle* van gueden eerbaren olders ende een enige dochter. Hoer vader was Schepen toe *Swolle*. Ende als sine Godsdinstige huysvrouwe enen sone gebaert hadde, so bleef si daer na lange onvruchtbaer, daer hoer man ende si seer in bedrucket weren. Ende hi waert te rade te bedevaert te trecken tot sante Jacob omme vruchtbaerheit te vercrygen synre huysvrouwen. Ende

als

als hi syne bedevaert hadde gedaen, cort daerna gaf hem God een al te smucken dochter, ende daerna vyf soens, daer hoere eene van is geworden een devoet Regulier toe *Noerthoerne*. Ende dese dochter deden si noemen *Lubbe*, ende het was al ten lieftalligen kint, ende die olders hielden si tot alre eersamheit, ende lieten si Latyn leeren onder meyster *Johan Cele* van saliger gedenckenisse onder die hoede eens reckelicken clerckes geheyten *Gerlacus*, wonende mit horen olders, die die kinderen verwaerde ende leerde, ende waert namaels een devoet Cartoyser. Ende als *Lubbe* was van XIII. jaren, so begeerde si onsen lieven Heere te dienen, ende hoer olders en dorsten hoer daer niet in wederstaen, want si hem onse lieve Heere gudertierlike hadde gegeven, doe sie 's hem baden. Ende si geven si Gode willichlike weder, doe hy si hebben wolde, ende hy hoer den syn gaf hem te dienen. Dat nochtans seer contrary was sommich van horen vrenden, om dat sy ene enighe dochter was, ende al ten byweselicken jonferken, seer gemint van horen olders ende vrenden. Ende dat si hore olders waerachtelike lief hadden, dat bewysden si daer in, dat sie sy Gode bet gonden dan der werlt. Ende brachten si ten *Diepenveen*, doe si was van XIII. jaren, ende men schrief CIↃ. CCCC. ende XIII. Ende onse weerdige vader was hem guedertieren, al was si noch cleyn, want si hem wal beviel. Ende hoer olders deden hoer als hore liever dochter, ende hebben den cloester menige doechden gedaen. Ende onse Pater en liet *Lubbe* niet lange daer buten, mer si quam cort daer binnen. Ende want si wal wat Latyns conde, ende te male subtyl van sinnen was, so hielp si den anderen te bet die oelt weren, ende hartleerich dair si mede leerde, ende sy was ene van Heren *Otten* discipelen, ende ene van onsen geleerdesten susteren. Ende sy stont suster *Styne Toelners*, ende den anderen, die mit hoer weren troulike by in der leeringe.

Ende suster *Styne* pyndet hoer ock mit tekke te gebruken totten lave Godes. Ende sy en spaerde hoer niet nacht noch dach, ende was ock seer trouwe in den gemenen arbeyt. Ende boven al so brack hoer natuer seer van der inwendiger drift, die si hadde tot God, want si en conde mit vreden opten bedde niet blyven van groeter lieften, die si hadde tot onsen lieven Heere onder *metten* of onder *prymen*, hoe late dat si oeck te bedde gegaen was om des arbeyds willen, want die koen gingen daer by wylen binnen te weyden, ende so plach si sy helpen melken des

avents late. Ende ſo en moſte ſi niet opſtaen ter metten ſonder oerlof. Ende alś daer dat leſte teyken luyde, ſo nam ſi *Mater* waer, ende gaf hoer een teyken mit gevoelden handen, als ſi voer hoer bedde heen genck, ende begeerde, dat ſi op moſte ſtaen. Ende *mater* gaf hoer oerlof, want ſi doch niet geſlapen en conde. Ende in dat ſelve jaer, dat ſi profeſſie gedaen hadde, began ſi overvloedelicke bloet te ſpyen, dat men anxte hadde, dat ſi daer in verſmoren ſolde. Ende ſi began ſeer te breken in der naturen. Ende onſe weerdige Pater dede enen al ten wyſen Meyſter comen van *Swolle*, geheiten meyſter *Peter*, die namaels mitten Legaet ende Cardinael van Romen toech totten Pauwes, ende waert ſyn meyſter. Doe hy ſuſter *Stynen* hadde geſien, ende hoer den pols hadde getaſtet, ſegede hy tot hoer, *Suſter het ſal goet worden.* Mer hi ontgaf hoer dat lyf, dat ſi 't niet en hoerde, ende hy ſegede tot onſen Pater: *Och Heer Johan, oft ic hadde, dat ſi heeft, ende het my gecomen weer, alſt hoer gecomen is. Want ſi heeft alſo ſtercken natuer, dattet by na tegen naturen is, dat ſi heeft, ende hoer geſchiet is.* Ende ſi bequam een weynich tyts, mer ſi viel te hant weder in. Ende ſi was te male lydſam in hore ſiecten, ende men hoerde geene clagynge van hoer. Ende want onſe vader ſach, dat ſi meer tyde totten doot dan totten leven, ſo gaf hy hoer alle Sonnendage dat heylig ſacrament, hent ſi ſtert. Ende ſi ſegede tot eenre ſuſter; *iſt dat ic nu ſterve, ſo heb ic 't my ſelven gedaen.* Die ſuſter ſegede; *hoe meene gy dat.* Si antwoerde; *doe ſuſter Gertruyt van Ryſen ſterven ſolde, bad ic hoer als ſi bi onſen lieven Heere quame, dat ſy hem dan wolde grueten van mynre weghen, ende dancken hem, dat hy my ſo barmhertelike uit der werlt hadde getogen, ende heeft my gebracht in deſe guede ſtede, ende in die mynlike, daer ic penitentie mach doen voer myne ſunden. Ende iſt hem behagelyck ic wil geerne noch vyftich jaer leven, ende doen penitentie. Mer genoechdet hem anders, dat hy my by hem wil hebben, ſo wil ic geerne tot hem comen, want ic ſo wal te vreden bin. Ende iſt dat ic nu ſterve, ſo vermoede ic dat ſuſter Geertruyt mine baetſcap troulike heeft verwaert, als ic van hoer begeerde.* Daeromme ſo iſt ſo myn ſchult, dat ic nu ſterve. Dit ſegede ſi al vrendelike lachende. Ende ſuſter *Geertruyt* van *Ryſen* was des jaers dair voer geſtorven, ende ſuſter *Styne* krenckte ſeer. Op een tyt doe ſi vele blodes gebraket hadde, ſegede ſi tot hoer ſelven al luttel lachende: *Ey quade dierne, holdet dit voer dat, voer a womenye, malmeſye, yepecras, ende ander leckernye, die ghy hebt ge-*

gebruket in der werlt. Si at watmen hoer gat ſonder clagen in der ſware ſiecken, ende onſe Heere verloeſde haeſtelick hoer edele ſiele van den kerker des vleyſches, des derden dages voer ſante Lucyen dach des morgens ontrent VIII. uren, als ſi was van XXVIII. jaren, VII. jaer was ſi daer buten, ende anderhalf jaer in der oerden. Ende van wat verdienſten ſi was, is vertoont enen geeſteliken perſoen in enen cloeſter, ende is geſchreven op een ander ſtat, daer ſi mit namen wort genoemt. Ende ſi is begraven in die noortſyde des tranſes tuſſchen der capellen doer ende der kerck doer. Ende VII. jaer na hare doot groef men hoer graf op omme een ander ſuſter daer in te begraven, Doe quam daer ſo genoechliken roeke uit, dat hem dochte, als of ſi in een abteyker hadden geſtaen, alſo dat al den trans daer mede vervullet waert. Ende die ſuſteren worden uit den choer gehaelt om den ſueten roecke te ruken. Ende daer quam een ſuſter van veers in den trans, dier al quellike was, ende als ſi den genoechliken roeke rooc, doe waerdet beter mit hoer. Ende die dit van hoer geſchreven heeft roecket oeck. Ende die ſuſter en die dat graf groeven als ſuſter *Armgert* van *Liſſen*, ende die andere, die daer to hulpen, weren ſeer vlytich omme wat van horen hilligen gebeente te ſueken, mer ſi en conden niet een butken gevinden, daer ſi hem al te ſeer van verwonderden. apothecq

Des jaers daerna datmen ſchrief XVIII. op ſante Johannes ende Paulus dach worden drie ſuſteren nonne gecleedet, als ſuſter *Kathrine* van *Kyſen*, ende ſuſter *Lubbe Swaves*, ende ſuſter *Griete* van *Algeerden*. Ende ſuſter *Lubbe* was van XVI. jaren, ende ſuſter *Griete* van XV. jaren, ende ſi was van den beſten van *Weſel*. Ende hore moder, dat ene devote oetmoedige vrouwe was, hadde ſi geeſtelic gelavet. Ende ſi quam ten *Diepenveen*, doe men XV. ſchreef, ende ſi was van XII. jaren. Knde deſe twie als ſuſter *Lubbe* ende ſuſter *Griete* en weren die vromſten niet in ſwaren werken te doen, want ſi en weren beyde niet ſterck, mer ſi deden nochtans gerne oetmoedige werken, als ſchotelen te waſſchen, ende tot den ſlachten te helpen, ende diergelyck. Ende ſi volgeden der Gemeenten ſtrengelick in vaſten, in waken, hent ſi tot horen jaren quemen. Ende ſuſter *Griete* was een ſachtmoedich, ende lydſam perſoen. Ende ſi waert een al te goeden ſchryffter, daer ſi ſeer trouwe in was, ende ſi verbeterde ſeer dat choer mit horen ſchriften, behalven dat ſi omme gelt ſchreef. Ende ſeer devotelyck plach ſi hoer getyde te betalen

in den choer ende daer buten. Si ſterf des dages na der elf duſent megeden dach, dat doe was op der kermiſſen avent onder homiſſen, als ſi was van xxxviii. jaren, ende hadde in der Oerden geweeſt xxii. jaer, ende omtrent drie jaer ongecleet. Ende ſi is begraven in den vrythof doe men ſchreef cio.cccc. ende xl. Suſter *Lubbe Swaves* voerſz was lange onder meyſterſche in der ſcholen, ende ſi plach des hilligen dages, ende oeck des werkeldages, als onder ſlapen was, die ſuſteren al te troulike te leeren, ſonderlinge die jonge Choerſuſteren hent tot hoere doet toe. Ende ſi plach oſtren broot te backen, ende boeken te binden, ende die te vercieren. Ende den ſieken plach ſi trouwelick te helpen leſen nacht ende dach, die 't van hoer begeerden. Ende ſi was te male cleyn ende oetmoedich in hoer ſelven als of ſi nummer van devotien en wiſte. Nochtans lach ſi in den choer dicwyl ſo diepe neder geſtrecket, ende in een gecropen, als of ſi onſen lieven Heere in den ſchoot wilde crupen. Op een tyt ſach ſuſter *Kathrine* van *Naeldewick*, als oft 'er een vuer brande in enen ſtoel, ende ſi nam nauwe waer, wie dat uit den ſale quam. Doe vernam ſi dattet ſuſter *Lubbe* was. Seer vlytelike dede ſi hoer hantwerck in behoerlike tyden. Mer die tyt des gebedes oft des ſprekens en brachte ſi niet onnuttelycke toe. Want echter ſi leerde enen anderen wat goedes, of ſi bededе, of ſi ſtudeerde. Want ſi hadde ſeer vele hilligen, die ſi dagelix te eren plach, ſunderlinge onſe ſuete vrouwe. Ende alle Saterdage plach ſi tot hore enen *celencium* te houden. Nochtans ſprack ſi wal een woort of twee, als ſie 's niet of weſen en conde. Hoer volgede een hoer nichte, die *Lubbe* ten *Toerne* hiet, die noch ſeer jonck was, die ſi dicke plach te leeren, dat ſi hoer guet tyt ſolde wennen hoer toekier te maken tot onſen lieven Heere, ende dat ſi horen eygenen wille ſolde leeren breken onder horen overſten, ende hoer ootmoedelike daer onder bugen, of ſi ſolde hier al te armen leven hebben, ende onlieftal worden. Deſe guede ſuſter *Lubbe Swaves* beviel op kers-avent, ende ſi ſterf des daghes na alre kinder dach des avents om ix. uren, hoer wal bewetende ende die Letanien mede leſende, ende die hilligen devotelike anroepende, die ſi plach te eren, hent dat ſi den geeſt gaf. Ende ſi is begraven in hore moder graf die in dat ſelve jaer geſtorven was.

Van Suſter Salome van den Wiel die Oelde.

EEN eerſaem ryk Schepen wonende tot *Worcum* genoemt *Johan* van den *Wiel*, ende was een hovet van al der Stat, ende hadde ene eerbaer Jonfer toe wyve genoemt *Clara*, ende was van gueder Ridderſchap. Deſe twie cregen vele kynder te ſamen, ende enen van ſyne ſoens den bracht hy in een cloeſter by *Heuſden*, daer ſyn bruder Abbet was. Ende als deſe jonge monnick daer ene wyle gewoont hadde, ſo toech hy op ene tyt te huys toe ſinen oelders om hem te vermaken. Ende onder des dat hi daer was, ſo gevielt dat dair een ſterf, daer die jonge geſellen veel ydelheit ende geckheit over dreven, als ſy daer over waeckten. Daer was deſe jonge monnick des nachtes mede. Hy toech ſyn habyt uit, ende dede werlike cleederen an, omme datmens niet kennen en ſolde, ende was yoe ſo geck als die anderen. Ende als dit des nachtes geſchiet was, ſo vernamt ſyn vader des morgens, ende was daer ſeer quellike in te vreden, want hy was een ſtemmich eerbaer man, ende vraechde ſinen ſone, welck *Thomas* geheyten was, of hy dat in ſyn cloeſter geleert hadde, ende of hy daerom te clooſter gegaen was, alſulcke gekheit te bedryven. Doe antwoerde hy ſynen vader ende ſegede; *waerom hebdy my daer ingebracht, die mitten wolven ommegeet, die moet mitten wolven hulen.* Doe wert die goede man noch meer bedrucket, want hy hielt ſine kinder tot allen doechden. Ende hy en dorſtes niet eens gedacht hebben, doe hy noch mit ſynen vader woende, want doe plach hy ſo gueden godsdienſtigen kint te weſen. Die vader ontboet ſinen broeder den Abbet van den cloeſter, hoe dat hem ſyn ſone gehadt hadde. Ende die vader toech daer na ſelve tot ſynen broeder den Abbet, ende apenbaerde hem den inwendigen druck ſynes herten, alſo dat die Abt ſeer begaen waert om ſyns brueders willen. Ende ſo vroe als broeder *Thomas* weder in ſyn cloeſter quam, ſo ſende hem ſyn oem die Abbet toe *Zwolle* ter ſcholen mit enen knecht, die hem dienen ſolde. Ende ſi togen toe ſamen heen, ende doe ſi toe Zwolle quemen, beſteden ſy hem in die alderryckſte ende warlicſte herberge, die daer was. Doe tierde hi hem daer een wyl tyts, als die jonge werlike geſellen plegen te doen in allen ſpel ende geckheit, die men bedencken conde. Ende op een tyt int leſte van den Vaſtelavent quam hy ter herten, ende genck int fraterhuys ter biechte tor Heer *Deryck* van

Harck-

Harckſen. Ende hy biechte ſyne ſunden ront uit als ſi weren. Ende als hy abſolutie begeerde, doe ſach hem die Prieſter an, ende ſegede; *Hoe ſul ic u abſolveren, gy en levet niet als een monick; maer als een boeve.* Ende in deſen waert hy ſo ſeer geſlagen, ende bedrucket in hem ſelven. Ende hy bat genade, ende begeerde geabſolveert te weſen, mer wat hy bat, hy moſte ſonder abſolutie heen gaen. Ene corte tyt hier na, ſo quam hy weder tot hem mit groten berou, ende mit dieper oetmoedicheit, ende viel voer den Prieſter neder op ſyn knien mit gevoelden handen, ende bat hem weder om abſolutie, ende lavede hem ewelicke te beteren, ende te leven na ſinen goetduncken ende rade. Doe abſolvierde hy hem te hant mit groter goddienſticheit. Ende die beteringe, die hy belavede, began hy toe hants mit groter vuricheit. Ende cort daer na ſant hy ſinen knecht toe huys, ende verliet die werlike herberge, ende alle werlike geſelſcap. Ende beſtade hem mit Heer *Derick* van *Harxſen*, ende gaf hem daer ſeer ootmoedelyc onder te leven na ſynen rade, ende van wegen ſynre haeſtiger verbeteringe verwonderden hem alle die gene, die hem canden. Ende hy genck vurichlyck voert in allen duechden, ende gaf hem ſeer tot oetmoedigen wercken, ende ſette hem manlike tegen ſine natuer. Ende ſo waer dat hi hem toe geneyget voelde, als in eten, in drincken, in ſlapen, en waken, want van naturen was hy vol ſlapes, daer ſette hi hem ſo crachtelike tegen, dat hi des nachtes niet dan twie uren en ſliep. Ende onderwylen als hem die ſlaep ſeer moyelyc was, ſo genck hy voor een apen venſter ſtaen, daer hy uit conde vallen, op dat hy mitten anxte den ſlaep verwinnen ſolde. Des ſommers na ſynre bekieringe quam ſo grooten ſterfte toe *Zwolle*, dat alle die clerke te huys togen, behalven hy alleene. Ende die int ryke fraterhuys weren bleven en deel, ende die peſtilentie quam onder die clercke ende Prieſters in Heer *Deryck* van *Harckſens* huys. Doe was deſe broeder *Thomas* mit alſo grooter vuricheit begavet, dat hy den ſieken ende ſtervenden alſo trouwelicke byſtont in allen dingen, die ſy behoefden, ende hem noet weren. Den ſtervenden hielt hy die keerſe in de hant, ende als ſi doot weren, ſo tooch hi ſy alleene van den hedde, ende legede ſy in die kiſte, om ſy te begraven. Dit was een teyken ſynre waerachtiger bekieringe, dat hy hem ſelven alſo ſette na den doot. Ende als die ſterfte over was, ſo bekierde hy een deel werlike geſellen, daer hy mede converſatie te hebben

ben plach, eer hy hem bekierde, ende holp hem dat ſi in cloo-ſteren quemen. Als hi een wyl tydes in deſer vuricheit geweeſt hadde, ſo waert ſyn natuerlike vader totter doot toe ſieck, ende hi ontboot ſinen ſone Thomas, dat hy tot hem queme, als hy dede. Ende als die vader ſinen ſone ſach in alſo hilligen ende oetmoedigen ſtate, ſo waert hy al te ſeer verblyt, ende die ſone en dede giene cleyne vrucht in ſinen vader, ende in een van ſinen ſuſteren. Hy leerde ſinen vader, hoe hy leven ſolde in ſinen ſtate, ende ſyn ſuſter legede hi an, dat ſi hoer bekieren ſolde, ende pries hoer ſeer den jonferliken ſtaet, want ſi genck op hoer vrien, ende ſolde te hant in die echt gebracht worden. Mer hy lach hoer heymelic an, dattes hoer olders niet en wiſten, dat ſy onſen lieven Heere dienen ſolde. Ende als hy daer een tyt lanck geweeſt hadde, ſo nam hi oerlof van ſinen vader, ende toech weder toe Zwolle. Mer ſyn ſuſter *Salome*, die hy gerne bekierr hadde, die nam hy mitter herten mede. Ende als hy weder toe *Zwolle* quam, ſo ſande hy ſynre ſuſter toe hant drie boecken, daer ſi hoer in oefenen ſolde. Dat ene was van der reynicheit, dat ander die vier *Uterſten*, dat derde die vier oefeningen. Ende deſe drie boecken deden groote vrucht in hoer. Die guede goddienſtige brueder *Thomas* was toe Zwolle mit den licham, mer ſyn herte was vaeke by ſynre ſuſter, omme die van daer te crygen, dat ſy hoer leven beteren mochte, ende onſen lieven Heere dienen by gueden menſchen. Omtrint een half jaer hierna ſo nam hy een oorſake weder tot ſynen vader te trecken, dat hy wolde beſien hoe 't mit hem was, want hy ſo ſieck geweeſt hadde, mer ſyn ſuſter *Salome* was die ſake. Ende als hy daer gecomen was, ſo was hy ſeer vlytich dach ende nacht om ſyn ſuſter te trecken tot onſen lieven Heere. Ende want ſyn vader ſinen ſin of meyninge niet en wiſte, ſo mishagedet hem, dat ſyn ſone ſo lange by hem bleef, ende vragede hem hoe dat hy daer ſo lange toevede. Doe antwoerde hy hem al behoerelic weder, ende ſegede, *ic vermachte die bruloft van mynre ſuſter, die te hant aenſtaende is*: Doe liet hi hem mit vreden. Daerna doe men den leſten dach holden ſolde, ende ſyn vader daer geraden was om die bruloft te maeken, ſo twyfelde de moder te male ſeer, ende hadde anxt, dat hi ſi bekieren ſolde, ende maecte ene eerbare vrouwe uit, den ſi 't druckelicke clagede, ende begeerde van hoer, dat ſi van hore dochter vernemen ſolde, wat ſi in den ſinne hadde. Die vrouwe ginc *Salome* ſeer

behendelyc an, ende vragede hoer, wat hoer ſin weer, ende miſriet hoer ſeer den trooſtelicken ſtaet. Ende ſi antwoorde hoer al behentelycke weder ende ſegede, daer en dorſt gy niet eens op dencken of anxt van hebben, dat ic dat doen ſal. Mer dat ſy in der herten vaſtelyc geſat hadde, dat verberch ſy hoer, ende daer en was ſy niet of te raden. Die vrouwe ſcheyde van hoer wal getrooſter, ende ſegede dit hore moder. Mer des anderen dages vroe ſo dede ſy enen mercliken ſtryt, ende gaf al om al, ende toech mit hoeren broeder *Thomas* toe *Zwolle* al heymelic, omme tot *Diepenveen* te comen, ende aldaer een geeſtelyc leven te leyden. Ende als ſy mit horen broeder to *Zwolle* gecomen was, ſo was hy ſeer vlytich ten *Diepenveen* ene ſtede te vercrygen, ende legede hem an den Prior van *Windeſem*, ende an onſen weerdigen vader Heer *Johan Brinckerinc*. Ende ſy waren hem ſeer minlic, ſo dat hy ſine begeerte vercreech. Ende hy brachte ſyn ſuſter ten *Diepenveen* op ſante Nicolaus dach, daer ſy ſeer minlic ontfangen waert. Mer hoer vader ende moder, ende al hoer vrende waren ſeer verwoet op horen broeder, om dat hyſe alſo bedragen hadde mit ſynre ſuſter, alſo dat hy lange tyt niet weder en mochte comen onder die ogen ſynre vrende. Mer die moeder die uter maten ſeer bedrucket was, en liet niet off alle maent haer baden ten *Diepenveen* te ſenden, om hoer dochter te beſmeyken, ende weder te huys te brengen. Ende dit duyrde ene lange tyt, mer die baden en vonden ſy niet bereyt mit hem te trecken. Want ſy was gefondiert op den ſtien Jeſus Chriſtus, alſo dat ſy onbeweechlyc bleef. Als deſe baden niet in haer vorderen en mochten, ſo ſande ſi hoer al te ſueren treckelycken brief, ende die brief luyde alſo wonderlyc abel ende treckelyc, dat Heer *Johan Brinckerinc* ſegede, dattem die duvel gedichtet hadde, ende gien menſche. Ende hy en lieten ſuſter Salome niet leſen, mer hy ſegede hoer daer wat uit. Op deſen brief ſchreef ſi hore moder enen brief weder, als dat ſy begeerde, dat ſy hoer te vrede wolde ſetten, want ſy waer hore te vreden, ende alle der geenre, daer ſy of gecomen weer, om dat ſy hoer van onſen lieven Heere wolden trecken. Ende weert ſake, dat ſy hoer daer niet in lyden en conde, dat ſy ten *Diepenveen* weer, ſo wolde ſy alſo veer trecken, dat ſy nummer van hem eyſchen en ſolde. Deſe brief quam overmids die ordinantien Godes ierſt an horen brueder *Thomas*, die doe in ſynen clooſter was. Ende als hy die opſchrift las, ſo dede hy den brief op, ende ſach wat

daer

daer in ſtont. Ende als hy en geleſen hadde, ende hem wal behagede, ſo dede hy den brief weder toe, ende toech na haer, om hoer den brief ſelve te brengen. Ende onder wegen hadde hy twee ſuſteren wonen, die in der echt weren, deſe nam hy mit hem om ſyne moder te troeſten. Ende als hy tot ſyns vaders huys quam, ſo dede hy ſynre moder den brief, als of hy nergens van geweten hadde. Ende als ſyn moder den brief geleſen hadde, ſoe liet ſy als een onſinnich wyf, ende en was niet te troeſten. Als dit hoer oldeſte dochter ſach, van grooten druc ende medelyden hore moder, ſo waert ſi ſieck, ende ſterf daer by hoere moder in eene maent tyts mit groten berou horer ſunden. Ende ſy ontboet hore ſuſter *Salome*, dat ſy ſolde blyven by onſen lieven Heere in horen gueden opſat. Mer die moder en liet niet of al die maent doer, dat die dochter daer ſieck lach den brief in allen Steden te ſenden, daer ſi vrenden hadde, den hore dochter Salome hoer geſant hadde, ende begeerde van hem hulpe hoer dochter weder uit den cloeſter te crygen, ende als ſy hoer dochter begraven hadde, ſo genck ſy tot horen man, ende begeerde oorlof van hem, dat ſy hoer dochter ten Diepenveen weder uit den clooſter moſt halen, ende ſegede tot hem; *iſt dat gy my geen oerlof en wilt geven, ſo wil ic nochtans allike wal heen.* Doe antwoerde hy hoer weder; *wil gy 't allikewal doen, waeromme bidde ghy my dan oerlof.* Des anderen dages toech ſy hen mit groter haeſt, ende nam horen ſone Heren *Thomas* mede, ende hoer ander dochter. Ende ſi liet achter die begenckeniſſe hore doder dochter, ende quam ten *Diepenveen* mit groter drift. Ende als ſi daer gecomen weren onder die homiſſe, ſo vragede ſy na hore dochter *Saelken*, want alſo plach ſi ſy te heyten. Si waert ſeer minlike ontfangen ende getoevet, ende ſegeden hoer, dat hoer dochter terſtont comen ſolde. Ende men ſande haeſtelyck om *Salome*, die een ſtutke weges van den clooſter was, ende halp die koen melcken. Ende ſy brachten hoer ander cleder, die ſy antrecken ſolde, ende comen haeſtelic tot hore moder. Ende als die homiſſe uit was, ſo waerdet onſen vader Heer *Johan Brinckerinck* te weten gedan, die die miſſe geſongen hadde. Doe quam hy tot hem ende ſprack hem ſeer minlike toe. Ende wat ſy wachten, *Salome* en quam niet voert, alſo dat onſe vader Heer *Johan* ſelve na hoer genck. Want ſy waren begaen dat ſy niet voort en quam, ende en dorſtens niet lyen, dat ſy om alſulcke ſaken uit was, als die koen te melcken. Ende als

onſe weerdige vader by hoer quam, ſo was hy hoer ſeer troo-ſtelic. Ende ſegede hoer, dat hoer moder ende hoer bruder, ende ſuſter daer weren, om ſy weder van daer te halen, ende dat hoer oldeſte ſuſter uyt ter tyt weer. Ende als ſy dan bet gecleet was, dan ſi gewoonlic was, ſo quam ſi tot hore moder, ende hiet ſi vrentelicke wellecome. Ende hoer moder waert ſeer weemoedich, ende hertelike ſchreyende, ende ſegede hoer mit grooter droefheyt, dat hoer ſuſter geſtorven weer. Ende als ſy ene corte tyt toe ſamen alleene hadden geſpraken, ſo ſegede ſi hore dochter toe. *Saelken wy moten haeſtelike heen, die wagen verwachtet onſer.* Doe ſegede Salome; *Moder, wy moeten ummer ierſten eten, het is groot vaſtendach.* Want het was *Quatertemper* in den lierfſt. Doe bleef ſy daer noch, om dat *Salome* wat eten ſolde. Mer ſi noch hoer ander dochter en eten niet, want ſi hadden voergenomen op *Diepenveen* te eten noch te drincken, mer ſi gengen ſitten an die tafel by *Salome*. Ende als ſi ſach die oetmoedige manier hore dochrer, ſo ſegede ſi tot hoer ander dochter. *Siet Lynken hoe is deſe menſche alrede verwandelt*, ende ſi en condens hem niet ten vollen verwonderen. Ende als daer gegeten was, ſo genck die moder tot eenre nonnen, die daer een gaſt was, ende meynde dattet die Priorinne van *Diepenveen* hadde geweeſt, ende danckte hoer ſeer, dat ſy hore dochter ſo gudertieren hadde geweeſt. Si wolde ſi nu mede nemen. Doe ſeyde hoer dochter *Salome* tot hoer: *Moder het en is onſe Priorinne niet, want dit is in den ſlote.* Doe wolde ſi hoer nichte van *Naeldewic* noch ierſten toeſpreken, mer ſy kreech voer ſuſter *Hille Sonderlants*. Ende ſi danckte ſi oock ſeer van hore dochter wegen, ſi wolde ſi nu mede te huys nemen. Doe maeckte ſi 't hoer ſwaer, ende ſegede, of ſi hoer dochter van onſen lieven Heere trecken wolde, nu ſi 't ſelven vergaren hadde. Mer ſi haddet ſo in hoer begryp, dat ſy ſie ommer mede wolde hebben, ende myende ſonder vertreck voert hen te varen. Mer *Salome* hoer dochter toevede ſi noch, ende ſegede hoer, waer ſi henen wolde, ſi ſoldet doch daer voert wat beſien, nu ſi daer doch weer. Doe gengen ſie toe gader, ende beſegent hier over al. Ende doe ſi quemen op een heymelike ſtede, doe gengen ſi daer te gader neder ſitten, doe beſach die eerſame vrouwe hoer dochter van hovede totten voeten, wat ſi an hadde. Ende ſi genck hoer ſeer vrentelyc an, ende hadde ſi gerne beſmeyket, mer ſi ſtont onbeweeglyc als ene vaſte muer in onſen lieven Heere. In

twien

twien ofte drien ſteden ſtonden die gaſten, beide mans ende vrouwen, ende verwachten dat eynde van deſen ſtryde. Ende als die moder ende die ſuſter lange gearbeyt hadden, ſo en mochten ſi niet an haer gewinnen. Want ſi ſegede om al dat hoer toecomen mochte, ſo en wolde ſi van *Diepenveen* niet ſcheyden. Ende ſi en wolde van hoeren gueden opſet onſen lieven Heere te dienen niet gaen, ſi wolde ten *Diepenveen* leven ende ſterven. Ende als ſi hoerde dat ſi niet an hoer winnen en conde, ſo ſtont ſi op, ende genck van der ſteden, ende quam daer onſe vader Heer *Johan Brinckerinc* ſtont, ende Heer Thomas, ende *Geryt* van *Ryſen*, ende verwachten dat eynde hier van. Ende als ſi bi hem quam, ſo ſprack hoer onſe vader ſeer vrentelyc toe, ende hiet, datmen ſi int Prieſter reventer ſolde brengen, ende ſchencken ſi. Doe gengen ſi te ſamen int Reventer, ende als ſi daer weren, ſo dancte ſi onſen vader Heer *Johan*, dat hi hoer dochter gudertieren hadde geweeſt, ſi wolden nu te ſamen varen. Doe antwoerde hy hoer weder, ende ſegede; *dat ſtiet altemael an hore, of ſi blyft of mit u vaert.* Doe greep ſi horen ſone by der cappen, ende ſegede, *Heer ic clage u over deſen logener, ende valſchen verrader, ende bedrieger, die my dit gedaen heeft, ende myn dochter aldus verleyt heeft.* Doe nam Heer Thomas ſyn moeder ende ſyn ſuſter by der hant ende genc ſo tuſſchen hem beyden, ende ſegede, *Moder myn ſuſter heeft nu hier ene wyle geweoſt, ſi weet nu wal, hee dattet hier gelegen is, ende wat ſi hier gehad heeft, ende wat ſi hebben mach. Ende ſi weet, wat ſi by u heeft gehadt, ende wat ſi noch hebben mach, nu ſtaetet altemale an hoer, wat ſi nu doen wil, ende wat ſi verlieſet*; Doe ſprack Salome; *ſi wolde hier leven, ende ſterven, oock ſo wat hoer hier toequame.* Als de moder dat hoerde, ſo ſprack ſi uit wiemodigen bedruckten herten, ende ſegede tot onſen vader: *Heer iſt dat gy ſi tegen mynen wille holt, ic en geve u nimmer hellinck ofte penninck mit hoer.* Ende onſe vader Heer *Johan* antwoerde hoer al prophetierende, ende ſegede; *Holt u goet, ende latet dat daer gy wilt, het ſal u cort ende cleyn genoech vallen.* Alſt cort daer na geviel, want al hoer guet ontgenc hen, ende hoer ſlot dreef en wech van ebbinge der zee, alſo dat ſi niet en hadden, dan dat hem hoer ſone gaf, want die moſte ſi voeden. Ende doe ſi ſach, dat ſi niet vorderen en conde an hoer dochter, doe toech ſi toe *Deventer* in grooten druck ende ſeericheit hoers herten. Als ſi daer gecomen was ſo tooch ſi in die heerlicſte herberge, die in der Stat was. Ende daer viel ſi van

grooten drucke te bedde, alſo datmen niet en wiſte, dan dat ſi ſterven ſolde. Doe ontboet ſi Heer *Johan Brinckerinck* onſen vader, dat hy comen ſolde, ende hoeren hoer die biecht. Doe ontboet hi hoer weder, hy en plege der werliker lude biecht niet te hooren. Hy was op dit pas toe *Deventer*, ende als die bade en wech was, ſo toech hy haeſtelic weder ten *Diepenveen*. Ende ſi en liet niet of, ende ontbodet hem anderwerf, ende doe wert den baden geſecht, dat hy daer niet en weer. Ende rechtevoert als Heer *Johan* onſe vader ten *Diepenveen* gecomen was tuſſchen VI. ende VII. uren des avendes, doe liet hi ſuſter Salome tot hem halen, ende ſegede hoer ſine bangicheit, die hy hadde van hoere moder ende van hoer, ende ſegede hoer, dat hoer moder leghe in doetliker noet. Ende dat ſi ſeghe, hoe dat ſie 't maecte, hi en wolde geene ſake hoers doets weſen. Doe waert ſi al te hertelike ſeer beſtoten in der naturen, alſt gien wonder en was. Mer ſi bleef ſterck ende ſtanthachtich in den gemoede, ende ſi ſegede hem weder; *Heer iſt dat ic trooſt ende toeverlaet tot u hebben mach, ſo en ſal my vrent of maech van Diepenveen ſcheyden.* Do ſegede hy, *Salome iſt dat gy ten Diepenveen blyvet, ſo ſal ic u doen, al dat in myne macht is, als myn eygen kint.* Doe genc ſi wal getroeſt van hem, ende ſterc van gemoede. Die moder en liet noch niet of, ende ontboet hore dochter *Salome*, dat ſi tot hoer queme, ſi moſte ſi ummer ſpreken, eer dat ſi ſtorve. Doe ontboet ſi hore moder weder, wolde ſi ſie met alſulker vrentſcap weder van hoer laten ſcheyden, als ſi tot hoer queme, ſo wolde ſi comen, mer anders niet. Doe ontboet ſi hoer weder, want het anders niet weſen en mochte, ſo ſoldet alſo geſchien, ſi ſolde ummer tot hoer comen. Doe tooch ſi tot hore moder mit ſuſter *Griete Greven*, die op die tyt meyſterſche was. Ende hore moder hadde ene nacht ende twie dagen gelegen, datmen hoer die keerſe in die hant hielt. Ende ſi en wiſten niet van tyden tot tyden, dan dat ſy ſterven ſolde. Mer doe ſy *Salome* hoer dochter ſach, ſoe begon ſy hoer op te richten, ende liet byna als of ſy van der doot verwecket was, van welcken hem al dat volck verwonderde, dat in der camer was. Doe begonde ſi hoere dochter te clagen, wat lyden dat ſi hoer an dede. Doe ſegede ſi; *Warde moder laet ons van genoechten callen, ende laet deſe dingen varen, ende laet ons te ſamen wat eten, wi hebben lange gevaſtet*, want het was doe des Saterdages in die *Quatertemper*. Doe eten ſi ſeer minlike te ſamen,

men, alſo dat ſi te hant opſtont van den bedde. Ende des anderen dages gengen ſi te ſamen te kercken. Ende als ſi in der kercken weren, ſo worden daer voel miſſen gedaen, want het was Soendach. Doe ſtont die moder op hoer voeten, als werlike luden plegen. Ende ſi hadde gerne gehad, dat Salome hoer dochter ock alſo hadde gedaen. Mer ſuſter *Salome* ende ſuſter *Griete* ſloegen hoer neder, als geeſtelike luden toebehoert. Ende ſi ſtont vaſte, ende tooch ſi, dat ſi hoer op ſolde richten, ende ſuſter *Salome* wees hoer, dat ſi hoer ſolde laten genoegen, des liet ſi ten leſten of. Ende ſuſter *Salome* bleef vier dagen by hore moder, mer des nachtes genc ſi ſlapen tot meyſter *Gerijts* huys. Ende als ſi aldus by hore moder was, ſo legede ſi hoer noch al an, dat ſi mit hoer ſolde varen, ende wolde ſi joe onſen lieven Heere dienen, dat ſi hoer dan daele ſloege, ende bleve ſo mit hoer, of genge daer in een cloeſter, of wolde ſi in die werlt bliven, ſi wolde ſie begoeden boven al hoer kinder, mer *Salome* bleef vaſte ende ſtanthachtich, ende ſegede dat ſy nummer van *Diepenveen* en wolde ſcheyden, wat hoer oeck overquame. Ende als deſe ſtryt lange duyrde, ende geen eynde en nam, ſo waert dat ſchip riede. Ende als ſi dan toe ſchepe ſolde gaen, ſo genck *Salome* ende bracht hoer moder te ſchepe. Ende noch onder wegen en liet die moder niet of hoer dochter te beſmeyken. Ende als ſy in dat ſchip ſolde treden, ſo greep ſy hoer dochter *Salome* in den arm, om ſi met gewelt in dat ſchip te trecken. Ende daer was een ſeer groor ſtryt ende een ſwaer ſcheyden. Ende doe die moder ſach, dattet al om niet was, ſo beſwoegede ſy hore dochter ſo ſtyf omme den hals, dat die ſchipluyden ſy hoer mit gewelt ende mit groote cracht van den hals moſten breken, ende alſo droegen ſyſe int ſchip, ende voeren daer mede heen, ende ſuſter *Salome* kierde weder ten *Diepenveen*. Ende als onſe vader Heer *Johan* hoerde, dat ſi gecomen was, ſo genck hi toe hoer, ende was hoer ſeer trooſtelic, ende doegentlyck. Ende alle die ſuſteren waren ſeer verblyt, om dat ſi ſo grooten vi-

1. *Quis ferat liberos a parentibus, a fratribus ſorores, a viris conjuges ſeparari, l.* 11. *C. comm utr. jud.* Hieronym. in vita D. Paul. *Inter hoſtium manus & captivitatis duram neceſſitatem nihil crudelius eſt quam parentes a liberis ſepærari. Senec.* 9. *controv.* 3. *In auctione fratres quamvis hoſtilis haſta non dividit.* Aimoin. 3. *hiſt.* 55. *Multos a parentibus ſegregatos cum filia Hiſpanias petere vi compellebat, e quibus aliqui vitam ſibi laqueo extorſerunt, ne a propinquis quoquam ſecederent.*

victorie hadde gehad, ende ſi hadden hoer trouwelyk helpen ſtryden mitten gebede. Ende ene corte tyt hier na ſo liet ſi onſe weerdige vader int ſlot. Ende int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. ende XVI. des daghes na ſante Servaes nam ſi die hillige oerde an, ende genck voert in allen doechden, in gehorſamheit, in gelatenheit in ſterven, ende uitgaen hoers ſelves, ende was bereyt tot allen oetmoedigen ende ſwaren werke nacht ende dach ſonder croenen. Ende ſy genck al te gerne toe choer, alſt hoer boeren mochte. Ende ock plach ſi den ſieken al te trouwelike by te ſtaen, ende nacht ende dach ſy trouwelyc te helpen boeren, wat ſiecte ſy oeck hadden. Ende ſi en ſpaerde hoer ſelven in geenen dingen, alſo dat ſi gebreck creech, dat ſi op twee crucken moſte gaen. Mer nochtans dede ſi al dat ſy vermochte. Si heeft geſtreden ende geleden, ende heeft den loep hoers le-
XXII. vens ſalichlick vollenbracht int jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. ende II. op des hilligen cruces dach, alſt gevonden wert.

FINIS.

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Academia Parisiensis. 14, & seqq.
ejus jam olim dignitas. 15, & seqq.
ejus fama insignis. 15
in ea Facultates Pares Franciæ præcedunt ausa se opponere etiam Summo Pontifici. 16
Studiosorum ibi privilegia. ibid.
jus civile ibi doceri vetitum. ibid.
Adrianus Papa a Longobardis oppressus. 13
Adolphus dux Gelriæ patrem tenet in vinculis. 207
ad Carolum Burgundum evocatur. 208
custodiæ traditur. ibid.
prælio cæsus occumbit. 219
Affligem monasterium. 34
Affligemenses transfugæ. 64
Albertus II. *Imper. intoxicatus.* 189
Albertus Comes Hollandiæ bellum inter Brabantos & Gelros componit. 110
Alcuinus & ejus socii. 14
Amicus & Amelius socii. 13
Amedeus dux Sabaudiæ creatus Papa. 170
Papatu se abdicat. ibid.
Andalusia unde dicta. 12
Anglam domum ducere Gallis prohibitum. 203
Anglorum cum Francis bellum. 68
pugna prope Blangys. 147
Angliæ rex Henricus Parisiis coronatur. 161
Angli cæsi a Burgundis prope Brouwershaven. 176
Anglorum Heraldus Gloceſtrie nuncupatus. 175
Anno Archiepiscopus homo sanctus & devotus. 34
Antonius Burgundus Brabantiæ tutor creatus. 128
ex Tutore dein Dux. 130
Trajecti ad Mosam inauguratus. 134
duo ejus filii Joannes & Philippus. ibid.
uxorem ducit Elisabetham sororem Cæsaris Sigismundi ibid. & seq.
Lutzenburch ei in dotem datum. 142
ibidem inauguratus. ibid.
Huardus de Elteren ipsi rebellis. ibid.
evocatur a Sigismundo. 145
interficitur. 147
Antonius magnus bastardus Burgundiæ captus apud Nancy. 217, & seq.
Antverpienses & Bruxellenses opponunt se Flandris. 77
Antverpia feudum imperii. 89, & seq.
Comes Flandriæ ab ea obsides accipit. 90
Antverpienses cum Lovanienſibus super Liranis & qui de Santhoven contendunt. 171
Antverpiensibus quæstio cum Joanne de Glimes domino de Bergis 177
Antverpiæ Comitia trium Statuum Brabantiæ. 181
Aquisgranum locus a Carolo Magno dilectus. 19
locus imperialis. 56
moliuntur venire eo rex Bohemiæ & Dux Brabantiæ magna cum pompa. 57
Aquensis civitas expetit amicitiam ducis Brabantiæ. 129
Arduenna ubi. 4, 81
Arduennæ Comites. 32
Arnoldi de Hoern episcopi Leodiensis mors. 130
Arnulphus Comes juxta Scaldim. 4

Astulphus Longobardorum rex. 10
victus a Pipino. 11

B.

Barones Brabantiæ. 35
Basinus rex Thuringorum. 3
S. Begga soror S. Gertrudis. ibid.
Bellum Woringense. 43. & seq.
Benedictus XIII, *& Bonifacius* IX. *Papæ.* 131
Bernardinus ordinem fratrum Minorum reformat. 190
Bertrada Caroli Magni mater. 13
Bilsen oppidum in terra Lossensi. 224
Bonifacius episcopus Trajectensis. 10
Bonifacius IX. *Papa obit.* 132
Bracbant, Breibant, pagus Bracbatensis. 10
Brabantiæ primus dux. 31
Brabantiæ dux in Franciam se confert. 62
filiam impetrat regis Franciæ filio suo. 63
fert opem episcopo Leodiensi. 73
Brabanti a Flandris victi. 77
Brabantiæ dux in cunis in prælio. 84
Brabanti cæsi a Gelris. 115
Brabantinos Gelri invadunt. 120
Brabanti invadunt Gelriam. 123
Brabantia an feudum imperii. 153
Brabantiæ Ducatus quatuor oppida principalia. 219
Braine Comitis obsessum, captum, & destructum. 171, & seq.
Bruxellæ inter nobiles & plebejos tumultus. 94, & seq.
Bruxella obsessa a Flandris & Hollandis. 39
adempta Flandris. 79
aliquot ibi decollati. 167
Bruxellam venit dux Joannes cum equitatu. 165
urbe ejicitur equitatus. 166
Bulgarus. 16
Busco ducis Gelri insidiantur. 121

C.

Cadomum ab Eduardo rege Angliæ obsessum. 71, & seq.
Calesium ab eo captum. ibid.
Calixtus III. *Nicolai* V. *Papæ successor.* 192
Campus idem quod bellum, prælium. 12
Canonici Leodienses in Mosam projecti. 138
Cappadoces an Turci. 1
Carolus Martellus ex pellice. 7
fusus ab eo Eudo Aquitaniæ dux. ibid.
Alemannos sibi subjicit, Suevos, Bajoarios. 8
Carolus Magnus quando patri successerit. 13
a Papa coronatus. 17
quæ reliquiæ ei datæ. 19
Saracenos debellans an Palæstinam invaserit, Hierosolyma occupaverit. 18
moritur. 19, & seq.
Carolomannus monasterium ingressus. 9
Carolomannus Caroli Calvi filius clericus. 21, & seq.
Carolus Calvus Imperator. 22
Carolus Caroli Calvi filius læsus a milite. ibid.
Carolus Crassus. 23
cum Normannis paciscitur. 24
Carolus IV. *Imper. Joannis filius regis Bohemiæ.* 74
frater Wenceslai ducis Brabantiæ. 77
in Brabantiam venit. 101
Caroli VII. *Galliarum regis uxor.* 184
Carolus Comes de Charloys propemodum captus. 197
paciscitur cum rege Franciæ. ibid. & seq.
fit dux Burgundiæ. 200
rebellant ei Gandavenses, Mechlinienses. ibid.
Protector Leodiensis. 203
uxorem ducit Margaretam de Iorck. ibid.
bellum facit regi Galliarum. 207
facit Gelris. 208

Oc-

occupat Neomagum. 209
emit a Duce Austriæ Comitatum Ferretten. ibid.
bellum infert Helvetiis. 215, & seq.
Nancy obsidet. 216
filia ipsi succedit. 217
tumultus post ejus mortem. ibid.
Catharina van Naeldwyck. 233, & seq. 254
Clerici habiti literati. 14
Clotharii filius Dagobertus. 1
Comes S. Pauli occisus. 100
Concilium Basiliense quando cœpit. 189
Conspiratio in Gallia contra Ludovicum XI. 196
Constantinopolis capta a Turcis. 191
Conversi quinam. 242
Corvus excommunicatus. 188
Culta quid. 248

D.

Daventria obsessa a Philippo Burgundo. 193
David Philippi Burgundi filius episcopus Trajectensis. 192
Desiderius Longobardorum rex. ibid.
a Carolo Magno devictus. ibid. & seq.
Dionantum destructum a Philippo Burgundo. 198
Diepenveen ubi. 231
quando fundatum. 226, & seq.
Diest oppidum Thomæ de Diest. 143
Dieta quid. 111
Diffidatur dux Brabantiæ a rege Franciæ & rex Franciæ vicissim a duce Brabantiæ. 59
Divortii causa inter Joannem Brabantum & ducissam Iacobam. 159, 162
Dordracum obsessum a Brabantis. 137
obsidio soluta. 158
Drylanders. 65
Duces inter & Comites quodnam olim discrimen. 31

E.

Eduardus dux Barrensis socius Brabanti. 64
Eduardus rex Angliæ bellum infert Philippo de Valesio regi Galliarum. 64
Eduardi ducis Gelriæ soror nupta Guilielmo Juliacensi. 98
Eduardus Comes Gelriæ in prælio cæsus. 99
Elisabetha Antonii ducis uxor agit de duariatu. 178
S. Elisabeth Andreæ regis Hungariæ filia. 231
Elsebe Hasenbroecs. 240
Elisabeth van Heenvliet wert siec en sterft. 244. & seq.
Episcopus Leodiensis Joannes de Heynsberch. 160
Everardus Tserclaes miles. 79
cæsus nefarie. 113
Eugenius Papa IV. procurat pacem inter Anglos & Francos. 188, & seq.

F.

Fabulæ Pontificiæ. 12
Factiones in Gelria. 79
Felix Papa. 126
resignat Papatum. ibid.
Ferretten Comitatus a Carolo Burgundo emptus. 210
Helvetiis se jungit. ibid.
Feudum vasallus perdit si fine domini consensu vendat. 88
Flandriæ Comitatus quando primum cœperit. 16
Flandrorum cum Francis bellum. 46
Flandrorum ingenia. 189
Flandri victi a Brabantis. 65
Flander hostis Mechliniæ. 88
Flander a Brabantis vult inaugurari. 78
Flandri & Brabanti de Mechlinia inter se pactum. 88
Fœdus inter ducem Gelriæ & Johannam Ducissam. 118
Fœdus inter Reynoldum ducem Gelriæ

& Joannem ducem Brabantiæ. 150, & seq.
Fœdus inter Joannem Bavarum & Duciſſam Jacobam. 158
Foreſtis, Foreſtarius. 17
Franci quando innotuerint. 2
veteres eorum ſedes. ibid.
Francia triplex. ibid.
Francorum regum ſocordia. 6
Franci ab Anglis vincuntur. 69
vincuntur apud Creſſi. 71
vincuntur prope Blangys. 177
Friderici Barbaroſſæ mors. 46
Fridericus III. *coronatus Imper. a Nicolao Papa* V. 190
Fridericus Imper. deſcendens ex Alemannia Treverim venit. 219

G.

Gaesbeeck obſeſſum, deſtructum. 114, & seq.
Gandenſes Philippo duci rebelles 191
a Philippo ſubacti. ibid.
Gelri a Burgundis deficiunt. 221
Gelriæ dux Reynoldus, ne invitus duceret, quam nollet, ad Brabantum confugit. 72
vaſallus Brabanti quod ad oppidum Grave. 137
S. Gertrudis ſoror S. Beggæ. 3
Gerardus de Vorſelaer nobilis. 50
cæſus. 94
Gerardus van den Zype apud Comitem S. Pauli Protectorem in pretio. 164
Geryt van Ryſen. 236
Gloceſtriæ dux cum domina Jacoba in Hannoniam venit. 169
vaſtat Brabantiam. 174
Braine Comitis occupat & cædit Brabantos. 171
prælium Comiti S. Pauli per Heraldum indicit. 172
Godefridi Normanni fœdus cum Cæſare. 74
Godefridus cum gibbo, 32
Godefridus cum barba Lotharingiæ dux. 33
Godefridus de Boeljon rex Hieroſolymorum. 32
Godefridus dux Brabantiæ puer. 35
filiam ducit Henrici ducis Limburgi. 36
proficiſcitur Hieroſolyma. ibid.
Gorcomii pugna inter Jacobam Bavaram & Wilhelmum de Arckel. 154
Gouda & oppidum ſeptem Montium accedunt dominæ Jacobæ. 178
Grave oppidum cujus. 166, & seq.
obſeſſum a Brabantis. 109, 115
Griete Greven. 242
Griete van Algerden. 253
Grimbergenſes toparchæ quam olim præpotentes. 82, & seq.
an vaſalli ducis Brabantiæ. 83, 85, 88
Duci bello illato vaſtant Brabantiam, deſtruunt Vilvordiam. 83
prælio facto a Brabantis funduntur, 84
Dux in cunis in prælio. 84
Grimbergen deſtructum. 83, & seq.
Guilielmus Comes Juliacenſis. 96

H.

Heenvliet ubi. 226
ejuſdem toparchæ. ibid.
iis extinctis quinam ſucceſſerint. 241
Hallenſe oppidum munitur. 169
Hannonia an feudum imperii. 157
Hasbania. 3, 6
Haſſelt oppidum terræ Loſſenſis. 224
Hedioten. 131
Henrici V. *Imper. cum patre bellum.* 33
Henricus dux Limburgi etiam dux Lotharingiæ. ibid.
ablatus ei Ducatus. ibid.
Henrici I. *Brabantiæ ducis mors.* 40
Henrici III. *ducis filii.* 42
Henricus VII. *Imper. intoxicatus.* 52
Henricus de Parwys tutor Leodienſis. 131, & seq.
obſidet Trajectum ad Moſam 135, & seq.
prælio occumbit. 138

Herſtelle inter Leodium & Trajectum ſuperius. 5
Heuſda quando Hollandiæ. 55
an & olim Brabantiæ. 164
Hieroſolyma adeundi licentia a Papa petita. 18
Hildericus rex tonſus & in monaſterium miſſus. 9
Hollandia an olim pars Friſiæ. 5
Hollandiæ Comitatus initium. 21
Hollandiæ Comitis periculum. 62
Homagium a Brabantis factum Comiti Flandriæ. 86

I.

Jacoba Bavara deſponſata Joanni duci Brabantiæ. 152
ſuper eo matrimonio diſpenſatio petita. 153, & ſeq.
impetrata & revocata. 155
conſummantur Hagæ Comitis nuptiæ. ibid.
Jacoba Bavara in Angliam proficiſcitur. 163
ut vera domino & heres in Hollandia recepta. 157
matrimonio cupulatur Duci Glocestriæ. 161
cum Joanne Brabanto certa lege paciſcitur interventu Philippi ducis. 173
Philippo Duci ſe dedit. 174
Gandavo profuga venit Schonhoviam. 175
nuptiæ ejus cum Joanne Brabantu irritæ declarantur. 176
dominæ & domicellæ ejus omnes dimiſſæ. 159
Jac. de Artevelde pacis auctor inter Anglos, Flandros, & Brabantos. 69
Jaque bon homme. 96
Indulgentiæ propoſitæ a pœna & a culpa. 191
Joannes Turpinus fabularum architectus. 18
Joannes Scotus vir doctus. 21
Joannis I. Ducis conjuges. 43
ejuſdem mors. 45
Joannes II. in Franciam proficiſcitur. 62
Joannes rex Bohemiæ filius Henrici Imperatoris.
Joannis III. Ducis ſoboles. 73
Joannes rex Franciæ quando coronatus. 75
Joannes Bavarus ſit epiſcopus Leodienſis. 131
non vult ſacerdos fieri. 132
obedientia ipſi ſubtrahitur. 131
ambit Protectoratum Hollandiæ. 154
epiſcopatum Leodienſem dimittit. 156
Dordracum occupat. ibid.
adminiſtratio ei data Hollandiæ Zelandiæque a Joanne Brabanto. 161, 175
Joannes dux Burgundiæ contra Turcas in Hungariam tranſit. 149
ſoror Wilhelmi Bavari ei nupta. 137
cæſus in conſpectu Delphini. 160
Joannes IV. Antonii filius patri in Ducatu ſuccedit. 148
requiritur ut humagium faciat Sigiſmundo. 153
duariatum & omnia bona Margaretæ matris dominæ Jacobæ confiſcat. 174
vi morbi oppreſſus obit & ſepelitur. 197, & ſeq.
Joanna filia Joannis III. Wenceſlao nupta filio regis Bohemiæ. 75
controverſia ei cum Duce Gelriæ. 105
a Duce Gelriæ diffidatur. 106
ejuſdem contra Ducem querelæ. 110, & ſeq.
ejuſdem mors. 129
Joanna puella ruſtica Anglos Galliis exturbat 188
Joannes Bont Cancellarius Brabantiæ. 182
Joannes Couſteyn Philippi ducis conſiliarius. 195
Johan Brinckerinc. 238
Irnerius juris Doctor. 15

ejusdem discipuli. ibid.
Isabella Borbonia uxor Caroli Audacis. 201
Itta conjux Pipini. 4
Judicia olim habita ad certum quoddam insigne. 262
Juris civilis studium an Parisiis in usu. 151
restitutum in Germania tempore Henrici V. ibid.

L.

Lambertus martyr. 7
Lambertus cum barba. 32
Landen oppidum. 64
Latronum in Gallia & Sabaudia colluvies. 95
eorum facinora. 96
cæsa & dissipata. ibid.
Leodiensium bellum cum episcopo suo Joanne Bavaro. 132, & seq.
cum Engelberto de Marca. 71
cum Carolo Burgundo. 201
Leoni Papæ eruti oculi. 17
Lossenses in Brabantia sistuntur. 122
Lotharius rex Italiæ. 21
intrat monasterium & Ludovicus filius succedit. 22
Lovanienſis tumultus. 102
alius authore Petro Couteel. 91, & seq.
Lovanium a Duce obsessum. 103
intrat illud Dux & contumaces compescit. 104
Lovanii erigitur universitas. 177, & seq.
Lubbe Suaves Latinæ linguæ perita. 250
Ludovicus Pius Caroli Magni successor. 21
ejusdem filii. ibid.
inter eos dissensio. ibid. & seq.
Ludovicus rex Germaniæ Caroli Calvi frater. 21
Ludovicus Balbus. 22
ejusdem filii. ibid. & seq.
Ludovici Bavari bellum cum Friderico Austriæ duce. 53
uxorem ducit filiam Comicis Hollandiæ. 56
Ludovicus Flander filiam regis Angliæ ducit invitus. 72
Ludovicus dux Aurelianensis quando occisus. 135
Carolus ejus filius an Dux Mediolanensis. 142
Ludovicus Delphinus filius Caroli VII. e Gallia profugus. 194
a Philippo Burgundo exceptus magnifice. ibid.
Ludovicus Borbonius & Carolus Audax consobrini. 204
idem an avunculus Mariæ Ducissæ. 217
cæsus ncsarie a Wilhelmo de Arenberch. 223
Ludovicus Galliarum rex bellum facit Mariæ. 218

M.

Mandatum quid. 180
Marchionatus de Ryen an feudum imperii. 89
Marcomirus. 2
Margareta de Burgundia soror Ducis Antonii. 152
Bruxellæ hospitium habet in speculo. 161
Joanni Brabanto insidiatur. 178. & seq.
Ducatum Brabantiæ ambit. 185
Maria Ottonis IV. Cæsaris uxor. 17
Maria Ducissa Brabantiæ mulier benigna. 68
Maria ducissa Gelriæ soror Joannæ Ducissæ Brabantiæ. 125
Maria filia Carolo Audaci succedit. 217
nubit Maximiliano. 220
delapsa ab equo extinguitur. 224
Marienborn 237, 246
Marscalcus Franciæ. 5
Maximilianus Imper. Mariam ducit Caroli filiam. 220
filium ex ea gignit Philippum. ibid.
in Artesiam profectus Gallis bellum infert. 221

Mechli-

Mechlinia an feudum ducis Brabantiæ. 87
vendita ejus pars Comiti Flandriæ ab episcopo Leodiensi. 63, 87
bellum hinc inter Brabantos & Flandros. 63
a rege Franciæ sepultum. ibid.
Mechlinia Belgii provincia & una ex XVII. 46
varia ejus fors. 46, 64
pars Brabantiæ quando habita. 81, & seq.
ejusdem toparchæ. 82, & seq.
an vasalli Ducis Brabantiæ. 83, 85, 87
Mechliniæ an forum piscium, salis, & avenæ. 88, & seq.
an episcopi Leodienses. 86
Ministeria Leodiensia. 138
Ministeria collegia mechanica. 152
Monasterium de Affligem ubi & quando extructam. 34
Monasterium trium fontium in diœcesi Leodiensi. 60
Montium Hannoniæ obsidio. 173

N.

Namurcum olim Imperii. 183
Nancy obsessum. 216
Naeltwyck. Henricus de Naeltwyck Marscalcus Hollandiæ. 223
Neomagum dedit se Carolo Burgundo. 209
Normanni cæsi a Carolo Calvo. 21
Normanni Franciam vastant. 22, & seq.
Normannia unde dicta. 25
Normannia in dotem data Henrico regi Angliæ. 160

O.

Oppidum S. Trudonis obsessum. 15
Ordo Cluniacensis quando cœperit. 25
Origo belli cum Gelris. 97
Otho Morena rerum Laudensium scriptor. 18
Otto de Bueren filius Alardi. 53

P.

Papæ fastus. 11, & seq.
Paulus Leuken, die quade Smit. 220
Pax inter Anglos & Francos Ann. 1432, 189
Pelvi plebs ad tumultum concitata. 102
Petri genus nummi. 93
Petrus Couteel concitator tumultus. 101, & seq.
Philippi Imperatoris filiæ. 41
Philippus le Hardy Antonii ducis Brabantiæ pater. 75
ejusdem soboles. 126
petit pro Antonio filio Ducatum Brabantiæ. 126, & seq.
Philippus Comes S. Pauli frater ducis Joannis. 160
creatur Mamburnus & Protector Brabantiæ. 163
Protectoratum resignat. 168
succedit fratri Joanni. 181
Romam proficiscitur. ibid.
concessa ei precaria. ibid.
sponsa ejus Yolyta Siciliæ regis filia. 184
obis & aperitur ejus corpus. 184
sepelitur. ibid.
Philippus dux Burgundiæ Ducatum Brabantiæ ambit. 183
& tandem nanciscitur. 184
ejusdem potentia. ibid.
ejusdem conjuges. ibid.
Lutzenburch sibi comparat. 190
ibi inauguratur. 194
Leodiensibus bellum infert. 198
iisdem ignoscit. ibid.
filio Carolo irascitur. 195
moritur. 199
ejusdem laus & virtutes. ibid. & seq.
Pipinus I. *de Landis.* 4
Pipini II. *potestas ingens.* 5
ab eo victus Theodoricus rex. ibid.
Pipinus III. *a Papa rex dictus.* 11
Pirona. 202
Pius II. *Papa. Ann.* 1458. 195
cruciatam jussit prædicari. ibid.
defunctus Anconæ. ibid.
Prælati ecclesiarum ad pugnandum parati. 120
Probus idem quod strenuus. 76
Propina, propinare. 171, 174, 199

R.

Raet van Deventer comt tot Diepenveen. 247
Reynoldus dominus de Valckenburch captus. 55, & seq.
Reynoldi ducis Gelriæ uxores. 47

Rey-

Reynoldus Comes e custodia eductus. 100
Richardus Comes de Warwyck Anglia pulsus. 205, & seq.
Robertus Comes Parisiensium. 25
contra regem Franciæ rebellat. 25, & seq.
Rode Brabantiæ oppidum obsessum. 65
Rollo Normannorum rex. 25
Christianus fit & baptizatur. ibid.
ejusdem progenies. ibid.
Roterodamum occupatur a Joanne Bavaro. 158
Rupertus dux Helsbergiæ rex Romanorum. 125
Rutheri genus hominum vagum. 96

S.

Sacerdotum præstigiæ. 188
Sadelerius monachus. 78
Saladinus rex Syriæ. 36
Salome van den Wiel. 255
Salutes nummi aurei. 174
Seneschallus quis. 164
Sepulturæ non traditum defuncti Principis corpus, nisi jam successor. 185
Sicambri ubi olim. 1
an pars Francorum. 2
Sichem emptum a domino de Diest. 143, & seq.
Sigismundus Imper. rex Romanorum creatus. 145
schisma ecclesiasticum conatur dirimere. ibid. & seq.
Stadingi oppressi. 40
Strale oppidum. 117
Studiosorum privilegia Parisiis. 16
Styne Tolners nonne tot Diepenveen. 247
Sylva Carbonaria. 81

T.

Theodericus VII. *Comes Hollandiæ a Brabanto captus.* 37
qua lege dimissus. ibid.
homagium ab eo factum. 38
quando id remissum. 39
Theodericus de Parwys episcopus Leodiensis. 132
Thesaurarius Brabantiæ occisus. 139
Tiel a Gelris obsessum. 64
Thomas van den Wiel. 255, & seq.
Tornacum ab Anglis obsessum. 70
S. Trudonis oppidum a Leodiensibus captum. 133
Tumultus apud Buscum ducis. 119
Tumultus Bruxellæ ob cæsum Everardum Tserclaes. 114
Tumultus post mortem Caroli Audacis. 217
Turci gens Hunnica. 1
cæsa a Christianis. 192

V.

Valckenburch ultra Mosam Brabanti. 55, & seq.
a Brabanto obsessum. 57
loci descriptio. ibid.
Soluta obsidio. ibid.
Valckenburch iterum obsessum. 59
& expugnatum. ibid.
Villicus. 91

W.

Waifarius rex Aquitaniæ. 15
Walterus Berthout Mechliniæ toparcha. 85
Wencelaus dux Brabantiæ inauguratus. 75
Wencelaus dux Brabantiæ captus. 100
a Gelris dimissus. ibid.
moritur. 104, & seq.
ex utero matris cæsus. 105
Wilhelmus Comes Hollandiæ matrem suam prælio navali vincit. 79
inter Flandrum & Brabantum pacem componit. 84
Wilhelmus Comes Hollandiæ a Frisiis occisus. 42
Woringense bellum. 43, & seq.
Woringia destructa. 45
Vulgus contra nobiles. 50
contra Judæos. 51
cæsum a Duce. ibid.

Z.

Zacharias Papa dictus. 10
ejus Stephanus successor. ibid.
Zittart obsessum. 54

FINIS.

CHRONICON EGMUNDANUM
SEU
ANNALES REGALIUM
ABBATUM EGMUNDENSIUM
AUCTORE
Fr. JOHANNE DE LEYDIS
Ordinis Prædicatorum Harlemi.

Accedunt

Præter THEODORICI A LEYDIS
BREVICULOS
LEONIS MONACHI EGMUNDENSIS
BREVICULI MAJORES
Hiſtoriam Comitum continentes, qui Egmundæ ſepulti.

Eruit hactenus latitantes, collegit, & primus edidit
adjectis Obſervationibus
ANTONIUS MATTHÆUS,
Juris in Illuſtri Academia Lugduno-Batava Anteceſſor.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud FREDERICUM HAARING,
cIↃ. IↃↃ. cII.

Benevolo Lectori S.

PAucis dicam, quod volo, quisquis tandem es, qui patriæ antiquitatis studiosus scriptis his delectaris. Ex vetustissimis in Hollandia, & vix vetustior potest dici, ecclesia Egmundensis, insigni olim fama, & Sanctorum patrociniis, inprimis S. Adalberti, qui ex sociis Willebrordi, cum ad loca hæc perveniisset, Christum populis non sine fructu prædicavit, illustris. Primum lignea, mox lapidea, & donationibus Comitum, qui multa in eam congesserant, præprimis dives & opulenta. Ad eam sensim opum magnitudinem evecta, ut rerum administrationi Abbas, quem oportuit advertere inprimis animum cœlestium rerum curæ, tandem impar ad Advocatum, in quem omnem secularium rejecit curam, confugerit. Primum autem non unum, sed quod opes monasterii in pluribus erant locis remotis etiam & multum dissitis, plures simul constituit. Sensim deinceps ex iis unum, virum in iis locis præpotentem assumpsit, præsertim postquam periculosum nec expedire id apparuit, ut rerum administratio spargeretur per multos. Et eum etiam ne insolesceret primum tantum ad vitam, mox cum gravis jam Abbati, & sic posceret rerum status, firmum fecit, ut ait Auctor, id est, dignitatem hereditariam ac perpetuam ei contulit. Immensum aucta tum potestas, præsertim si quis consideret, quam ingens tum Advocati. Non administrandi tantum jus, sed ut summo magistratui præsidendi judiciis, regendi, coercendi, & reos afficiendi etiam summo supplicio. Reditus monasterii, census, prædia, facultates, in ipsius potestate. Et hinc opum incrementum. Hinc Dominium de Egmont. Hinc qui olim jam præpotens, præpotentior adhuc sensim. Nobilis primum, mox & eques, & ex equite tandem Comes. Ab ovo exhibent hi Annales singulatim & accurate, quo & majus eorum pretium, harum

rerum hiſtoriam. Auctor Belga eſt, Carmelita, coenobii Carmelitarum, quod Harlemi eſt, Prior, idem qui ſcripſit Chronicon & res geſtas Hollandorum, Joannes a Leydis. Verum Chronicon non perduxit ultra Wilhelmum Bavarum, qui VI. ejus nominis. Annales hos longe ultra. Perducti ad id tempus, quo jam præfuit rerum ſummæ Carolus V. Imperator, uſque ad tempus, quo victus, quo captus cæſo exercitu Franciſcus I. Galliarum Rex. Ab ipſo autem quod perducti eo an poſſit dici non ſatis ſcio. Obiiſſe ipſum Boxhornius ait Anno 1504. *theatr. urb. Holl. in deſcript. urb. Leyd. p.* 211. Idem Meurſius etiam dicit *Athen. Batav. cap.* 24. Sed unde id habeant incertum. Dicunt tantum non probant. Nec quo nitantur ſatis conſtat. Dubiam autem rem reddit, & vehementer quidem dubiam, quod perducti hi Annales ad id tempus quod dixi. Siquis putet continuatos vehementer id rurſum obſtat, quod toto opere hoc idem ſtylus, nec alienæ acceſſionis ullum ullibi argumentum. Mirum forſan videbitur, ſi ætatem protraxit ad id tempus, quod dixi, quod velut rerum ignarus Regis Galliæ captivitatem adſcribat Anno CIↃ. IↃ. XXIV. quæ ſequenti demum contigit. Sed & id an ut oportet ſatis ſtringat non ſcio. Certum quod quicquid ſit mirandi eadem adhuc ratio, ſi ab eo fortaſſis error, qui ſi ponas jam defunctum, mox eum continuavit. Neceſſe eſt tamen fateor, ut & valde adhuc juvenis, cum acceſſit ad ſcribendum, & jam grandævus cum deſiit. Edito jam Chronico Annales ſcripſit ut ait ipſe hujus libri pr. *Quemadmodum ego*, inquit, *Frater Joannes Leydenſis Ordinis Carmelitarum ex Harlem dixi declaravique in Chronicis Hollandiæ per me compoſitis in ſecunda diviſione per totum.* Et ſcripſit juſſu aut rogatu, ut paulo ante etiam ait, Nicolai de Adrichem, qui Abbas Egmundenſis evaſit Ann. 1477. *Scripſit* dico. Non *edidit.* Nam & id incertum quando edidit. Poteſt

fieri ut ediderit jam vivo adhuc Nicolao. Potest etiam ut recensiti, ut tractu temporis ab eo aucti auctiores adhuc prodierint, postquam vita concessit. Et hinc nemo non videt, quam a vero discedat longius, qui primus Chronicon ejus edidit, Franciscus Sweertius Antverpianus, dum putat Chronicon ab eo scriptum Wilhelmi Bavari ætate, Alberti Ducis filii, qua haud dubie adhuc nondum natus. Quodnam Sweertio argumentum, quo nitatur, non scio. Scio Auctor ultra Wilhelmum non progressus. Sed quid hinc? An ullum hinc argumentum? Majorum numero etiam habuit Philippum a Leydis virum olim illustrem, & scriptis non tantum editis sed dignitatibus clarum, Guilhelmi Ducis Consiliarium, qui V. ejus nominis, Arnoldi de Hoern episcopi Trajectensis Vicarium generalem, & quinque insuper ecclesiarum, dum vixit Canonicum, Trajectensis nimirum, Condatensis, Medioburgensis, Hagiensis, Leydensis, & tertiæ etiam Decanum. Passim alibi ejus mentio ut doctissimi olim viri. Inter alia quibus famam & nomen inter eruditos consecutus egregium librum scripsit insignem *de Reipubl. cura & sorte Principantium*, Leydæ olim typis editum Ann. 1516. sed qui quod dolendum tot annorum interjectu jam haberi vix potest. Ne periret tandem totus Bibliothecæ Leydensi donavit Janus Hautenus, urbi olim a secretis, cum hac inscriptione: *Genio Acad. Leid. ac Memoriæ sacrum. D. Philippi de Leidis viri sua ætate doctissimi per varios gradus, ad summa honorum culmina evecti, iisque omnibus honeste functi Guilielmi Ducis Bavariæ, & Comitis Hollandiæ ac Zelandiæ Consiliarii, Arnoldi de Hoern episcopi Trajectensis Vicarii dignissimi, jurisque Pontificii apud Parisienses accuratissimi interpretis opera rediviva, quæ ipso adhuc superstite ab Aurelianensi schola ad Hollandiæ Comitem missa, postea per negligentiam amissa &c. Bibliothecæ publicæ hu-*

Vid. Meurs. *Athen. Batav. cap.* 24. Boxhorn. *d. loc.*

jus Academiæ libens admodum volensque dicavi, donavi, consecravi Kal. Quintilib. Ann. CIↃ. IↃ. XCV. JANUS HAUTENUS &c. Citat Sweertius Lecturam etiam in *lib.* 3. *Decretal.* in Athenis suis Belgicis, & verbo dein addit: *Joannes*, inquit, *Franconius edidit omnia ejus scripta & docta præfatione ornavit.* In libro memoriarum majoris ecclesiæ Trajectensis 9. Junii sic legitur: *V. Idus Junii Primi & Feliciani martyrum. Obiit magister Philippus de Leydis Doctor decretorum, Concanonicus noster, in cujus anniversario dantur novem libræ &* XVI. *ss. Inde socii habebunt* XVI. De eo ita Wilhelmus Dux:

Hertoghe Willem van Beyeren &c. Ontbieden u Willem Hollander onsen Rentemeyster Beweesterschelt in Zeelant of den ghenen, die te dier tyt Rentemeyster aldaer wesen sal, dat ghi uytreycket ende betaelt alle jaer Meister Philips van Leiden onsen clerc Deken van sinte Pieters in Middelburch L. goede oudo scilde, die een helfte te Kersavont, endt die ander helfte tot Meye, die wi hem gegeven hebben totter tyt toe, dat wi him versien hebben, of dat hi in vrien besitte, of in rusteliken gebruke is van der Dekenyen voersz, ende van also veel neemt alle termine brieven van quitantien voor ons mede te rekenen, ende daer mede sullen wi u quiten in uwer rekeninghen. In orconde &c. Gegheven te Keinoit des Dinxendaghes na sunte Baven dach in't jaer CIↃ. CCC. LVI.

Hertoghe Willem van Beyeren &c. doen cont allen luyden, dat wi genomen hebben ende ontfaen Meister Philips van Leiden onsen getrouwen clerc mit grooter voorsienicheden ons ende ons Raets onse saken ende ons lants te bewaren ende te bedriven in den Hof van Romen, ende des sullen wi hem geven sinen cost mede te doen in den Hove voersz hondert oude scilde alle jaer, also lange als hi daer staen sal t' ontfane van onsen Rentmeister van Noorthollant, die

nu is of namaels weſen ſal, op den Vaſtenavont, ende wi ſullen hem clederen geven gheliken onſen anderen clerken, die daghelix van onſer herberghe Meeſter clerken weſen ſullen tot allen tiden, ende ontbieden ende gebieden onſen Rentmeeſter van Noortthollant, die is of namaels weſen ſal, dat hi Meeſter Philips onſen clerck voerſz deſe hondert ſcilde voerſz uytreyke ende betale nu en Vaſtenavonde naeſtcomende, ende voertaen alle jaer op den termyne voerſz, ſonder anders enich gebot van ons te hebben, ende des alle jaer nemen ſynen openen brief van quitantien voer ons mede te rekenen. Ende dit ſal geduren ter tyt toe, dat wi en verſien hebben mit ene Canonics provende te Berghen in Henegouwen, of anders waer met ene provende, die C. ſcilde vrilic waerdich is s' jaers ende hi opboren mach. Ende wanneer wi en ontbieden bi ons te comen, ſo ſullen wi hem comen doen mit tween peerden in onſer Herberghen mit anders onſen gheſinde, want hi van onſer herberghen is. In orconde &c.

Dux Wilhelmus &c. *Ad univerſorum notitiam volumus pervenire, quod nos dilecto Clerico noſtro Magiſtro Philippo de Leyden Licentiato in decretis Trajectenſis diœceſis ejus multiplicibus virtutum meritis exigentibus Canonicatum & præbendam eccleſiæ beatæ Mariæ de Condato diœceſis Cameracenſis vacantes ad præſens per obitum Magiſtri Johannis Chavaert ultimi poſſeſſoris Canonicatus & præbendæ prædictorum ad noſtram collationem pleno jure ſpectantes contulimus pure & ſimpliciter propter Deum. Quapropter attente requirimus vos Præpoſitum, Decanum, & Capitulum, & Canonicos dictæ eccleſiæ, vobiſque in quantum poſſumus tenore præſentium præcipiendo mandamus, quatenus Magiſtrum Philippum vel procuratorem ejus pro eo in Canonicum dictæ eccleſiæ & in fratrem recipiatis, ipſum in corporalem poſſeſſionem dicto-*

Etorum Canonicatus & præbendæ inducatis, & defendatis inductum, ſtallo in choro & loco ſibi in Capitulo aſſignatis, facientes eum poſſeſſione Canonicatus & præbendæ gaudere pacifica, ſibi de fructibus, redditibus & proventibus eorum plenarie reſpondentes. In cujus rei &c. Datum in Montibus Hannoniæ ipſo die Inventionis ſanctæ Crucis Ann. CIↃ. CCC. LVII. *Juſſu Dn. Comitis.*

Quod porro ad Annales, quos in lucem jam mitto; diu hi latuerunt, & neſcio an non forſan latuiſſent æternum, ſi manum operi non admoviſſem, & typographi hujus ſumptu protruſiſſem in publicum. Habui exemplaria quibus uſus ſum duo: Alterum olim Bockenbergii, patriæ antiquitatis amantiſſimi olim viri, Patricii Goudani, & cui quæſtio cum Douſa & inimicitia tam ingens, ut irritatus cavillis pro conſervandis Annalibus & priſcis patriæ ſuæ Chronicis habita oratione Delphis typis deſcripta Ann. 1603. in Douſam invectus ſit. Meo ære id comparatum forſan alias aut confecrandum tardipedi Deo aut mittendum in vicum ubi proſtat

Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.

Alterum ſuppeditavit ex Archivis Ordinum Friſiæ eorundem Hiſtoriographus, quo nomine plurimum ipſi debeo, Rever. & Clariſſimus Jo. van der Wayen, Theologiæ in Academia Franequerana Profeſſor. Qui etſi rerum Provincialium diligentiſſimus eſt cuſtos, cuſtodia tamen tam arcta aut illiberali non habet, quin educat interdum, & petenti gratificetur. Utrumque inter ſe contuli. Ex altero alterum emendavi. Quæ dubia & controverſa rejeci ad marginem. Breviculos ſeu libellos (nam *brevis* idem quod libellus, unde & noſtrum *een brief*, & a *brevis breviculus*) tam minores, qui dicuntur Theodorici a Leydis, quam majores, qui Leonis olim monachi Egmundenſis, habebat meus tantum Codex. In Friſico deerant. De Theodorico

quod

quod addam in promtu occurrit nihil. De Leone etiam nihil. Theodoricus haud dubie ex Auctoris agnatis, sed qui citra controversiam eo multo vetustior. Argumentum non leve est, quod computruerant jam breviculi ab eo facti, ut ait Leo, confractis vitris quibus tecti, cum majores fecit Leo, & fecit ut ait jussu Johannis de Hillegom, qui Hugoni de Assendelft defuncto Ann. CIↃ. CCC. LXVI. Rector gregis successit. Vid. *infr. cap.* 60. *& seq.* Obiter & id addam, quod ubicunque erat scriptum *Hæcmundensis* in meo habebat Frisicus *Egmundensis*. Alieno admodum etiam loco Caroli V. hoc epitaphium meo reperi insertum inter caput scilicet LXXXV. & LXXXVI. & quidem statim post verba hæc; *Succumbens fato molliter, oro, cubes.* In continenti tum ita: *Epitaphium potentissimi Monarchæ & invictissimi Cæsaris Caroli Quinti Romanorum Imperatoris authore Domino Anthonio Hovæo Hæcmundano*:

Hospes & Civitas Bruxellana colloquuntur.

Cur Bruxella novo mœres pulcherrima luctu, Hospes
Ac tingis roseas imbre cadente genas?
Rumpere cur cerno tristi suspiria corde,
O urbs, & lacrimis te maduisse tuis?
Lucida quid facies quondam conspersa rubore?
Quid pallent miris ora serena modis?
Scilicet aut defles proprios tua viscera cives,
Quos variis morbis mersit acerba dies,
Ventosos aut forte times urbs inclyta Gallos
In tua mœnia qui pessima quæque vomunt.
Non cives deploro meos, nec mœnia cordi, Civitas
Tuta mihi quæ sunt vindice Rege meo.
Verum obiit animi longe pars maxima nostri,
Hispano fatis Cæsar in orbe cubat.
Olim terrarum quem ditia regna tenebant,
Lugeo jam patriæ nocte dieque Patrem.

Ille

Ille Afros, Gallos, ſibi Germanoſque rebelles
Magna cœleſti cæde ſubegit ope.
Hoſpes *Carolus Auſtriacus periit ter optimus ille*
Æmulus antiquis Principibusque viris?
Civitas *Semideum periiſſe Heroa haud dixeris Hoſpes*
Aulam hominum liquit Cœlicolumque colit.
Reſpice victrici quot dextra fuderit hoſtes,
Reſpice Cæſarea rapta trophæa manu.
Omni illum dignum jam tumque fatebere laude
Munere qui Divum victor ubique fuit.
At precor o noſtri qui calcas limina templi
Nomen tam ſacrum ſemper ad aſtra vehas.
VIta eXCeLLentI ſUperUm bone Cæſar ab arCe
Sorte tUa feLIX perfruere atqUe VaLe.

Quæ in obſervationibus diplomata paſſim extant, collegi partim aliunde, partim deſcripſi Hagæ ex Chartulario feudali, Viri illuſtris beneficio, & in tantum laudandi, in quantum amor bonarum artium, & amoris etiam quidam ardor, in quantum virtus & eruditio, quæ præclara in eo & inſignis, laudando extolli poſſunt, ANTONII HEYNSII, digniſſimi Ordinum Hollandiæ Conſiliarii Penſionarii, Cuſtodis magni Sigilli, & Feudorum Præfecti. Me autem, ſi & hoc quicquam ad rem facit, ut totos dies ſcribendo laborem in me ſuſciperem, aliud nihil impulit quam ſtudium vetuſtatis, ſtudium iis ferendi opem, qui in gratiam poſterorum cum impalluerint olim chartis, & ad rerum geſtarum conſervandam memoriam nec induſtriæ nec operæ olim quicquam pepercerunt indignum jam in modum luctantur cum blattis. De edendo cogitaverat jam is qui Friſicos annales edidit Bernardus Furmerius. Dederat hos utendos Curiæ Provincialis Trajectenſis Senator. Acceptos poſtquam legiſſet, ſtatim ita placuerunt, ut publico non ulterius invidendos exiſtimaret, ut patet ex literis, quibus conſulit commodantem, an ægre id laturus, ſi in lucem emittat. Hu-

PRÆFATIO.

Hugoni Ruiſſio Curiæ Provincialis apud Ultrajectinos Aſſeſſori S. P.

Ante biennium, ni fallor, vir Nobiliſſime, accepi a te commodato Annales Regales cœnobii Egmundani. Illi a me lecti ita placuerunt, ut eos una cum Beka & Heda in lucem emittere cogitem, ſi tua voluntas acceſſerit. Itaque cum nunc mihi ad te ſcribendi per certum hominem daretur occaſio, volui experiri animum tuum, nequid te invito facerem. Stilus quidem iſtius libri parum fortaſſe huic noſtro naſuto ſeculo ſapiet: at res ipſa digna eſt ut cognoſcatur, quod alibi ea non ita proſtet. Auctor idem qui Chronici Hollandici Johannes Gerbrandi Carmelita apud Harlemenſes ut ipſe prodit, edendus vel hoc ſaltem nomine, quod veram epocham Comitatus Hollandici clare indicat, quam tamen nec ipſe Auctor intellexit, nec Janus Douſa Nortwici Dominus hiſtoricus Hollandiæ quamvis diligens per omnia aſſecutus eſt, nec quilibet aſſequetur, niſi admoneatur & introducatur. Facies igitur recte, ſi per hunc cognatum meum ſententiam de libro tuo tuam ad me perſcribas. Quod ut facere digneris te obnixe rogo. Gratias repromitto. Ut autem aliquod animi grati apud te extet ſignum, en mitto tibi hiſtoriæ noſtratis primitias, reliquias miſſurus, ubi expreſſæ fuerint. Quod brevi futurum ſpero. Interim bene vale vir Nobiliſſime & me in tuorum clientium numero eſſe permittas. Leovardiæ 14. Kal. Septembr. Ann. 1609.

Quid interceſſerit quo minus quod deſtinarat perficeret juxta ſcio cum ignariſſimis. Habes tandem jam Lector, & comptiores etiam habes, notis auctos & illuſtratos. Utere iis prout placet. Memento autem ut dum legis infra p. 11. pro *Reymer* legas *Reyneri*. Errata alioquin non erunt tanti. Vive & vale diu. Lugduni in Batavis propridie Kal. Ianuar. Anno CIↃ. DC. XCII.

Voſſius de Hiſtoric. Latin. lib. 3. cap. 10.

Etiam ſub Maximiliano Imper. claruit JOANNES GERBRANDI de LEIDIS Carmelitani conventus in Harlemenſi cœnobio Prior. Is vivet Chronicorum de Comitibus Hollandiæ & Zelandiæ libris xxx. Qui viri clariſſimi Franciſci Sueertii Antverpienſis beneficio ante quadriennium in lucem prodiere. Etiam condidit hiſtoriam Abbatum Egmondanorum, item Carmelitani ordinis Hiſtoriam eccleſiaſticam lib. x. In Chronico paſſim ſequitur Ioannem de Beka, ſæpe etiam ad verbum exſcribit.

Marcus Zuerius Boxhornius theatr. Urb. Holl. pag. 211.

Jo. GERB. de LEIDIS floruit ſub Maximiliano Imperatore, Subprior, & poſtea etiam, ut quibuſdam placet Prior cœnobii Carmelitarum Harlemenſis. Famam potiſſimum conſecutus eſt editis Epiſcoporum Trajectenſium & Hollandiæ Comitum Annalibus, quos ante annos aliquot e Bibliotheca Andreæ Schotti Antverpienſis publici juris fecit Franciſcus Sueertius. Secutum ſe præcipue fatetur Vincentium Belvacenſem, Bartholomeum, qui de inventionibus Rerum libros aliquot conſcripſit, & Joannem Bekam, cui Rerum Trajectenſium veram & ſuccinctam hiſtoriam debemus. Ediderat primo omnium Chronicon, quod Hiſtoriæ Hollandenſium titulo præſcripſerat, quod ipſe in præfatione ſua candide iſtis verbis retractat: *Sicque præſens opus revocat de facto & deſtruit Hollandenſium hiſtorias nomine meo alias intitulatas, quarum primi libri initium habet*: In principio ſive exordio hujus primi libri duo poſſunt quæri &c. *Non enim nego illas hiſtorias per me eſſe compoſitas, ſed quia poſtea melius veritatem in dubiis reperi, & meliorem modum excogitavi, multoque plures hiſtorias inveni, idcirco præſens novum opus inchoavi.* Huic operi ſuo decennium totum impendit. Ordinis quoque ſui hiſtoriam libris decem complexus eſt. Scripta nonnulla ſacra etiam conſignavit. Extremum opus, quod condidit, ſunt annales Abbatum Egmondanorum. Vivere & ſcribere deſiit Harlemi anno datæ ſalutis M. D. IV.

Vid. & Biblioth. Belgic. Valerii Andreæ.

CA-

CAPITUM SYLLABUS.

Cap. I. *De S. Adalberto ejusque prædicatione.*

II. *De obitu ejusdem Sancti & constructione ecclesiæ in ejus honorem.*

III. *Quod S. Adalbertus viduæ Esvar necessaria vitæ ministravit.*

IV. *De reædificatione ejusdem ecclesiæ & quare vocetur Egmunda.*

V. *De vastatione totius Hollandiæ per Danos.*

VI. *De Theodorico primo Comite Hollandiæ.*

VII. *De fundatione lignei monasterii Sanctimonialium in Hæcmunda.*

VIII. *De elevatione corporis S. Adalberti.*

IX. *De quodam miraculo ejusdem Sancti in Comite Hollandiæ.*

X. *De Theodorico secundo Comite Hollandiæ.*

XI. *De instauratione monasterii ex lapidibus in Hæcmunda & amotione Sanctimonialium.*

XII. *De Wonoboldo primo Abbate monasterii & de donatione Comitis & Comitissæ.*

XIII. *De Andrea Abbate secundo ejusdem monasterii.*

XIV. *De Brunone Abbate tertio & bonis ejusdem tempore monasterio donatis.*

XV. *De Regnero* IV. *Abbate & bonis sub eo donatis.*

XVI. *De Stephano Abbate & quibusdam eventibus illius temporis.*

XVII. *De renovatione & confirmatione donationum monasterii Hæcmundensis.*

XVIII. *De Athalardo Abbate sexto & donatione Florentii Crassi Comitis Hollandiæ octavi.*

XIX. *De Anselino Abbate & ejus malo regimine.*

XX. *De Waltero Abbate octavo & reformatione monasterii Hæcmundensis.*

XXI. *De reformatione monasterii Reynsburgensis & Theodorico Comite Hollandiæ nono.*

XXII. *De quibusdam gestis monasterii Hæcmundensis.*

XXIII. *De Berwoldo primo & firmo Advocato monasterii Hæcmundensis.*

XXIV. *De privilegio exemptionis monasteriorum Hæcmundensium & Rynsburgensium.*

XXV. *De quibusdam gestis ejusdem monasterii & obitu Domini Walteri Abbatis.*

CAPITUM

XXVI. *De Wiboldo Abbate nono & discordia inter eum & Dodonem Berwoldi Advocatum Egmundensem.*
XXVII. *De Lamberto Abbate decimo.*
XXVIII. *De Francone Abbate undecimo.*
XXIX. *De Lubberto Abbate duodecimo & infeudatione Wilhelmi de Hæcmunda militis.*
XXX. *De controversia inter dictum Lubbertum Abbatem & Wilhelmum de Egmunda.*
XXXI. *De forma compositionis inter eosdem.*
XXXII. *De obitu Wilhelmi Comitis & Lubberti Abbatis ac de progenie Gerardi militis fratris Wilhelmi de Egmunda militis.*
XXXIII. *De Henrico Abbate decimo tertio & nova infeodatione Wilhelmi de Egmunda militis tempore ejusdem Abbatis.*
XXXIV. *De Aeltrudenlant & obitu Henrici Abbatis.*
XXXV. *De Arnoldo Abbate quarto decimo.*
XXXVI. *De Theodorico Abbate quinto decimo.*
XXXVII. *De Lubberto Abbate hujus nominis secundo & indulgentiis in die S. Adalberti.*
XXXVIII. *De privilegiis Innocentii quarti super decimis novalium, nec non & aliis bonis retinendis, cum confirmatione omnium privilegiorum antecessorum suorum.*
XXXIX. *De electione Regis Wilhelmi & de decimis in Winnem a Lubberto Abbate & Wilhelmo de Egmunda in feudum concessis.*
XL. *Sequitur privilegium Innocentii quarti exprimens Abbatem & Conventum Egmundensem ad provisionem alicujus in pensionibus aut in ecclesiasticis beneficiis cogi non posse.*
XLI. *De quibusdam gestis in Hæcmunda.*
XLII. *De privilegio super concessione ornamentorum Pontificalium.*
XLIII. *De epistola quam Wilhelmus Rex misit Abbati Hæcmundensi & de occisione ejusdem Regis.*
XLIV. *De quibusdam actibus Lubberti Abbatis & de obitu ejusdem.*
XLV. *De Nicolao Abbate decimo septimo & quibusdam ejus gestis.*
XLVI. *De Henrico Abbate octavo decimo.*
XLVII. *De Florentio Abbate nono decimo & de speciali gratia facta Wilhelmo de Egmunda super successione pro filiis Gerardi filii sui.*
XLVIII. *De occisione Florentii Comitis quinti decimi & litera, quæ dicitur* Vidimus, *ejusdem Comitis pro Wilhelmo milite de Egmunda, & de eventibus ejusdem temporis.*
XLIX. *De*

XLIX. *De parlamento inter Florentium Abbatem Egmundensem & Ghye filium Johannis ac de obitu ejusdem Abbatis.*

L. *De Wernero Abbate vigesimo & quibusdam eventibus illius temporis.*

LI. *De confirmatione Clementis Papa quinti super infeodatione Dominorum de Egmunda.*

LII. *De potestate obtenta a Sede Apostolica ad benedicendum plura, & confirmatione multorum privilegiorum & de obitu Werneri Abbatis vicesimi.*

LIII. *De Bartholdo Abbate vigesimo primo & de infeodatione Walteri de Hacmunda ad vitam suam tantum.*

LIV. *De Theodorico Screvelt Abbate vigesimo secundo & venditione cujusdam domus sub pactione dicta Landtwinninghe.*

LV. *De Hugone Abbate vigesimo tertio.*

LVI. *De Wilhelmo de Rollant Abbate vigesimo quarto.*

LVII. *De Johanne Olout Abbate vigesimo quinto.*

LVIII. *De Hugone Abbate vigesimo sexto & de bello inter eum orto & Johannem de Egmunda militem.*

LIX. *De eodem discrimine adhuc.*

LX. *De Hugonis Abbatis obitu.*

LXI. *De Johanne de Hillegom Abbate vigesimo septimo.*

LXII. *De Iohanne Weent Abbate vicesimo octavo.*

LXIII. *De querelis Dn. Abbatis adversus Arnoldum de Egmunda.*

LXIV. *Qualiter Abbas Hacmundensis cum suo Conventu reddiderunt altam jurisdictionem Duci Alberto & Arnoldus de Egmunda obtinuit ab eodem Duce.*

LXV. *De actione thelonaria & obitu Iohannis Weent Abbatis vicesimi octavi.*

LXVI. *De Gerardo de Ockenberch Abbate vigesimo nono & de redemptione Dominii Egmundensis, atque confirmatione omnium privilegiorum antiquorum.*

LXVII. *De arbitrio ordinato inter Wilhelmum Ducem & Arnoldum de Egmunda & discordia eorum.*

LXVIII. *De arbitrio Wilhelmi Ducis inter monasterium Egmundense & Iohannem Dominum Egmundensem.*

LXIX. *De querelis quas Dux Wilhelmus concepit & allegavit adversus Iohannem Dominum de Egmunda.*

LXX. *De violentia inflicta Hacmundensi monasterio.*

LXXI. *De reformatione monasterii Hacmundensis attemptata & obitu Gerardi de Ockenberch Abbatis vigesimi noni.*

LXXII. *De Wilhelmo Simonis de Mathenes Abbate.*
LXXIII. *De modo compositionis adinvento inter Abbatem Hæcmundensem & Dominum de Egmunda.*
LXXIV. *De confirmatione arbitriorum per auctoritatem Summi Pontificis.*
LXXV. *De bonis quæ pertinuerunt monasterio Hæcmundensi & nunc pertinent Domino de Egmunda.*
LXXVI. *Memoria Wilhelmi de Mathenes Abbatis Hæcmundensis de & super una missa perpetuis & futuris temporibus decantanda super altare Beatæ Mariæ virginis singulis feriis quartis.*
LXXVII. *Concorporatio ecclesiæ parochialis Egmundensis monasterio Hæcmundensi sitæ infra septa ejusdem.*
LXXVIII. *De violentia Alberti de Raephorst.*
LXXIX. *De violentia Gysberti de Heull.*
LXXX. *De quibusdam gestis Egmundensium, & obitu Iohannis de Egmunda, ac Wilhelmi de Mathenes Abbatis trigesimi.*
LXXXI. *De Iacobo de Poelgeest Abbate trigesimo primo.*
LXXXII. *De Gerardo de Poelgeest Abbate tricesimo secundo.*
LXXXIII. *De Domino Nicolao de Adrichem Abbate tricesimo tertio & Iohanne Bastardo Burgundiæ volente obtinere Abbatiam Hæcmundensem.*
LXXXIV. *De obsidione monasterii Hæcmundensis per Iohannem Dominum de Egmunda.*
LXXXV. *De reditu ejusdem Domini electi ad monasterium suum Hæcmundense.*
LXXXVI. *De adventu Maximiliani Ducis Austriæ ad Hollandiam.*
LXXXVII. *De authoritate Abbati Hæcmundensi per Sedem Apostolicam commissa super episcopum Trajectensem & civitatem Trajectensem.*
LXXXVIII. *De subsidio quod idem Abbas Vicecomiti contulit pro suppressione partialitatum in Hoern.*
LXXXIX. *De morte Nicolai de Adrichem Abbatis tricesimi tertii & electione Domini Iordani de Driel*
XC. *De reformatione monasterii Egmundensis.*
XCI. *De quibusdam incidentibus.*
XCII. *De morte Domini Iordani de Driel Abbatis tricesimi quarti, ac electione Domini Henrici de Wittenhorst Abbatis tricesimi quinti, & primi reformati.*
XCIII. *De quibusdam incidentibus.*
XCIV. *De morte Abbatis Henrici de Wittenhorst Abbatis tricesimi quinti ac electione Meynardi Man Abbatis tricesimi sexti.*
XCV. *De quibusdam incidentibus.*

ANNALES
REGALIUM ABBATUM EGMUNDENSIUM

AUCTORE

FR. JOHANNE DE LEYDIS

Ordinis Carmelitarum Harlemi.

PROLOGUS

In Annales.

Quoniam gesta præteritorum Patrum consueverunt describi, ut certa essent indicia præsentium [a] vel futurorum, hinc est quod ex injuncta Reverendi in Christo egregii Patris & Domini mei Dn. Nicolai de Adrichem hujus nominis secundi Regalis Abbatis monasterii S. Adalberti in [b] Hæcmunda, ordinis eximii Patris S. Benedicti, præsentes Annales excerpere studui, [c] prout diversis gestis, epistolis, epitaphiis, registris, privilegiis præteritorum [d] elicere, ut vetustatem ecclesiæ Hæcmundensis notabiliter tangendo fideliter conscribam, quo videlicet tempore & a quibus personis dicta ecclesia exordium accepit, sub quibusve defensoribus seu rectoribus incrementum vel detrimentum in spiritualibus & temporalibus habuerit, & quia præfata Egmundensis ecclesia per prædicationem S. Adalberti Confessoris, primi Archidiaconi ecclesiæ Trajectensis de gentilitate ad fidem Christi est conversa, cujus etiam sepultura extitit ibidem miraculis coruscantibus honorata, ideo ab ipso S. Archidiacono Adalberto tanquam a primo fundatore & Rectore præsentes Annales in Capitulis diversis in Dei nomine debemus jure inchoare.

[a] Fris. &

[b] Fris. Egmunda.

[c] Fris. quantum ex.

[d] Fris. elicere potui.

CAPUT I.

De S. Adalberto ejusque prædicatione.

Anno Domini sexcentesimo nonagesimo regnante Alfrido Anglorum Rege, anno tertio Regni ejus, Egbertus Northumbrorum Episcopus audiens Germaniam verbum Dei ignorare S. Wighertum presbyterum illuc ad prædicandum Dei verbum direxit, qui ibidem diabolo impediente nihil proficiens reversus est. Sed venerabilis vir Dei Egbertus episcopus ab incepto non desistens opere adhuc alios ad hoc ministerium viros idoneos illuc destinandos elegerat, ac destinavit, S. videlicet Willebrordum tunc presbyterum, postea divina gratia a Romano Pontifice Sergio Trajectensis ecclesiæ inferioris primum Archiepiscopum cum aliis undecim, inter quos S. Wigbertus, postea etiam Episcopus, & duo Ewaldi presbyteri, post martyrisati nunc Coloniæ in monasterio S. Cuniberti honorabiliter sepulti jacent, atque cum eximiæ sanctitatis viro Adalberto, qui propter Christum regale patrimonium sc. Regnum Eboracense, e *id est Jurck*, reliquerat, venerunt cum plerisque aliis discipulis, qui pariter maris pericula transfretantes ad Pippinum de Harstel tertium Brabantiæ Ducem & Francorum sub Rege rectorem pervenerunt, a quo venerabiliter suscepti in Frisiam ad prædicandum verbum Dei directi sunt. Nam eandem Provinciam memoratus Dux anno Domini DCXCIII. Rathbodo ejus Rege devicto Francorum subjugaverat dominio, ubi cum largiente Domino prædicando plurimis proficerent, jubente Pipino Duce prædictus S. Willebrordus Romam adiit, & a S. Sergio hujus nominis Papa primo Archiepiscopus Trajectensis primus ordinatus reversus est, quemadmodum ego Frater Ioannes Leydensis Ordinis Carmelitarum ex Harlem dixi declaravique in Chronicis Hollandiæ per me compositis in secunda divisione per totum. Interea S. Adalbertus in Frisia propter verbum Dei remanserat, ibique ad fidei salutem plurimorum corda convertit. Reverso autem S. Willebrordo S. Adalbertus ejus primus Archidiaconus fere in omnibus operibus exequendis ejus extitit cooperator & servus fidelissimus, qui a S. Willebrordo specialiter ad Kennemariam delegatus ibidem in fide Catholica novellæ conversionis roboravit ecclesiam in loco, qui nunc Egmunda vocatur, tunc temporis Hallem dictus, quo & in loco & in terminis ejus adhuc fere in adventum ejus tota gens idolis serviebat, unde S. Adalbertus Levita omni die non cessabat illis evangelisare regnum Dei, idola confringere, & ecclesias Deo reædificare. Erat enim tunc

e Abest a Frisc.

tunc temporis vir quidam nomine Eggo, cujus filium S. Adalbertus de sacro fonte suscepit, cum quo sanctæ familiaritatis gratia sæpius hospitabatur. Factum est autem, cum idem vir Dei [f] suos visitandi gratia vellet reverti, sedentibus [g] illis ad cœnam, prædictus vir nomine Eggo de ejus reditu interrogavit, qui pomorum grana quæ manducaverat in ignis æstum projiciens se rediturum spopondit, cum ex ipsis arbores & fructus progrederentur, accidit mirifice promissioni nutu Dei veritatem subsequi, nam eadem domus non diu post ejus abscessum igne consumpta area vacua remansit, in qua tempore convenienti arborum germina quatuor processerunt, & cum fructus delectatio veniret, quatenus promisit vir [h] Dei hominibus exoptatus ad Regionem præfatam rediit. Crevit quidem hujus S. Adalberti fama virtutum insigniis declarata multisque dum vixit prædicando profuit.

[f] Frisi *ad Anglorum gentem suos visitando.*

[g] Deest *illis* in Fris.

[h] *Deo & hominibus exoptandus* Fris.

CAPUT II.

De obitu ejusdem Sancti & constructione ecclesiæ in ejus honorem.

Igitur de virtute in virtutem proficiens quod feliciter recepit felicius consummavit, & immarcescibilem agonis sui coronam, tenebrosam præsentis seculi convallem lachrymarum mutavit paradiso delitiarum. Christo igitur, cui fideliter inhæsit, decimo septimo Calendas [i] Julii sanctissimam animam reddidit, in cujus præsentia lætus decantat: *Sicut audivimus ita & vidimus* [k] *in domo Dei nostri in monte sancto ejus &c.* Christiani & boni fideles sepeliverunt corpus S. Adalberti honore congruo in Egmunda, ubi nunc cunctis indigentibus per misericordiam Domini majora beneficii dona præstantur. Iste honorabilis Confessor Domini S. Adalbertus traxerat ex Anglia originem de veterum Saxonum nobili prosapia & primus Archidiaconus Trajectensis fuisse creditur. Fideles autem qui tunc temporis ibi habitabant Ecclesiam sive Capellam in honorem omnipotentis Dei & S. Adalberti ibidem construxerunt, quam a Nortwegiis sæpius constat esse destructam; divina tamen providente clementia semper aliquis inibi remansit, qui beati viri corpus honeste conservavit.

[i] Fris. *Junii.*

[k] Absunt verba hæc a Fris.

CAPUT III.

Quod S. Adalbertus viduæ Esvar necessaria vitæ ministravit.

Deinde post annum Domini septingentesimum sexagesimum Barbaris totam illam terram vastantibus, possessionibusque deprædatis, & possessoribus in captivitatem redactis, vidua quædam Esvar nomine, quæ sese devoverat servitio S. Adalberti sola apud Egmundam relicta, quid ageret, quo se verteret, ignorabat omni modo, nam nec unde ad momentum reficeretur habebat, nec unde, nec ubi acquirere posset, ulla copia suppetebat, postremo nihil restabat consilii, nisi in consueta bonitate S. Adalberti, quam etiam de se præsumemtem non despexit, sed ei in opportunitatibus pius adjutor extitit, quotidianum ei victum quippe ministravit [l] ad Oceani littora, monstrans quam verum sit, nihil deesse timentibus Deum, nec potuit sentire commune dispendium, quæ specialius S. Adalberti quæsivit patrocinium.

l Fris. *in Oceani littoribus.*

CAPUT IV.

De reædificatione ecclesiæ ejusdem Sancti, & quare vocetur Egmunda.

Procedente vero tempore quidam presbyter Amalech nomine, cum aliis tribus sanctæ religionis laicis, viso cœlesti lumine, [m] evangelico didicit oraculo eandem ecclesiam reædificare, quod strenua devotione, plurimis miraculis in structura contingentibus, adimplevit. Dicitur autem Hallem nunc Egmunda, quia per præclara merita & prædicationem S. Confessoris Adalberti ab omni spurcitie idololatriæ extitit emundata. Sic ergo Egmunda tantum sonat sicut *emundata* terra, vel secundum aliquos ab Eggone amico S. Adalberti est vocata, & sic debet scribi per K scilicet *Ekmonda*, aut potius debet scribi *Hæcmunda*, quasi hæc loca mundata a Barbaris: nam multotiens pyratæ Barbari ecclesiæ prædictæ maris littori [n] contiguæ appropinquantes & pene applicantes, interventu nubis cœlitus objectæ, prospectum perdentes super [o] pervisitatis conatibus sunt elusi. Venerabatur itaque idem locus non solum a Christianis, sed etiam ab ipsis paganis oblationes ibidem deferentibus, & cum quidam rusticus caseum ibidem oblatum furto auferret, & spicarum densitatem ingressus manducare conaretur, impotens suæ voluntatis manuum suarum digitos dero-

m Fris. *angelica.*

n contiguo Fris.

o pervesitatis Fris.

derodebat, quod cum dominus suus comperit ad sacratissimas reliquias eum sine mora deduci jussit, ubi pristinæ sanitati redditus Domini sui legali traditione factus est ipsius Ecclesiæ proprius. Alio quoque tempore dum Roricus Nortwegiorum Rex littoribus dictæ ecclesiæ applicuisset, & sibi obsequentibus indixisset, ut montem arenosum juxta positum ab ipsa ecclesia diverterent, cuncti mane sequenti convenientes, edictum Regis adimplere cupientes invenerunt, quantum jactus est lapidis, montem ab eo loco, quo pridem jacuerat, distare.

CAPUT V.

De vastatione totius Hollandiæ per Danos.

Anno Domini octingentesimo quinquagesimo sexto [p] Gillandus cum Danis & Rollandus cum Nortwegianis Frisiam devastantes tandem [q] Doreſtadium civitatem, quæ nunc Wyck dicitur, in qua erant quinquaginta duæ ecclesiæ Dei, oppugnaverunt & obtinuerunt, qua annihilata Trajectum etiam funditus destruxerunt, atque universum populum ac clerum occiderunt. Itaque solus S. Hungerus undecimus Trajectensis episcopus cum paucis Canonicis anxie diffugit ad monasterium Prumense, quod fundatum erat infra Aquensem & Treverensem civitates in antiqua Ardenna modo [r] Ensilia dicta. Deinde prædicti carnifices totam Hollandiam devastantes ecclesiam S. Adalberti in Hæcmunda etiam destruxerunt, & apud Noordwyk S. Hieronem sive [s] Yerom presbyterum populum Christianum regentem captivarunt & decollarunt: Castrum etiam Regis quondam Arundulii apud Voerburg destruentes duos nobiles milites Hollandorum scilicet [t] Dilbaldum & Gelacum pro fide Christi pugnantes interfecerunt [v] acceptis infinitis spoliis, omnibus quasi interfectis ad depræ-dationem aliarum terrarum ulterius perrexerunt.

p *Gilbrandus.* Fris.
q *Doreſtadum* Fris.
r Fris. *Giscia.*
s *Yeronem* Fris.
t Fris. *Dibbaldum & Gerlacum.*
v Fris. *acceptisque.*

CAPUT VI.

De Theodorico primo Comite Hollandiæ.

Anno Domini octingentesimo sexagesimo tertio Carolus dictus Calvus Francorum Rex & postea Romanorum Imperator, villa Pladella residens, ac Hollandiam omnino denuo depopulatam percipiens, ad instantiam Comitis Haganonis, tradidit nobili viro Theodorico fratri [x] Walengeri ecclesiam Hæcmundensem & totam Hollandiam cum magna parte Frisiæ cum diversis literis inde confectis. Hic itaque Theodori-

x *Valengeri* Fris.

y *Valengeri* Friſ. doricus primus Comes Hollandiæ, frater y Walengeri Ducis Aquitaniæ, vir erat valde glorioſus, & ideo per omnia charus. Hic Præfecturam dignitatis ſuæ ſuſcepit a Carolo Francorum Rege Calvo. Porro idem glorioſus Francorum Rex de eccleſia Hæcmundenſi & tota Kynnemaria donavit prædicto Comiti Hollandiæ Theodorico Bullam annulo ſuo aureo ſigillatam, in qua imaginem ſuam impreſſerat; antiquitus enim Reges annulo ſigillabant. Sequitur tenor hujus donationis. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.* Carolus *divina propitiante clementia Rex Francorum.*

z *neceſſitudinis* Friſ. *Regalis* z *Celſitudinis eſt noſtros & fideles ſuos donis multiplicibus honorare: idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus ſanctæ eccleſiæ Dei præſentibus ſcilicet & futuris,*

a *quomodo* Friſ. a *quoniam adiens præſentiam noſtram Hagano venerabilis Comes expetiit a manſuetudine noſtra dari cuidam fideli noſtro nomine Theodorico quaſdam res, eccleſiam videlicet Hæcmunde cum omnibus ad eam jure pertinentibus, a loco qui dicitur Zuterdeshaga uſque Fortrapa & Kynhem, cujus petitionem benigne, ut decebat, ſuſcipientes concedimus præfato fideli noſtro hæc omnia ex integro, cum mancipiis quæſitis & inquirendis, pratis, ſilvis, paſcuis, aquis, ſive aquarum decurſibus, præcipientesque jubemus, ut ſicut reliquis poſſeſſionibus, quibus jure hereditario videtur uti, ita & his noſtri muneris largitate rebus impenſis valeat ſecure omni tempore vitæ ſuæ frui ipſe & omnis poſteritas ejus. Unde & hoc præceptum noſtræ clementiæ ei ſuper hoc conſcribi juſſimus, per quod præcipimus atque mandamus, ut libere hæc omnia teneat atque poſſideat, habeatque poteſtatem de his juxta libitum ſuum ordinandi ſeu faciendi, Deo in omnibus propitiante & nemine inquietante. Et ut hoc noſtræ largitionis munus per ſuccedentia tempora firmius habeatur & attentius obſervetur manu propria ſubter firmavimus, & annuli noſtri impreſſione juſſimus ſigillari. Signum Caroli glorioſiſſimi Regis. Hagano Notarius ad vicem Rotgeri Archiepiſcopi ſummique Cancellarii recognovit. Datum anno octingenteſimo ſexageſimo tertio decimo ſeptimo Cal. Julii indictione undecima, anno viceſimo regnante Domino* Carolo *Rege redintegrante viceſimo*

b *redempta* Friſ. *quinto, largiore vero hereditate* b *indepta. Actum Pladella villa Feliciter.* Itaque *Zuterdeshaga* dicitur modo *Hillegommerbeeck*, & *Kynhem* eſt quidam fluvius infra Alcmariam & Middelburgh caſtrum, a quo nominatur *Kynnemaria*, & quandoque ponitur pro Comitatu Kynnemariæ. Accepit ergo Theodoricus primus Comes Hollandiæ a Carolo Calvo eccleſiam Egmundenſem cum omnibus aliis terris contiguis feudali jure. Porro ex tenore præfatæ donationis clariſſime apparet, quod circa exordium Comitatus Hollandiæ non fuit aliquis dominus terrenus in Hæcmunda, neque in ſuis pertinentiis, niſi Theodoricus primus Comes Hollandiæ, ut

patet

patet donationem ipsam debite inspicienti Erubescant ergo qui dicunt alium dominum fuisse in Hæcmunda præter Comitem Hollandiæ. Summationem vero hujus egregii Comitis lucidius declaravi in Chronicis Hollandiæ.

CAPUT VII.

De fundatione lignei monasterii Sanctimonialium in Hæcmunda.

Cum autem præclarissimus Comes Hollandiæ Theodoricus jam provecta ætate multis virtutibus fulgeret, ex magno devotionis affectu ligneum construxit in Hæcmunda monasterium, in quo quidem monasterio idem Comes Sanctimoniales ordinis S. Benedicti instituit, quibus de suis facultatibus vitæ necessaria copiose tradidit, offerens Deo dona ad eundem locum in Vrolen seu Fraula mansus novem, in Almere mansus undecim (mansus viro Theutonico dicitur een Hoeff) in villa Kallinge, quæ modo dicitur Oga, medietatem totius possessionis, persolventem singulis annis quatnordecim libras; & alia quam plura obtulit pro comparanda perpetuæ hereditatis portione.

CAPUT VIII.

De elevatione corporis S. Adalberti.

Ex eodem igitur collegio Sanctimonialium [c] *Wulfit* nomine apparuit amabilis confessor Christi Adalbertus in somnis denuntians ut pretiosissima sui corporis ossa, quæ more cæterorum profundius sub humo recondita renebantur, eminentius elevata cunctis in conspectu locarentur, scilicet in devotionem fidelium efficacius incitandam, & meritorum ejus interventionem præsentialius obtinendam, & ne fidem [d] quivis forsan ambiguitatis offendisset scrupulus, trinis fœminam præfatam Deo sacratam dignatus est certificare visionibus. Quæ ne stringeretur inobedientiæ reatu præclarissimo Principi Theodorico Comiti Hollandiæ (qui locum eundem, ut patet in prædictis capitulis, proprietatis jure possidebat) suggerere properabat. Ille vero, sicut semper in illis quæ religionis sunt promptus & officiosus extitit operator, ita in exequendis his quæ sanctimonialis retulerat velox fuit executor. Paratis igitur quæcumque fuerant tali operi congrua sancta levari fecit pignora. Cumque Sacerdos S. Adalberti sepulchrum aperuisset, mox subter sarcophagum repertus est fons mira-

[c] *Wilfit* Auctor vitæ S. Adalbert. c. 13.

[d] *ejus aliquis* Fris.

mira limpiditate perſpicuus, qui uſque in præſentem diem ad recuperandam ſanitatem incluſa ſpe multis exſtat idoneus. Aperto quoque loculo pallium, quo ſacrum corpus velabatur, ut requieſcentis vivacitas apprehenderetur, ab omni corruptionis putredine immune conſpiciebatur, ſimulque crux aurea ſuper pectus ejuſdem Confeſſoris certo teſtimonio perhibetur ibidem inventa fuiſſe medelam & ſanitatem præſtans contra variam corporis & animæ infirmitatem, conſtitutaque die qua fidelium unanimis devotio convenire potuiſſet illuc [e] ſic ad monaſterium præfatum ſanctum deducit theſaurum. In quo [f] venerabilis deportationis officio quos ſanitatis impotentes [g] reportarentur non parvo poteſt colligi numero. Præcipue cœcis decus [h] luminis redditum alludebat, & quoſcunque greſſus debilitas enervabat redigeſta membrorum compages erigebat.

e ſcilicet Friſ.

f Vita S. Adalberti *cap.* 15. *venerabili.*

g reformarent. Friſ. Vitæ ejuſdem Auctor, unde deſcripta hæc; apud Mabillon. *d. cap. impotes reformarentur.*

h lucis Friſ.

CAPUT. IX.

De quodam miraculo ejuſdem Sancti in Comite Hollandiæ.

Accidit autem quodam brumali tempore, dum cuncta eſſent aſpero frigore conſtricta præfatum Hollandiæ Comitem Theodoricum vehiculo reſidentem trahi ſuper cujuſdam profundi lacus terga glaciali [i] frigore contecta; verum ſicut hujuſcemodi ſæpe conſtat periculoſa meatio jam fere medium contingentibus, dum glaciei tenuitas non æquipararet ponderis menſuræ impreſſionem, letiferam ſui minitabatur rupta voraginem. Unde cunctis tremore fugatis Comes relictus eſt ſolus, qui cum humanum ſibi penitus deeſſe videret auxilium ad expertum crebro S. Adalberti totis ſuſpiriis confugit patrocinium, per cujus interceſſionem celerem meruit impetrationis obtentum. Nam quod mirum eſt dictu, ubi fundus vix credibilis habebatur ſummo tenus pendentem lympha ſorbere non potuit cinguli tantum uſque finitima lambere præſumſit. Sic nempe tam ipſe liberatus exivit periculum, quam cuncta, quæ vehiculo impoſita ferebantur, ſunt liberata.

i rigore Vita S. Adalberti *cap.* 17.

CAPUT. X.

De Theodorico ſecundo Comite Hollandiæ.

Anno Domini nongenteſimo ſecundo nonis Octobris Theodoricus primus Comes Hollandiæ, cum eam prudenter quadraginta annis gubernaſſet, migravit ad Chriſtum, & uxor ejus Gena ſive [k] Gona nuncupata filia Pipini Regis Italiæ obiit tertio Iduum Januarii. Sepultus uterque

k Gonna Friſ.

que in monasterio Sanctimonialium in Hæcmunda, quod ipse ligneum antea construxerat. Cui l successerat Theodoricus utriusque filius secundus Comes Hollandiæ, qui duxit in uxorem Hildegardin filiam Ludovici Regis Franciæ, & genuit ex ea Egbertum Archiepiscopum Trevirensem m per vitam venerabilem, Arnulphum sibi succedentem Comitem tertium, & Aleydim sive Æluidam puellam venustissimam sive venustatis eximiæ.

l *successit* Fris.

m *virum per omnia* Fris.

CAPUT XI.

De instauratione monasterii ex lapidibus in Hæcmunda & amotione Sanctimonialium.

Theodoricus ergo Comes Hollandiæ secundus cum Frisonibus sæpe lites habens tandem eos triumphali gladio sibi subjiciens renovavit monasterium in Hæcmunda ex lapidibus, quod Pater ejus construxerat ex lignis, removensque Sanctimonialium vitam monachicam, instituit monachos de ordine S. Benedicti loco monialium, ut si quando necesse foret sese defenderent a Frisonibus eorum inimicis, & idem Comes locavit Sanctimoniales præfatas non longe ab oppido Harlemensi prope villam n Haemstede in loco, qui Bennebroeck dicitur, prohibens ipsis ne de cætero Sanctimoniales assumerent, ut sic tandem deficientibus personis vita illarum ad finem deduceretur, & reditus ad monasterium Hæcmundense redirent. Hujus igitur Comitis filius Egbertus a febribus meritis S. Adalberti Confessoris est liberatus, & Æluida filia ejus uonocula meritis ejusdem visum recepit suum,

n *Heemstede* Fris.

CAPUT XII.

De Wonoboldo primo Abbate monasterii & de donatione Comitis & Comitissæ.

Huic igitur solemni monasterio instituitur primus Abbas Wonoboldus nomine, qui cura susceptа ut fidelis dispensator res ecclesiæ prout potuit cum subditis sibi commissis digne gubernare satagebat. Ejus autem temporibus Theodericus secundus Comes Hollandiæ pro remuneratione beatitudinis æternæ ecclesiam Hæcmundensem largis dotando possessionibus obtulit Beato Adalberto historiam tripartitam, & unum textum Evangelistarum auro fulvo pretiosisque lapidibus circumtectum. Nihilominus & Hildegardis Comitissa similiter obtulit tabulam altaris ecclesiæ Hæcmundensi totam auream cum multimodis gemmis incomparabilis pretii

o *Oſculanus* Friſ. valde fulgidam, de cujus cacumine lapis, ut fertur, o Oſtulanus dictus furtim ſublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum ſacrarium radiis emicantibus illuſtravit, ac etiam ſe gerentem p inviſibilem reddidit. Obtulit idem Comes præfatæ eccleſiæ cum conjuge ſua in Schagen ſex manſus, in Haringen undecim manſus & quintam partem manſus, in Rynigen octo manſus, juxta clauſtrum duos manſus, inter villam q Ellebentere Hemerke, quæ & nominatur Suterhem, manſus quatuor & dimidium, in Winna manſum & dimidium, & ab eodem manſu uſque in Arem omnem terram cultam & incultam in agris & paſcuis. Ex hoc patet quod totam terram in Aremerſweet & Winnemerſweet cum dominio idem Comes donavit monaſterio. *Aremerſweta* conſiſtit in Auſtrali parte monaſterii infra Bacchem, & *Winnemerſueta* exiſtit in Aquilonari parte monaſterii prope Winnam, ut patet adhuc in præſentem diem. Inſuper adhuc dederunt præfato monaſterio in Walleshem, qui locus eſt Winna, manſus tres, in Ooſdem manſus duos & dimidium, in Limbem manſus ſeptem & dimidium, in r Suntam manſus duos, in Bacchem manſus tres, in s Ordebolla manſus duos, in Heram manſus tredecim & dimidium, in eodem loco manſus novem, in Thoſe manſum unum, in Obighem manſum unum, in Hemſtede manſum unum, inter rivulum Schulenbeeck & t Hureſtede manſus quatuor cum una piſcatione, in Velſem ſex manſus & altare ejuſdem eccleſiæ a nona uſque ad nonam in die S. Agathæ, in Forenholta eccleſiam cum decimatione, & in Northam cum decimatione, in Almer omne theloneum. Tandem Abbas Wonoboldus cum infirmaretur poſt hujus carnis moleſtiam a vita iſta miſerrima ad vitam cæleſtem, ut ſperamus, felici tranſmigratione Deo adjuvante pervenit, ſepulturæque commendatur corpus ejus in eccleſia jam dicti monaſterii. Obiit autem XVII. Calendas Septembris, in quo & agitur memoria ejus, cujus eſt hoc Epitaphium.

p *inviſum* Friſ.

q *Hollenbentere.* Friſ.

r *Smintham* Friſ.

s *Ordenolla* Friſ.

t *Hureſtede.*

Qui teris hoc limen ſtudioſus plangere crimen,
Mente quid es, quid eris, retine, Ieſumque preceris.
Wonobold humilis ſitus hic Pater hujus ovilis,
Ejus ut obtutus videam ſine crimine tutus.

Hujus etiam Abbatis tempore corpus S. Ieronis martyris apud Noortwijck invenitur revelatione ejuſdem & tranſfertur Hæcmundam.

CAPUT XIII.

De Andrea Abbate ſecundo ejuſdem monaſterii.

Itaque mortuo & ſepulto Wonoboldo egregio viro ſupradicto quidam venerabilis Pater dictus Andreas loco ejus ſecundus Abbas reverendus communi electione [v] juvatus ut decuit venerabilitate ordinatus eſt, qui ſtatim curam gregis ſibi commiſſi acceptans corpus ſuum in Dominico onere & ſervitio emancipare ſtuduit. Circa hæc tempora S. Egbertus Trevirenſis Archiepiſcopus, cujus ſanctitatem clarius declaravi in Hollandiæ Chronicis, filius Theodorici Comitis Hollandiæ in cænobio Hæcmundenſi memoriam perpetuam promeruit; ibi enim de Cruce Dominica magnam partem auro incluſam legavit cum caſula miſſali & biblia, ſtolam pulcherrimam cum Dalmatica, [x] ſubtile, miſſale, capitulare, paſſionale tripartitum, Pſalterium majorem, donatum, gloſſarium, ſcrinium argenteum plenum reliquiis Sanctorum, & magnam partem, ut creditur, corporis S. Agathæ cum multis libris & reliquiis. Itaque Andreas honorandus Abbas cum aliquo tempore præfuiſſet monaſterio Hæcmundenſi diem clauſit extremum ſecundo Nonas Junii. Sepultus eſt in eccleſia ejuſdem monaſterii a latere Auſtrali Stephani Abbatis, in ſepulchro Brunonis Reymer & Iohannis Olout Abbatum ſucceſſorum ſuorum, qui omnes quatuor in uno ſepulchro ſunt ſepulti. Memoria ejus obſervatur ſecundo Nonas Iunii. Quorum hoc eſt epitaphium.

Tres tegit iſte lapis Paſtores hujus ovilis
Poſt cineres carnis vermibus hic poſitos.
Andreas dexter, Bruno dictus fuit alter
Et Reginard medius. His miſerere Deus,
Cum Iudex aderis reputentur ut in benedictis,
Et ſint inter oves qua jugis eſt requies.

v nominatus, ut venerabiliter decuit, Friſ.

x Soutile Friſ.

CAPUT XIV.

De Brunone Abbate tertio & bonis ejuſdem tempore monaſterio donatis.

Defuncto nempe Andrea Abbate itur ad novi Paſtoris electionem: more ergo ordinis celebrato tertius Abbas monaſterii Hæcmundenſis, cui nomen erat Bruno, vir devotus & [y] per vitam venerandus ordinatur. Hujus temporibus Theodoricus Comes Hollandiæ ſecundus cum o-

y per omnia Friſ.

ctuaginta octo annis Hollandiam strenue gubernasset octogesimo octavo anno Domini super nongentesimum obiit secundo Nonas Maji. Similiter uxor ejus Hildegardis tertio Idus Aprilis quievit in pace, quorum corpora sub una petra in Hæcmunda sunt collocata. Cui successit Arnulphus filius ejus Comes Hollandiæ tertius. Hic Arnulphus secundum suam nobilitatem accepit condignam sibi uxorem Lutgardim nomine sororem Theophaniæ Imperatricis Romanorum, matris Ottonis Imperatoris, filiam Theophani Imperatoris, ex qua genuit Theodoricum tertium sibi succedentem Comitem quartum, & Syphridum Vicecomitem & primum Dominum de Brederode. Idem Comes Arnulphus cum sua legali conjuge donavit monasterio Hæcmundensi in villa quæ vocatur Thosa duos mansus, qui singulis annis libram unam & quatuor uncias persolvunt, in Castrichem duos mansus excepta quarta parte mansus unius, qui omnibus annis unam libram & quinque uncias reddunt, in villa Vellesen nominata tres mansus, qui singulis annis libram & dimidiam persolvunt, nec non unum agrum, qui solvit decem denarios, in Saxenen dimidium mansum singulis annis triginta denarios persolventem, in Forenholta tres mansus qui singulis annis sex denarios dant, in villa Nortga nominata mansus quinque, qui unoquoque anno novem uncias persolvunt, in loco qui vocatur Lopsem novem mansus, nihilominus in eodem loco, juxta fluvium z Maerne a Mantereſuete dividit b derivationem inter Delft & Schielandt usque in rivum qui dicitur Lede, & a Lede usque in c Stridede, & Stridede usque in finem vocitatum mansum unum, qui singulis annis sex denarios persolvit, & in eodem loco quartam partem unius mansus, qui quoque anno quindecim denarios dat, in villa quæ vocatur Leytheym mansum unum, & sextam partem unius mansus, in villa quæ Bergham vocatur ab occidente Rheni posita tres mansus, ecclesiam etiam super ripam fluminis quod vocatur Flardinghen cum decimatione sua. Similiter Hargham & Selve cum decimatione sua. Porro iste Arnulphus Comes anno suo quinto apud Wynckel in bello a Frisonibus interemptus est tertio Calendas Octobris anno Domini nongentesimo nonagesimo quarto. Uxor vero ejus obiit secundo Calendas Maji. Sepulti ambo in monasterio Egmundensi. Cui successit filius ejus Theodoricus hujus nominis tertius Hollandiæ Comes quartus. Theodoricus itaque tertius ab Ottone Imperatore interventu quoque Archiepiscopi Egberti accepit omnem præfecturam in propriam potestatem & hereditatem post mortem patris sui Arnulphi. Iste Theodoricus accepta conjuge Othildis nomine sive Wythildis filia Ducis Saxonum genuit ex ea duos filios Theodoricum & Florentium Nigrum Orien-

z *Maerúe* Friſ.
a *qui Mantereſuete* Friſ.
b *decimationem* Friſ.
c *Stridoniam & Strickleden.* Friſ.

Orientalis Frisiæ Comitem. Theodoricus ergo Hollandiæ Comes quartus hujus nominis tertius donavit monasterio Hæcmundensi in Radenburg quatuor mansus decem libras singulis annis [d] solventes, in Radenburch [e] gebervelt terram sedecim uncias persolventem, in Siciethem terram tredecim uncias solventem, in Comitis Fretgersa terram tredecim uncias dantem. Insuper obtulit duo pallia pretiosa, quæ in summis festivitatibus pendent in eadem ecclesia. Huic igitur Theodorico Comiti fuit ex utroque parente frater nomine Syphridus vel secundum Frisiorum loquelam Sicco vocatus, qui genuit ex Thetburga filia Goswini Potestatis Stauriensis uxore sua Theodoricum sibi succedentem secundum Dominum de Brederode, & Simonem primum Dominum de Teylingen, sicut latius patet in Chronicis. [f] (Simon primus Teylingæ Dominus, ut sollicite testantur Hollandiæ annales, non fuit filius Syphridi sed frater ejus, iisdem prorsus parentibus ortus, quibus ille) Hic ergo Syphridus cognomento Sicco obtulit ad eundem locum terram super Geest, nominatam Noortdorpe, Smithem, Altgeringelant, quinque *fierrelen Lant-losemade*, in Ackersloot duodecim libras, in Banes duas libras. Thetburga uxor ejus contulit Hæcmundensi monasterio pro remuneratione æternæ beatitudinis scrinium aureum cum multis reliquiis & aliis donis quamplurimis. Obiit autem Syphridus anno Domini millesimo tricesimo quinta die Junii Vicecomes Hollandiæ & primus Dominus de Brederode, & sepelirur in ecclesia monasterii Hæcmundensis in parte Boreali. Uxor ejus Thetburga obiit sexto Calendas Februarii, sepulta penes maritum suum in eadem ecclesia. Porro Bruno Abbas Hæcmundensis tertius cum per plures annos fidelis fuisset dispensator, & dominico gregi necessaria tam in spiritualibus quam in temporalibus sagaciter ministrasset, migravit ab hoc seculo [g] nequam, obiit quarto Idus Februarii. Celebrantur ergo, ut moris est, exequiæ solemnes, quibus expletis sepultus est in tumulo Andreæ Abbatis prædecessoris sui a latere australi Stephani sui successoris, cujus epitaphium superius memoratur.

d persolventes. Fris.

e Radenburger bevel. Fris. Forte *Radenburger velt.*

f Quæ parenthesi inclusa videntur subreptitia. A Frisico absunt. In alio etiam Codice manu Bockenbergii notata in margine.

g nequam. *Obiit autem* Fris.

CAPUT XV.

De Reynero IV. *Abbate & bonis sub eo donatis.*

Brunone mortuo in novam electionem Sancti Spiritus invocatur gratia. Eligitur ergo & ordinatur Reynerus quartus Abbas in ecclesia Hæcmundensi. Hujus tempore scilicet anno Domini millesimo tricesimo nono sexto Cal. Ianuarii obiit Theodoricus hujus nominis tertius Comes

landiæ quartus, traditusque & ipse est sepulturæ juxta oratorium ejusdem basilicæ cum parentibus in aquilonari parte, uxor vero ejus ad Saxoniam revertitur. Cui successit filius ejus senior Theodoricus hujus nominis quartus Comes Hollandiæ quintus, qui nec uxorem nec filios habuit. Hic anno Domini millesimo quadragesimo sexto proditus ab inimicis Dordraci ibi ipse occisus est ab inimicis Idibus Maji. Corpus vero ejus translatum est Hæcmundam, ibi sepultum in capella S. Stephani protomartyris. Quo mortuo successit ei Florentius Comes Orientalis Frisiæ frater ejus Comes Hollandiæ sextus, cujus uxor fuit Gertrudis filia Ducis Hermanni, ex qua genuit inter alias proles Theodoricum hujus nominis quintum & Comitem Hollandiæ septimum. Itaque hic Florentius Comes sextus cum uxore sua Gertrude obtulit ad prædictum monasterium terram in h Ekmundelff quinque libras & unciam solventem, in Buschusa mansum triginta duas uncias solventem, in Scheerwijck mansum viginti octo uncias solventem, juxta Delff decem mansus, ex altera parte Delff novem mansus. Cum vero Reynerus Abbas quartus Hæcmundensis aliquandiu præfuisset diem clausit extremum anno Domini millesimo quinquagesimo septimo. Sepulturæ mandatur in sepulchro Andreæ Brunonisque Abbatum prædecessorum suorum, quorum epitaphium unum est superius explicatum.

h Egmundensi. Fris.

CAPUT XVI.

De Stephano Abbate & quibusdam eventibus illius temporis.

Anno Domini millesimo quinquagesimo septimo sepulto Reynero Abbate venerabili Domino eligitur quintus Abbas Hæcmundensis Stephanus nomine seu Steppo. Hujus temporibus scilicet anno Domini millesimo sexagesimo primo Florentius Comes Hollandiæ sextus in Haemerth sub umbra salicis cum multis nobilibus occisus est ab inimicis prius superatis decimo quarto Calendas Iulii, cujus corpus translatum est & sepulturæ datum in Hæcmunda. Hic Florentius vir bellicosus & valde glorioſus, ut suis pedibus subegit hostes sibi resistentes, nimis confidens in virtute sua suorumque, non custodiens se post victoriam caute militibus suis dispersis interfectus est in Haemerth a suis inimicis sub umbra salicis quiescens cum multis nobilibus ut supra. Porro Gertrudis imperavit Hollandiæ post ejus mortem duobus annis, quæ obtulit pro anima viri sui S. Adalberto duas casulas optimas, & unum tapetum, ac postea nupsit alteri

viro

viro Roberto Frisoni juniori filio Baldewini Comitis Flandriæ, qui ex parte privigni sui domicelli Hollandiæ Theodorici quinti gubernavit Hollandiam [i] annos decem. Deinde Godefridus Gibbo Dux Lotharingiæ & Brabantiæ authoritate Wilhelmi [k] Francken eum cum uxore & privignis profugavit ad Flandriam, & ipse deinde ad certos annos rexit Hollandiam. Quo tandem occiso Theodoricus quintus Florentii & Gertrudis filius Comesque Hollandiæ septimus rediit paternam susceipiens hereditatem. Qui accepit in uxorem Winihildim sive Othildim filiam præpotentis Ducis Saxoniæ, ex qua genuit Florentium Crassum sibi succedentem Comitem Hollandiæ octavum & Machteldim venustissimam puellam. Porro Stephanus Abbas Hæcmundensis in ultimo anno vitæ quasdam authoritates donationum repræsentans prædicto Theodorico Comiti petiit de iisdem rebus novam confirmationem sibi ab eodem Comite dari, cujus petitioni libenter annuit idem Comes, & perfecit post mortem Abbatis Stephani, [l] paulo post petitionem e vivis Abbati, anno scilicet Domini millesimo octuagesimo tertio, tertio Nonarum Ianuarii. Sepultus a latere australi Lubberti Abbatis videlicet inter Andream & Lubbertum Abbates, cujus est hoc epitaphium:

Nomen Pastoris tenui qui culmen honoris
Hoc modo Mausoleo Steppo recundor ego
Hinc homo pertracta quis sis cordis sacra macta,
Rebus enim promo sit quia vermis homo.
Pectus & inde premens peto sit Iesus mihi clemens
Liber ad examen Spiritus ut sit, Amen.

i annis Fris.

k Trajectensis episcopi Fris.

l Vid. notas.

CAPUT XVII.

De renovatione & confirmatione donationum monasterii Hæcmundensis.

Porro Theodoricus Hollandiæ Comes septimus ad petitionem bonæ memoriæ Stephani Abbatis Egmundensis quinti statim post mortem dicti Abbatis renovavit, confirmavit, & ex parte donavit omnes possessiones prius a Comitibus Hollandiæ monasterio Hæcmundensi donatas & superius assignatas, ut patet ex literis sequentibus super hoc confectis & sigillatis, quæ adhuc [m] habentur in eodem monasterio in hunc modum, & est speciale privilegium sive litera monasterii. *In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, ego* Theodoricus *Dei gratia Hollandensis Comes, reputans mecum incertos casus humanæ fragilitatis decrevi justis petitionibus assensum præbe-*

m Etiam apud Miræum extant *Cod. piar. don. cap.* 62.

præbere, ut divinam misericordiam in illo districto examine placabilem merear habere, quapropter notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Stephanus bonæ memoriæ Abbas Hæcmundensis ecclesiæ quasdam auctoritates donationum detulit mansuetudini nostræ, qualiter piissimi Comites antecessores nostri ex propriis possessionibus & a regibus jure hereditario susceptis eandem ecclesiam Dei construxerunt, ditaverunt, honoraverunt. Theodoricus *frater* Walgeri *primus Hollandiæ Comes cum legitima conjuge sua in primis construxit ecclesiam ibi Sanctimonialium instituens vitam & offerens Deo ad eundem locum in Fraula mansus novem, in Alcmere duos mansus, in Callinge medietatem totius possessionis.* Theodoricus *secundus prædicti filius cum* Hildegarde *conjuge sua construxit ex lapidibus magno sumptu ecclesiam, removens inde sanctimoniales fœminas & instituens monachorum vitam obtulit & ipse ad eundem locum in Schagen sex mansus, in* [n] *Harogam mansum & dimidium, & ab eodem mansu usque in Arem omnem terram cultam & incultam in agris & pascuis, ecclesiam Heyligelo, in Alcmere omne theloneum, in Osdam mansus duos, in Bachem mansus tres, in Ordebolla mansus duos, in Those mansum unum, in Obingen mansum unum, in Hemstede mansum unum, in Velsen mansus sex & altare ejusdem ecclesiæ a nona usque ad nonam in festivitate S. Agathæ, juxta flumen Bamestra mansum unum, inter rivulum* [o] *Sculenbeck & Hurenstede mansus quatuor una cum piscatione, in Forenholta ecclesiam cum decimatione, in* [p] *Saxem ecclesiam cum decimatione, in Noortga ecclesiam cum decimatione. Ornata ergo* [q] *moribusque bonis uxor prædicti Comitis* Hildegarda *venerabilis obtulit & ipsa Deo & S. Adalberto tabulam altaris fabricatam auro claro, gemmisque pretiosis* [r] *intertextam, textumque Evangeliorum etiam auro gemmisque pretiosis decoratum, historiam tripartitam, & unum Medicinalem librum.* Egbertus *nominati Comitis filius Dei gratia Trevirensis Archiepiscopus honoravit eundem locum Egmundensem* [s] *offerendo Deo & S. Adalberto crucem auream, casulam pretiosam, stolamque pulcherrimam, cingulum auro* [t] *intertextum, Dalmaticam,* [v] *Subtilem, missale, capitulare, historiam vetus & novum testamentum continentem, multosque alios libros, scrinium argenteum plenum reliquiis sanctorum.* Arnulphus *Comes cum condigna uxore sua* Luytgarda *obtulit ad prædictum locum in Thosa mansus duos, in Castrichem mansus duos & quartam partem unius, in Velsen tres mansus & agrum unum, in Saxnem dimidium mansum, in Forenholta tres mansus, in Nortgha mansus quinque, in Lopsen novem mansus, juxta flumen* [x] *Marne mansum & quartam partem unius, in villa Leythem mansum & sextam partem unius, in villa Bergam ab occidente Rheni posita tres mansus. ecclesiam Flardinge cum decimatione terræ inter flumen*

Math-

[n] *Haregon.* Miræ.

[o] *Sculinglecke & Hureſlede.* Friſ.

[p] *Saxnem* Miræ.

[q] *moribus* Friſ.

[r] *intextam* Friſ.

[s] *offerens Deo ſanctoque.* Friſ.

[t] *intextum* Friſ.

[v] *ſubtile* Friſ. Miræ.

[x] *Leiden* Miræ.

linge & rivulum Thurlede, qui vocatur Harga. Theodoricus *tertius prædicti* Arnulphi *filius cum conjuge sua* Othilda *obtulit S. Adalberto in Radenburg quatuor mansus decem libras singulis annis solventes, in Radenburgerbroecke terram* [v] *sedecim uncias solventem, in Waltmannervene terram* [x] *sedecim uncias solventem.* Siphridus *cognomento* Sicco *prædicti Theodorici frater dedit sancto Adalberto pro animæ remedio terram super Geest nominatam Northdorpe, Smithen, Altgeringelant, Hildebrantslant, Swerdingelant. quinque fertelen* [y] *Lantosemade, in Ackerslote duodecim libras, in Baner duas libras.* Florentius *tertii Theodorici filius cum bonæ memoriæ uxore sua Gertrude obtulit ad prædictum locum terram in Ekmundelst quinque libras & unciam solventem, in Buschusa mansum triginta duo uncias solventem, in Scheerwich mansum viginti octo uncias solventem, juxta Delst decem mansus, ex altera parte Delff novem mansus. Hujus* Florentii *filius fui* ego *quintus* Theodoricus, *quem humiliter deprecatus est prædictus Abbas* Stephanus, *ut pro amore Dei & reverentia S. Adalberti renovarem & confirmarem auctoritate mea omnium prædecessorum meorum dona ad ecclesiam Hacmundensem pertinentia, cujus petitioni libenter assensum præbui, & summa charitate confirmavi, ut omnia supradicta libere teneat possideatque prædicta ecclesia, & a terra* [z] *Wurmora swetа usque in Arem, quæ tota est ejusdem ecclesiæ, nullus mortalium audeat plantam habere sine Abbatis permissione vel injuste inde aliquid eripere, hominesque ejusdem ecclesiæ in toto Comitatu nostro sine theloneo esse, nullusque debeat eos opprimere, sed sint sub Abbatis potestate, & cum causidico suo placitum cum eis habeat ipse. Quod si aliquis ex eis, qui ex parentibus suis juste pertinet ad prædictum locum negare & contradicere voluerit, liceat memorato Abbati suisque successoribus cum Advocato suo illum tenere & ad justitiam trahere. in cujuscunque ministerio sit. Similiter faciet de reditibus suis, quicunque sedet super terram prædictæ ecclesiæ, & non vult solvere quod debet juste, Advocatus intret domum illius, & tantum de rebus accipiat, quantum debet ille, sine alterius judicis contradictione. Siquis vero quod futurum non credimus nostrorum vel extraneorum hanc libertatem ecclesiæ voluerit infringere, iram Dei & omnium sanctorum incurrat, & hoc quod nititur nunquam perficere valeat, sed cum Iuda traditore Domini & diabolo & Angelis ejus in die judicii, & cum his quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur, partem possideat. Qui autem hoc nostrum conservaverint præceptum, gratiam, & honorem, & benedictionem accipiant a Domino & misericordiam consequantur & gratiam inveniant in auxilio oportuno. Ut autem nostræ concessionis istius auctoritas stabilis & inconvulsa omni tempore permaneat. hanc chartam conscribi fecimus, & benevolentiæ dilectionisque nostræ sigillo corroborari. Hujus rei testes*

[v] *septendecim* Fris.
[x] 17. Fris.
[y] *Lantlosemate* Fris.
[z] *Winmoraswetha* Fris.

stes sunt Dominus Abbas Stephanus, Folcritus & Anselmus presbyter, Laici Adalbert, Hermannus filius Popponis, Engelbertus Scataloth, [a] *Thrusin caelwijn castellanus, tres germani, Gerbrandus, Isbrandus,* [b] *Guntwater,* [c] *Dodo de Ryswyc, Thedard, Thiebald, Tietgart, Blanckard, aliique quamplurimi. Eodem die coram iisdem testibus mutuavi contra S. Adalbertum novem mansus in Masalant a Sciplede in Mosam, & in* [d] *Westerburum tres mansus a Mosa in Vronansland, dans censum in Alcmere octo librarum singulis annis. Insuper precante & adjuvante uxore mea Othilda dilectissima concessi Abbati Stephano suisque successoribus judiciariam potestatem in Alcmere, quæ Ambacht vocatur Teutonice. Actum est hoc publice in Flardinge coram populi multitudine anno Dominicæ incarnationis millesimo octogesimo tertio, indictione sexta, regnante quarto Henrico* [e] *vicesimo octavo imperii sui, Conradi Trajectensis ecclesiæ episcopatus sui octavo, Domini Stephani Abbatis anno vicesimo sexto suscepti pastoralis officii, die septimo Calendas Augusti, in Dei nomine feliciter, Amen.*

[a] *Thrasin Adalman* Fris.
[b] *Guntwachar* Miræ.
[c] *Dodo* Fris.
[d] *Westerbricam* Fris. Miræ.
[e] *vicesimo anno* Fris. XXVII. *anno* Miræ.

CAPUT XVIII.

De Athalardo Abbate sexto & donatione Florentii Crassi Comitis Hollandiæ octavi.

Anno Domini millesimo octogesimo tertio, humato domino Stephano Abbate, celebratur in monasterio Hæmundensi de Pastore novo eligendo solemnitas electionis, factusque est Athalardus seu Alardus sextus honorabilis Abbas ecclesiæ Hæmundensis, qui curam sibi commissam summopere & debite perficere conatus est omnibus diebus vitæ suæ. Hujus ergo Abbatis temporibus anno videlicet Domini millesimo nonagesimo primo Theodoricus Comes Hollandiæ septimus & hujus nominis quartus decimo quinto Calendas Decembris creatori dedit animam suam, cujus uxor Othildis seu Withildis decimo quarto Calendarum requievit in Christo, tumulata penes maritum suum in monasterio Hæmundensi. Hic Theodoricus Comes fuit avunculus Lodovici regis [f] Franciæ, etiam Baldewini Securis, id est, *Graef* [g] *Bylken*, & Caroli martyris, & Theodorici Elsatiæ, trium scilicet Comitum Flandriæ. Habuerat enim duas sorores Reginas Franciæ videlicet & Datiæ. Machteldis ex utroque parente fuit uxor Philippi regis Franciæ & [h] Adolia ex parte matris tantum ex Roberto Comite Flandriæ fuit uxor S. Canuti martyris regis Daciæ & Norwegiæ, de qua genuerat S. Carolum martyrem & Comitem Flandriæ. Insuper & habuit adhuc duas alias sorores ex parte matris de prædicto Comite Flandriæ Roberto scilicet Gertrudem Comitissam [h] Alsatiæ, & Mariam

[f] *Francorum avunculus* Fris.
[g] *Bieltgen* Fris.
[h] *Adelia* Fris.
[h] *Elsatiæ.*

Mariam Abbatissam de Messene. Ex utroque etiam parente habuit tres fratres scilicet Albertum, Florentium, & Petrum Canonicos Leodienses, ex parte matris tantum ex Comite Flandriæ Roberto Frisone habuit fratrem Robertum Frisonem juniorem Comitem Flandriæ, cum Godefrido Duce de Bullion terram sanctam obtinentem, & hic Robertus fuit pater Baldevini Securis prædicti. Porro Theodorico Comite Hollandiæ defuncto filius ejus Florentius Crassus factus est Comes Hollandiæ octavus. Hic Florentius Crassus hujus Theodorici quarti filius florens [i] viribus & præcellens omnes parentes suos divitiis & honoribus accepit nobilissimam conjugem nomine Petronillam filiam Theodorici Ducis Saxoniæ, propinquam Regis, nunc Deo tempora mutante & regnum cui vult dante, sororem Regis ac Cæsaris Lotharii [k] quarti, ex qua genuit tres filios in nomine sanctæ Trinitatis, scilicet Theodoricum quintum sibi succedentem Comitem Hollandiæ nonum, & Florentium Nigrum virum egregium, & Simonem, nec non & unam filiam Haddewigem virginem. Hic primus Florentius una cum legali conjuge sua Petronilla auxit præbendam & vestimenta fratrum in omnibus, obtulit Deo & S. Adalberto quatuor cappas & Dalmaticam pretiosissimam, calicem argenteum deauratum, ad scrinium S. Adalberti marcam auri & unum monile. Insuper contulit dona sua alia monasterio Hæcmundensi sub hac forma verborum. *In nomine sanctæ trinitatis & individuæ unitatis ego* Florentius *Dei gratia Hollandiensis Comes reputans mecum incertos casus humanæ fragilitatis decrevi justis petitionibus assensum præbere, ut divinam misericordiam in illo districto examine placabilem merear habere, quapropter notum sit omnibus Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod dulcissima interventione Athalardi Abbatis Hæcmundensem ecclesiam digne regentis, cujus donatio ab antecessoribus nostris legitime ad nos perlata est, civibus Heylegommensibus illud statutum, quod pro sepultura injuste & immoderate magis ab eis extorquebatur quam debebatur, ab hac die præsenti perdonamus, & deinceps in perpetuum perdonatum esse volumus ea conditione, ut decimam de omnibus fructibus, quos eorum terra protulerit, sicut ubique juste fit, sine ullo malo ingenio persolvant. Insuper de pullis equarum, vaccarum, de gregibus ovium, porcorum, & anserum, quod jure debent, adimpleant. Si quis vero, quod futurum non credimus, successorum nostrorum vel Abbatum vel extraneorum hoc testamentum infringere, vel aliquo modo immutare voluerit, iram Dei & omnium Sanctorum incurrat, & hoc quod nititur nunquam perficere valeat, sed cum Iuda traditore Domini & diabolo & angelis ejus die judicii, & cum his quorum vermis non moritur, & ignis non extinguitur, partem possideat. Qui*

[i] *virtutibus* Fris.

[k] *secundi ex qua susscepit.* Fris.

l *noſtrum* Friſ.

autem hoc l *nomine obſervaverint præceptum, gloriam & honorem & benedictionem percipiant a Domino, & miſericordiam conſequantur, & gratiam inveniant in auxilio oportuno. Et ut iſta noſtræ conceſſionis auctoritas ſtabilis & inconvulſa permaneat omni tempore duos probos homines Wulfardum & Hericonem hoc ſacramentum in præſentia omnium fecimus confirmare, deinde hanc chartam conſcribi, ſigillo noſtro & dilectiſſimi Deo & hominibus Athalardi Abbatis precepimus corroborari. Hujus rei teſtes ſunt D. Athalardus Abbas,*

m *Thiewinus* Bockenb. *Thubinus* Friſ.

m *Thriewinus, Decanus Balthicus, Andreas, & tota Deo dilecta S. Adalberti congregatio, Presbyteri ſeu clerici, Reynoldus, Wibodo, Rembrandus, Laici Florentius Hollandenſis Comes, Galo & Yſebrandus fratres ipſius Abbatis, Dodo miles Comitis & Theodoricus filius ipſius,*

n *Volpartus.*

n *Volpardus & Ludolfus & alii quamplures innumerabiles, & maxima pars populi illius Provinciæ. Actum eſt hoc publice in Hæcmunda in eccleſia beati Petri Apoſtoli anno incarnationis Domini milleſimo centeſimo octavo, indictione ſecunda, Idibus Aprilis, quando octava Paſchæ celebrantur, regnante quinto Henrico anno Imperii ſui tertio, Burchardi Trajectenſis eccleſiæ epiſcopi anno Imperii ſui nono, Domini Athalardi Abbatis anno ſuo quarto ſuſcepti Paſtoralis officii, in nomine Dei* Amen. Fecit & adhuc unam aliam donationem monaſterio Hæcmundenſi de decimis in Alcmaria, ut decimam de omnibus fructibus, quos eorum terra protulerit, ſicut ubique juſte fit, ſine ulla ingenii ſtropha perſolvant, inſuper de pullis equarum & vaccarum,

o *omnium* & Friſ.

de gregibus o ovium, porcorum, & anſerum, quod jure debeant adimpleant, excepto quod in Eathe centeſimum manipulum fideliter reddant cum multis aliis bonis, quæ una cum præcedente regiſtrata habentur in regiſtro S. Adalberti, quam cauſa brevitatis omitto proprer longitudinem ipſius donationis. Actum eſt hoc publice in Alcmere in eccleſia S. Laurentii coram innumerabili multitudine ipſius terræ anno incarnationis domini milleſimo centeſimo decimo ſexto, indictione nona, die ſeptimo de-

p *Wonoboldi* Friſ.

cimo Calendarum Auguſti, regnante quinto Henrico, anno Imperii ſui undecimo, p Godoboldi Trajectenſis eccleſiæ anno epiſcopatus ſui tertio, domini Athalardi Abbatis anno duodecimo ſuſcepti paſtoralis officii, in Dei nomine feliciter Amen. Hic itaque Florentius Comes octavus anno

q *nonas* Bockedb: *Kl.* Friſ.

Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo ſexto q menſis Martii migravit ad cœleſtem patriam in flore juventutis, qui prope progenitores ſuos in monaſterio Hæcmundenſi tumulatus eſt. Petronella vero uxor ejus regens Hollandiam ex parte prolium ſuarum ſuper

r *maritum ſuum* Friſ.

r maritum mortuum gerens pietatis viſcera obtulit Deo ad eundem locum pro anima ejus dorſale unum, caſulam unam ad fratrum charitatem, terram ſingulis annis

duas

duas libras persolventem, insuper ad ædificium templi tredecim libras. Nec illud prætereundum est, quod cum copulata esset viro venerabili obtulit ad eundem locum sæpe dictum unum ex famulis suis nomine Bernardum Nescatam cum domo, terra, & tota familia sua, anno Domini milleſimo centesimo decimo tertio. Geroldus episcopus & Vicarius Trajectensis consecravit altare in cripta turri Australi contigua in honorem sanctorum Johannis Baptistæ & Andreæ Apostoli quarto Nonarum Novembris. Idem Pontifex consecravit basilicam Beatæ Mariæ, quæ dicebatur Marienmunster, nec non & basilicam, ubi S. Adalbertus requiescere consuevit tertio Nonarum Novembris. Quæ basilica destructa fuit postea tempore Petronellæ Comitissæ ut infra patet. Tandem Athalardus Abbas morbo gravatus obiit anno Domini milleſimo centesimo vigesimo, quarto decimo Calendas Maji, & sepultus est in ecclesia parochiali beatæ Mariæ, quam ipse construxerat sub sarcophago ante chorum, cujus anniversarius dies cum tribus lectionibus agitur. Hic fecit fratribus fieri præbendam de vino & multa alia, quæ registrata sunt in Registro S. Adalberti A. primo. Cujus etiam hoc epitaphium extat.

Hic Athalardus ego pulvis sub pulvere dego.
Ut bivium potui sanctum discernere tanti
Delitias ævi pro Iheſu stigmate sprevi
Et monachus [f] præstare gregique coactus,
Hic tibi flos auri struo templum, te precor, auri
Funde preces prolis, pateat mihi Patria solis,
Demerita pœna solvens pietate serena.
Lector ad hæc, *Amen*, pie dic & funde precamen.

[f] *Et monachus factus.* Fris.

CAPUT XIX.

De Anselino Abbate & ejus malo regimine.

Anno Domini milleſimo centesimo vigesimo quarto cum Athalardus Abbas viam universæ carnis ingressus esset prædicta Hollandiæ Comitissa Petronella, quia tres filios adhuc pusillos quos prædiximus habebat, loco eorum Comitatum Hollandiæ strenue regebat. Sed quia muliebris sexus facilis ad circumveniendum est, circumventa est a quibusdam parentibus familiaribus suis, ut Capellanum suum Anselinum nomine a fratribus Hæcmundensibus monachum suscipi juberet, ac [t] speravit, ut illo statim Abbate constituto ipsa de substantia ecclesiæ suo commodo & voluntati libenter consuleret. Effectum igitur habuit suggestio perversorum, & homo simplicis naturæ & ignarus penitus monastici ordinis tantum

[t] *impetraret.* Fris.

tum nomine Abbas & Hæcmundenſis ſeptimus conſtitutus, ideoque monaſticæ vitæ non rigidus executor. Is itaque aut male conſultus aut non bene præmeditatus mutavit majus pro minore ſcilicet in Kellingen terram ſingulis annis ſolventem quatuordecim libras dedit Filgero pro terra ſolvente viginti duas uncias in Gheeſt. Qui quale damnum noſtræ eccleſiæ intulerit facile animadverti poteſt. Nos vero teſtamur dominum Ieſum inſpectorem [v] omnium actionum hominum hoc ſine conſenſu & conſilio fratrum imo ipſis contradicentibus & adhuc contra damnantibus acta fuiſſe, ideoque ipſo Ieſu Chriſto annuente irrita quandoque fieri ſperamus. Cæterum res eccleſiæ in poteſtatem devenerunt manus alienæ, & erat videre miſeriam, monaſterii filiis penuriam patientibus, extraneis de eorum depreſſione gloriantibus. Præterea reſpectu magis avaritiæ quam timoris Domini ſuggeſſerunt Comitiſſæ ut vetus templum deſtrueretur quaſi indecens & nimis anguſtum, factumque eſt, ut tres conſtituti ſint laici Prælati, eccleſiæ lupi magis quam paſtores [x] Folbertus Albas, Cilgerus, & Stephanus, qui occaſionem nacti clandeſtinæ prædationis ſub ſpecie conſulendi prædas de noſtro peculio exercebant domum Dei paulatim exhaurientes, hominesque eccleſiæ ſuæ ditioni ſubjicientes domus ſuas pecuniis impleverunt. Filii eorum & filiæ cognati & affines per dotem noſtræ poſſeſſionis nubebant & nubebantur, & ſic poſt paululum res eccleſiæ magnæ ad magnam exiguitatem devenerunt, & quia quæ non conveniebant fecerunt, convenienti malitiæ ipſorum pœna ſunt puniti, pro ſua eccleſia illo dimicante, qui dixit: *Qui tangit vos tangit pupillam oculi mei.* Omnes ſiquidem inopinata morte ſunt puniti in dimidio dierum ſuorum in uno anno, [y] neque in domibus vel [z] villis ſuis mortui ſunt, quia qui deſtruit templum Domini diſſipabit illum [a] Deus: non erant electum ſemen, quod manus Dei ab initio præparavit ad [b] extruendum, ad ædificandum, & plantandum in nomine Domini, ut per hoc non ſolum templi & clauſtri & omnium officinarum ejus ruina innovaretur, ſed magis morum & religionis & fratrum miſerabilis ſtatus & magnus defectus favente Domino & S. Adalberto conſurgeret & melioraretur. Tandem Anſelinus Abbas anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo nono, cum quinque annis monaſterio Hæcmundenſi indigne præfuiſſet invito reſignavit & depoſitus eſt, ut patebit in ſequenti Capitulo. Supervixit autem uſque ad annum Domini milleſimum centeſimum trigeſimum quartum, in quo & obiit tertio Calendarum Novembris.

v omnis actionis Friſ.

x Folpertus Albus Friſ.

y non Friſ.

z in villis Friſ.

a Deus. Non Friſ.

b deſtruendum Friſ.

CA-

CAPUT XX.

De Waltero Abbate octavo & reformatione monasterii Hæcmundensis.

Anno Domini millesimo centesimo vigesimo nono cum monasterium Hæcmundense tam in spiritualibus quam in temporalibus quasi dilapidatum totaliter fuisset & Anselinus Abbas ulterius prædictum monasterium gubernare non valeret, & jam invitus resignasset, inspiravit divina gratia episcopo Trajectensi & Petronellæ Comitissæ Hollandiæ mittere legatum ad Arnoldum Abbatem Gandensem pro monacho, qui idoneus esset animas regere, exteriora disponere, & lapsa promovere. Qui consilio cum suis habito Præpositum curtis eorum, quæ dicitur Lens, Walterum quem frequenter probum & utilem probavit misit, quem episcopus Andreas in vigilia nativitatis Mariæ Abbatem octavum ordinavit Egmundensis monasterii. Qui Walterus venerabilis Abbas, defectum in omnibus inveniens, quid ageret, quo se verteret, nisi ad Deum & S. Adalberti patrocinium, ignoravit. Sed processu temporis Dei gratia, in qua multum sperabat, prosperum in omnibus successum habuit, & omnia bene & ordinate tam exteriora quam interiora componi cœperunt. Cujus studium quale fuerit testis est templum & omnes ejus officinæ, præter cætera.

CAPUT XXI.

De fundatione monasterii Reynsburgensis & Theodorico Comite Hollandiæ nono.

Igitur Petronella Hollandiæ Comitissa tunc monasterium puellarum ordinis S. Benedicti post mortem mariti fundavit ac condidit anno Domini millesimo centesimo trigesimo tertio ad honorem B. Mariæ virginis, & S. Laurentii glorioſi martyris in allodio castri sui, quod Reynsburgh appellatur, & adductæ sunt illuc sanctimoniales ex Saxonia de monasterio Stuterlingeburch, faciente Comitissa Petronella, in quibus religionis gravitas, & claustralis officii non parva cognitio fuit, quarum industria hodieque in his, quæ per earum magisterium reformatæ sunt, apparet. Eodem quoque anno decimo sexto Calendas Octobris dedicatum est templum in Reynsburch in honore Beatæ Mariæ virginis ab Andrea episcopo, institutiturque ibidem prima Priorissa Cuniza sive Cunera literarum scien-

tia

tia & facundiæ gratia mirabilis, religione gravis, carnis nobilitate insignis, soror Frederici de Bichle, matertera Christiani Archiepiscopi Magontiacensis, quæ tandem obiit anno Domini millesimo centesimo sexagesimo nono. Deinde cum Theodoricus filius Petronellæ Comitissæ ad suos annos deveniſſet homagiatur ipse Comes Hollandiæ nonus, qui duxit in uxorem Sophiam filiam de Rinnige Comitis Palatini, de qua genuit Florentium sibi succedentem Comitem decimum, Ottonem Comitem de Benthem, Baldewinum episcopum Trajectensem, Theodoricum Præpositum Trajectensem, Peregrinum Præsidem, Sophiam Abbatissam in Fontenella, [c] Hadewid sanctimonialem, & Petronellam pulcherrimam domicellam. Habuit etiam quendam filium naturalem Robertum nomine. Porro Petronilla Comitissa tandem anno Domini millesimo centesimo quadragesimo quarto decimo Calendas Iunii in Christo quiescens sumptuosis exequiis sepelitur in monasterio Reynsburgensi quod ipsa fundaverat.

c Hadewich Bockenb. *Hadewigin* Fris.

CAPUT XXII.

De quibusdam gestis monasterii Hæcmundensis.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo sexto Suwardus episcopus & Suffraganeus Trajectensis consecravit in Egmunda duo altaria, unum in honore Domini nostri Iesu Christi & S. Mariæ matris ejus & omnium Sanctarum virginum, alterum in honore sanctorum Protomartyris Stephani, Ieronis, Laurentii, Vincentii, & omnium martyrum Christi. Porro Abbas Walterus etiam ecclesiæ suæ Advocato Berwoldo donando ei quinque libras & [d] marcam pro terra in Ryswyckerbroecke jacente persolventem singulis annis octo libras. Venit etiam istis diebus de Poelgeest quidam Bernardus nomine ad conversionem, & obtulit Deo & S. Adalberto pro anima sua & animabus parentum suorum domum suam & terram inibi jacentem & singulis annis persolventem undecim uncias. Quidam miles nomine Wilhelmus de familia Comitis Theodorici [e] &c. linquens seculum factus est monachus & obtulit Deo & S. Adalberto jure hæreditario tres [f] integras fiertel & quartam graminis in Lyterdorpe jacentes, insuper & pratum fœnarium ultra [g] Sigodeloch, quantum viginti sex homines in una die falcare possunt, & dimidiam falcationem unius hominis. Dedit etiam domum & duas Hoffstedc. Hujus rei testes sunt Theodoricus Comes & legitima uxor ejus Sophia, Berthulfus Dapifer, Arnoldus de Delfft, Hugo de Munster cum aliis multis. Abbas etiam Walterus vendens cuidam [h] Tyrnoni terram in Alderdorpe qui

d Martam Fris. Aliquid tamen deest.

e etiam Fris.

f integros viertelen Fris.

g Bigodelloeh Fris.

h Threnoni Fris.

locu s

locus modo Huysdune dicitur, libram unam singulis annis persolventem, & recipiens pro eodem quinquaginta sex libras, quibus de suis adjecit triginta libras, & emit terram, quæ Bel dicitur, quam aqua circumfluit, a Francone Comitis Hollandiæ dapifero & fratribus ejus Alnotho & Wilhelmo & matre eorum Ymma. Ad eundem Poel pertinet terra fœnaria, quam simul emit Dominus Walterus Abbas, quantum possunt viginti septem homines in una die falcare. Et multas alias terras & possessiones emit idem Walterus, ut patet ex registro S. Adalberti *A.* primo. Et plures aliæ donationes, quæ tempore ipsius Walteri factæ sunt monasterio Hæcmundensi. Etiam Abbas Walterus ordinavit reditus ad domum infirmorum, ad luminaria ecclesiæ, ad victum pauperum, & etiam pro anniversario suo.

CAPUT XXIII.

De Berwoldo primo & firmo Advocato monasterii Hæcmundensis.

Porro Abbas Walterus monasterii Hæcmundensis habuit plures Advocatos in diversis negotiis & in diversis locis constitutos, scilicet Wernerum Scultetum, Alnericum, Wilhelmum filium Theodorici, Alfricum, Gerardum Scultetum. In Hæcmunda autem pro monasterio suo fuit Advocatus Berwoldus filius Berwoldi. Advocatus enim ecclesiæ dicitur defensor ecclesiæ, ut expedivit Archidiaconus, & Ioannes Andreas in *cap. generali de elect. lib. quinto.* Fuerunt ergo plures Advocati ecclesiæ Hæcmundensis, scilicet quilibet infeodati, nam ad libitum Abbas consuevit accipere pro Advocato suo aliquem virum suum feudalem in negotiis peragendis, nunc istum repellendo, nunc istum acceptando ad voluntatem suam, sed quia specialiter iste Berwoldus Advocatus oportunus auxiliator fuit Waltero Abbati pro reconstructione & renovatione monasterii tam in pecuniis quam in laboribus corporalibus, ideo jam dictus Abbas firmavit eundem Berwoldum in ministerio Advocatiæ donando ei desuper [i] feodum mansum unum, *een Hoeff*, cum sex domibus titulo locationis emphyteoticæ census annuos perpetuo solventibus. Et sic iste Berwoldus propter suum fidele servitium meruit fieri primus Advocatus infeudatus ecclesiæ Hæcmundensis. In illo ergo manso idem Berwoldus Advocatus Hæcmundensis cœpit, ut narratur, construere castellum, quod dicitur [k] *op die Huefft*, prope Egmundam, sed antequam illud ad medietatem expleret obiit. Proinde inconstructum mansit usque ad tempora Dodonis

[i] *in feodum* Fris.

[k] *op de Hueff* Fris.

Origo Comitum de Egmont.

Advocati filii sui, ut postea dicetur, & quia iste dicebatur Advocatus Hæmundensis, ideo posteritas ejus sumpsit sibi cognomen de Egmunda, de qua processerunt postea milites de Egmunda vocati, qui & tandem obtinuerunt dominium de Egmunda, sicut inferius in processu totius libri apparebit. Iste Berwoldus fuit filius Berwoldi, filii Dodonis, filii Wilhelmi, filii Dodonis primi, filii Rathbodi, filii Wolbrandi occisi a Francis in adventu primi Comitis Hollandiæ, qui Wolbrandus, ut asserunt Domini Hæmundenses, fuit frater Gerbrandi filii Rathbodi primi Domini inferioris Frisiæ, filii Altgilli Regis, filii Rathbodi Regis Frisonum, sed utrum domini Egmundenses ista probare possunt indagare non potui, sed apertissimum est eos descendisse de prædicto Berwoldo Advocato, ut patebit. Porro hujus Berwoldi frater dicebatur Berwoldus junior occisus a Fresonibus anno Domini millesimo centesimo decimo quarto, sed bellum in quo occisus est in Chronicis ignoratur. Is etiam Berwoldus Advocatus genuit inter alios filios Dodonem sibi succedentem Advocatum, Alardum de Egmunda militem, Theodoricum, Berwoldum, & Werenboldum. Porro Alardus iste, quia fortis viribus fuit, factus esse creditur miles a Florentio Comite Hollandiæ decimo, & cognominabatur de Egmunda, quia fuit filius Advocati Egmundensis. Occisus est autem in Schagen a Frisonibus anno domini millesimo centesimo l vigesimo octavo, ut patet in Chronicis Hollandiæ. Reliquit autem iste Alardus post se filium suum Walterum nomine militem de Egmunda, cognominatum *de quade Wouter*. Hic Walterus post Dodonem Advocatum fuit factus Advocatus Hæmundensis. Itaque Berwoldus Advocatus & Dodo filius ejus non inveniuntur fuisse milites, ut patebit ex pronuntiatione Florentii Comitis Hollandiæ decimi, ut dicetur sub Abbate sequenti.

l sexagesimo Fris.

CAPUT XXIV.

De privilegio exemptionis monasteriorum m *Hæmundensium & Reynsburgensium.*

m Egmundens. & Reynsburg. Fris.

Anno Domini millesimo centesimo trigesimo octavo Theodoricus Comes Hollandiæ nonus Hierosolymam proficiscens ac anno sequenti versus Italiam revertens domini Papæ præsentiam adiit, ubi sub annuali tributo quatuor solidorum Frisingensium beato Petro tam Egmondense monasterium quam Reynsburgense obtulit cœnobium, n quod sui progenitores a fundamentis superædificarunt, & regalibus prædiis multum honorifice dotaverunt, dominus autem Papa Innocentius hujus nominis secun-

n quæ Bockenb. Fris.

secundus ex tunc eadem veneranda loca cum suis possessionibus habitis & habendis in proprietatem Romanæ ecclesiæ accepit, & ea sub speciali libertatis privilegio & exemptionis communivit per Bullam specialem in hac forma: Innocentius *episcopus servus servorum Dei dilecto filio Waltero* o *Haemundensis monasterii Abbati ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Nobilis vir Theodoricus Comes de Hollandt Hierosolymam proficiscens nostram præsentiam adiit, inter cætera vero, quæ secum de morum correctione & suæ vitæ institutione contulimus, idem illustris vir tam vice suæ quam etiam Petronillæ Comitissæ matris suæ Egmundense monasterium atque etiam Reynsburgense beato Petro Apostolorum Principi devotionis intuitu proprietario jure obtulit, atque contradidit. Et nos igitur quorum præcipue interest jura ejusdem cœlorum clavigeri specialiter defensare, eadem venerabilia loca in proprietatem atque protectionem S. Romanæ ecclesiæ suscepimus, eaque cum omnibus suis pertinentiis præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut quascunque possessiones, quæcunque bona, tam in ecclesiis, quam in decimis, terris, vineis, atque silvis, pascuis, aut aliis quibuscunque, eadem monasteria in præsentiarum juste & canonice possident, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, aut aliis justis modis Deo propitio poterunt adipisci, firma* p *nobis & in perpetuum illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfata monasteria temere perturbare, eorum possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Ad indicium autem quod eadem monasteria B. Petri juris existant singulis annis tam tu quam successores tui quatuor solidos Frisingenses monetæ nobis nostrisque successoribus census nomine persolvetis. Siqua sane ecclesiastica secularisve persona hujus nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire præsumpserit, secundo tertiove commonita, si non reatum suum congrua satisfactione correxerit, a sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini Redemptoris Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem iisdem locis jura sua servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen, Amen. Bene valete. Ego Innocentius Catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi. Ego Conradus Sabinensis episcopus subscripsi. Ego Gerardus presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem subscripsi. Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii subscripsi. Ego Michael presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in* q *Licinia subscripsi. Ego Albertus Albanensis episcopus subscripsi. Ego Lucas Presbiter Cardinalis*

o *Egmundensis.*

p *vobis in perpetuum & illibata* Friſ.

q In Chron. Holl. *lib.* 17. *cap.* 19. rectius *in Lucina.* In Friſic. occurrit neutrum.

lis tituli SS. Iohannis & Pauli subscripsi. Ego Albertus Hostiensis episcopus subscripsi. Ego Georgius Diaconus S. Angeli subscripsi. Data Lateranis per manum Americi Theodorici S. Romanæ ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii pridie Calendas Martii, indictione tertia, incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo trigesimo nono, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ secundi anno duodecimo. Harbertus vero episcopus Trajectensis hoc privilegium postmodum anno Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio veniens ad Hæcmundam in eadem ecclesia tanquam executor hujus gratiæ legi fecit, & quantum in eo fuit per patentes suas literas roboravit. Insuper idem episcopus fratribus monasterii Hæcmundensis concessit, ut essent in omnibus vel quæ emunt vel quæ vendunt ædificiis monasterii vel suis usibus necessaria in civitate Trajectensi, r ceu cunctis locis ejus ditioni subjectis, a thelonaria exactione omnino liberi. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo obiit Iohannes de antiquis temporibus, qui fuit Pincerna & filius Caroli Magni & habebat annos CCCLXI. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo secundo perfectum est templum in Egmunda a Domino Waltero Abbate octavo.

r *seu* Fris.

CAPUT XXV.

De quibusdam gestis ejusdem monasterii & obitu Domini Walteri Abbatis.

Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo tertio Nonis Octobris dedicatum est templum in Hæcmunda ab Harberto Trajectensi episcopo in honore beatæ virginis Mariæ, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, Bartholomæi, & Confessoris S. Adalberti, præsentibus Theodorico Comite Hollandiæ nono, ejusdemque venerabili conjuge Sophia Comitissa, & populo infinitæ multitudinis, tanta præparatione necessariorum a Domino Waltero Abbate prævisa, ut qui præsentes fuerunt nunquam tali dedicationi interfuisse testentur. Eodem vero die consecrata sunt ab eodem episcopo duo altaria, unum principale, & aliud australe. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo septimo Arnoldus Archiepiscopus Colonienſis concessit monasterio Hæcmundensi libertatem & exactionem de theloneo in Andronatia, f Nutia, & Colonia. Anno Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo sexto Calendas Martii consecrata adhuc sunt duo altaria a domino Hartberto Trajectensi episcopo unum quidem in honore sanctæ Crucis in medio ecclesiæ, aliud vero in honore S. Iohannis Evangelistæ in boreali parte ecclesiæ. In hoc altari con-

f *Nussia.*

continentur hæ reliquiæ Sanctorum Cornelii, Cypriani, Mauritii, Hermetis, Gengulphi, & Ypoliti martyrum, item [f] Gervatii, Germani, & Godehardi episcoporum, item Benedicti Abbatis, sanctorum Gertrudis & Pantulæ virginum, & de capillis S. Mariæ Magdalenæ, & reliquiæ S. Petri Apostoli, Laurentii, Vincentii, Sixti Papæ & Pancratii [t] martyrum, Severi episcopi & Confessoris, Beatæ Mariæ Magdalenæ, & Ceciliæ virginis, de tunica Domini, de Cruce S. Andreæ Apostoli, & de spinea corona Domini nostri Iesu Christi. Theodoricus itaque Comes nonus cum legitima conjuge sua Sophia pro censu sibi debito a Wilhelmo de Haerlem, Maxilla cognomento, accepit terram in agris & pratis fœnariis jacentem in parochia Velserenburch & persolventem in unoquoque anno viginti septem uncias, & dedit eandem terram S. Adalberto jure hereditario possidendam. Idem Comes cum conjuge sua obtulit S. Adalberto ad luminaria ecclesiæ ejus sextum mansum, qui jacet in loco Gelda nominato. Etiam dedit sancto Adalberto duos mansus & unum *fiertel* non longe jacentes a rivulo, qui vocatur Lodegrave. Prædictus etiam Comes cum conjuge sua obtulit ad altare in honorem sancti Iohannis Evangelistæ consecratum calicem argenteum & omnia sacerdotalia vestimenta & altaris linteamina. Ad ipsum altare celebratur omni die absque præcipuis festis missa pro animabus parentum, fratrum, & sororum, & filiorum & filiarum ipsorum, & omnium fidelium defunctorum. Qui etiam emerunt terram ab uxore cujusdam Gerbrandi de Villa, quæ dicitur ecclesia S. Agathæ, ibidem jacentem, solventem omni anno tres libras & quatuor uncias, ex quibus unam libram constituerunt ad luminaria ejusdem [v] ecclesiæ, scilicet ut singulis diebus & noctibus ardeat ibi lumen, & in anniversario Comitum & Comitissarum ibidem jacentium quatuor cerei ad vigiliam & missam. Reliquas duas libras & uncias quatuor constituerunt fratribus ad charitatem ter in anno quamdiu vixerint, videlicet sexto Calendas Maji & septimo Calendas Augusti, cum vero obierint in anniversariis suis, & in die qua agitur memoria omnium fidelium animarum, & in omnium anniversariis Comitum & Comitissarum. Obtulerunt etiam pro anima filii sui Peregrini [x] septem libras & dimidiam, quibus empta est terra annue quatuordecim uncias solvens in [y] Almaer, a Reinwardo monetario duas uncias & dimidiam in Gheest, quatuor & dimidiam in prato Præpositi, ab Everhardo cognomento Kempen tres uncias in Kempenhage juxta mare, ab Everhardo cognomento Schencken quatuor uncias super Gheest. Ex his octo unciæ constitutæ sunt ad caritatem Fratrum, & sex ad vestes pauperum. Porro Berwoldus Advocatus Egmundensis creditur obiisse circa annum

[f] *Servatii.*
[t] *martyris* Fris.
[v] *altaris* Fris.
[x] XII Fris.
[y] *Alcmere* Fris.

Domini milleſimum centeſimum quinquageſimum octavum, ſecundum aliquos ſexageſimum ſeptimum, relinquens poſt ſe inter alios filios Dodonem Advocatum Egmundenſem filium ſuum. Itaque Walterus Abbas Hæcmundenſis emit a Goeſuino filio Ludolphi de Adrichem pratum fœnarium unius virgæ, quod ſitum eſt in Weſtbrueck juxta fœnariam terram Comitis noſtri. Tandem anno Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo primo ipſe Dominus Walterus Abbas Hæcmundenſis octavus, memoria dignus, poſt renovationem Ordinis & ſtatus Hæcmundenſis cœnobii, poſt conſtructionem & ornatum templi, poſt clauſtri & omnium officinarum reædificationem, poſt factam de parvo numero fratrum magnam congregationem, obiit quarto Calendas Decembris, cum præfuiſſet eccleſiæ Hæcmundenſi annis triginta & uno, menſibus duobus, diebus viginti, & ſub lapide in medio Capellæ beatæ Virginis, quam ipſe conſtruxerat præter cæteras monaſterii officinas, ſepultus quieſcit in Chriſto. Cui id extat epitaphium:

Ordo loci, facies domus hæc, lingua reticente,
Et res aucta docent, quem lapis iſte tegit.
Ad ſummum moriens hæc ſublimarat ab imis.
Quantum, cum cecidit, heu! caput occubuit.
Grex paſtore, domus Domino, plebs orba Patrono
Walterum luget vix habitura parem.
Lux corpus terris animam quoque reddidit aſtris
Illa Calendarum quarta Decembris erat.
Siſte gradum, lege quisquis ades, memor eſto ſepulti,
Cum pateant veris quæ legis indiciis.

Tempore iſtius Walteri facta fuit reſignatio multarum eccleſiarum ab Abbate & conventu Epternacenſi Theodorico Comiti Hollandiæ nono & Sophiæ conjugi ſuæ in hac forma verborum. *In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, Filii, & Spiritus ſancti ad notitiam tam præſentium quam futurorum pervenire volumus, Quod ego Gerardus Epternacenſis eccleſiæ quamvis indignus vocatus Abba, & univerſi ejuſdem eccleſiæ fratres per manum Advocati noſtri* Henrici, *quicquid juris habuimus in eccleſiis & earum appendentiis, quarum hæc nomina ſunt, Flerdinge, Kerckwerve, Velſerburch, Heyligelo, Putam, Hariche, Schi, Rinesburgh, Warmunde, Leythemuthe, Rinſatwalt, Aſleterwalt, Agathenkerka, Tmazankerka, Aſcamannaſdelſt, Sparnereſwalt, Sloten, Egmunde, Alckmere, Schirmere, Miſnem, Wegnem, Alterndorpe, Vreule, Honorabili viro Theodorico Hollandenſium Comiti & conjugi ſuæ Sophiæ nobili Comitiſſæ, eorumque ſucceſſoribus, omni queri-*

querimonia proinde sopita perpetualiter libere dedimus, ipse vero Comes & Comitissa una cum filio eorum Florentio pro salute animarum suarum omniumque parentum suorum Epternacensi ecclesiæ ad usus fratrum inibi Deo servientium centum viginti mensuras terræ in insula quæ vocatur [z] Schaden eodem jure & libertate, qua Comes illas obtinuit, contulerunt. Sunt autem hi termini ejus: in orientali & aquilonari parte omnis terra proxima, ad meridiem versus Florentii de Vorrau; in latere occidentali est aqua, quæ dicitur Hildehereschе, ubi etiam & exitus ejus. Ut autem hæc nostra conventio in posterum rata permaneat, in Capitulo nostro assensu Fratrum banno confirmavimus, & præsentem paginam sigillo sancti Willebrordi & nostro signavimus. Siquis autem eam infringere præsumpserit, iram omnipotentis Dei & S. Willebrordi omniumque simul sanctorum incurrat, & quoad resipiscat a corpore & sanguine Domini alienus fiat, quodque tentaverat, nunquam perficiat. Hi sunt testes de Fratribus, Theofridus Decanus, Athalbertus, Walsteynus, Reynboldus, Wilbrandus, Conradus, Walterus, Otto, Lambertus. De liberis, Elias de Vienna, Theodoricus de Elle, Volckmannus de Arendroch. De clericis, Hartmannus de monte S. Petri, Godefridus de Mominthorum, Humbertus. De ministerialibus Cono de Bollantdorp, Winterus de Bollantdorp, Winricus, Wernerus exactor de Epternaco, Garsilius de Elre, Marcwardus de [a] Oswithre. Winterus de Sura. Acta anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo quinquagesimo sexto, indictione quarta, regnante Frederico Imperatore anno ordinationis ejus quinto, imperii vero secundo. Actum est Epternaci præsente Domino Waltero Hæcmundensis ecclesiæ Abbate, & tunc temporis ad hoc confirmandum Theodorici Hollandensium Comitis legato una cum ejusdem Comitis Cappellano Theobaldo, in Dei nomine feliciter Amen. Suprascriptus chirographus sigillatus fuit cum duobus sigillis de [b] cera alba, & primum sigillum est rotundum continens imaginem cum diademate in capite & libro in manibus, & superscriptionem S. Willibrordus, secundum sigillum est oblongum continens imaginem Abbatis & superscriptionem, Gerardus Dei gratia Epternacensis Abbas. Etiam super sigilla ad inferiorem extremitatem superscriptæ literæ superior medietas istarum literarum continebatur chirographus confirmationis. Obiit autem idem Walterus Abbas Hæcmundensis quarto Calendas Decembris, ut supra dictum est. Omnia patent in registro magno [c] sancigineo *A.* III. *fol.* 21. *&c.*

z Scholden Bockenb.

a Oswilre Fris.

b arra Fris.

c francigeneo. Fris.

CAPUT XXVI.

De Wiboldo Abbate nono & discordia inter eum & Dodonem Berwoldi Advocatum Egmundensem.

Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo primo sepulto Waltero Abbate successit ei Wyboldus nonus Abbas monasterii Hæcmundensis. Anno Domini millesimo centesimo sexagesimo octavo factum est prælium in Schagen, in quo cum cæteris militibus occiditur a Frisonibus Alardus de Egmunda pater Walteri militis de Egmunda dicti patrio sermone die quade[d] Monster. Anno Domini millesimo centesimo septuagesimo tertio consecrata est in Hæcmunda Capella altaris S. Michaelis Archangeli & Sancti Nicolai Episcopi a D. Raymundo Ypponensi episcopo suffraganeo Trajectensi. Hujus igitur Wiboldi Abbatis anno secundo scilicet anno Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio Nonis Augusti magnificus Comes Hollandiæ Theodoricus in pace quievit, postquam Comitatum XXXVI. annis strenue gubernasset, & sepelitur in Hæcmunda in boreali parte ecclesiæ infra templum monasterii Egmundensis, cui antea impetraverat exemptionis privilegium. Eo defuncto successit ei Florentius filius ejus, decimus Comes Hollandiæ, qui Florentius Comes mittens ad Scotorum regnum Wiboldum Abbatem Hæcmundensem, cum decenti comitiva, duxit in uxorem Adam filiam præpotentis Regis Scotorum, de qua genuit Theodoricum sibi succedentem Comitem Hollandiæ undecimum, Wilhelmum Orientalis Frisiæ Comitem primum, & deinde etiam Hollandiæ duodecimum, Florentium Præpositum majorem in Trajecto, Robertum Præsidem Kennemariæ, Beatricem, Elisabeth, Adelheydim, & Margaretam Comitissam Cliviæ. Porro temporibus ejusdem Wiboldi Abbatis Dodo filius Berwoldi Advocati supradicti voluit se gerere defuncto patre suo pro Advocato Hæcmundensi firmo, quod Abbas jam factus cum toto suo Conventu admittere renuit, unde & dicta discordia diu inter eos duravit, primusque cœpit monasterium molestare, ac bona ejus occupare. Tandem elapsis multis annis prædictæ partes in arbitrium Florentii Comitis Hollandiæ decimi compromittunt, qui Florentius Comes anno Domini millesimo centesimo sexagesimo quarto fecit sequentem pronuntiationem inter monasterium Hæcmundense ex una parte, & Dodonem filium Berwoldi ex altera super Advocatia monasterii Hæcmundensis sub hac forma: *Notum sit omnibus hominibus Christi fidelibus, quod* Florentius *Comes Hollandiæ decimus filius Theodo-*

rici

[d] *Wouter Fris.*

rici noni Comitis intuitu divinæ remunerationis diremit & composuit litem, quæ erat inter ecclesiam Hæcmundensem & Dodonem filium Berwoldi, illo asserente quod Advocatia & jus totius Abbatiæ suum esset feodum, & Conventu hoc negante, Decrevit ergo Comes consilio Principum & Nobilium suorum, & coram magna frequentia hominum promulgavit, quod Comes Hollandiæ solus sit legitimus Advocatus ecclesiæ Hæcmundensis, & quia in minoribus ecclesia Advocato carere non potest, ideo palam determinavit, ut quem Comes terræ & Abbas ecclesiæ communi consensu elegerint, ille sit Advocatus; & Advocatiam non ex beneficio sed ex condicto tamdiu teneat, quamdiu utile videtur Abbati & Comiti. Hujus rei testes fuerunt omnes fratres Hæcmundenses, Balduinus frater Comitis, Albuinus & Hugo Capellani, Luso medicus, Florentius de Voern, & frater ejus Theodoricus. Isbrandus de [t] *Harlem, & frater ejus Gerardus, Simon, Galo, & frater ejus Nicolaus, Wilhelmus de Theylingen, Albertus Banjart, Costinus de Mule, Gerbrandus & frater ejus Eylgerus, Everhardus, Theodoricus, Alardus, Hugo de Ackersloot, & alii quamplures. Gesta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis millesimo centesimo septuagesimo quarto, indictione septima, quinto nonas Octobris.* Cum ergo ex electione Dodo iterum ad officium Abbatiæ assumptus esset, consummavit ædificando castrum in manso suo, & vocatur vernacula lingua op die Heuft usque in præsentem diem. Tandem Abbas Wyboldus obiit anno Domini millesimo centesimo septuagesimo sexto, sexto Idus Octobris, & post mortem ejus vacavit Abbatia annis quatuor, & tanta tempestas fuit post mortem ejus, ut vix aliquis majorem meminerit.

[t] *Haerlem* Fris.

CAPUT XXVII.

De Lamberto Abbate decimo.

Anno Domini millesimo centesimo octuagesimo factus est Lambertus decimus Abbas venerandus in monasterio Hæcmundensi. Hic prius fuit monachus in Gandavo. Duobus tantum annis regiminis officium tenuit. Anno vero millesimo centesimo octuagesimo secundo secundo nonas Maji obiit. Hujus Lamberti & prædecessoris sui Wiboldi epitaphia ac sepulchra ignorantur. Tempore vero istius Abbatis Florentius Comes Hollandiæ & Zelandiæ & Dominus Frisiæ fecit ad terram sanctam & montem Syon suam primam profectionem cum Philippo Comite Flandriæ, Alsariæ, [v] Artheſiæ, & Wieremanniæ, Petro de Bueren fratre Philippi Comitis Flandriæ consanguineis ejusdem Florentii, & cum Theobaldo Comite Ardennæ, & Wilhelmo Comite Hannoniæ, &

[v] *Artheſii & Viermanniæ* Fris.

cum cæteris multis Baronibus & Militibus externis prædictorum Principum, qui laudabiliter triumphantes redierunt ad propria.

CAPUT XXVII.

De Francone Abbate undecimo.

Anno Domini milleſimo centeſimo octuageſimo ſecundo quidam venerabilis Pater Franco dictus eligitur undecimus Abbas Hæcmundenſis & confirmatur. Hic imitator Domini Walteri quondam Abbatis Hæcmundenſis multas poſſeſſiones emit, ut patet in regiſtro S. Adalberti, & plures ſtructuras ædificiis Domini Walteri adjecit. Anno igitur Domini milleſimo centeſimo octuageſimo octavo, decreto Alexandri Romani Pontificis innumerabilis exercitus Chriſtianorum verſus Hieroſolymam proficiſcitur, cujus Capitanei Principes erant Fridericus Romanorum Imperator, Philippus Rex Franciæ, Richardus Rex Angliæ, Fredericus dux Sueviæ, Conradus dux Auſtriæ, Florentius Comes Hollandiæ cum Wilhelmo filio ſuo, Philippus Comes Flandriæ, Otto Comes Gelriæ cum aliis magnatibus multis, & proceribus infinitis. In illa ergo profectione ſive itinere obiit poſt multas victorias Florentius hic Comes Hollandiæ, & ſepultus in Antiochia in Baſilica ſancti Petri apud tumbam Imperatoris, quo defuncto Theodoricus hujus nominis ſeptimus filius ejus effectus eſt undecimus Comes Hollandiæ, ducens in uxorem Adelheidim filiam Theodorici Comitis Cliviæ, de qua duos excellentis formæ ſuſcepit filias videlicet Adelheidim & Adam. Tandem & Wilhelmus frater ejus de terra ſancta rediit & fuit Comes Orientalis Friſiæ. Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo nono conſecratum eſt altare Capellæ, quæ Paradiſus dicitur, in Hæcmunda a Domino Brunwardo epiſcopo Suffraganeo Trajectenſi in honorem S. Michaelis Archangeli, S. Nicolai, S. Jeronis martyris. Anno milleſimo ducenteſimo obiit Dodo filius Berwoldi Advocatus Hæcmundenſis monaſterii, & quia creditur ſine liberis obiiſſe ſucceſſit ei Walterus hujus nominis primus de Egmunda miles in Advocatia ptædicta, filius videlicet Alardi de Egmunda occiſi in Schagen a Friſonibus, ut patet ſupra. Hic Walterus de Egmunda miles cognominatus die quade Wouter, qui genuit ex uxore ſua Wilhelmum ſibi ſuccedentem & Gerardum milites. Anno Domini milleſimo ducenteſimo obiit apud Dordracum Theodoricus Comes Hollandiæ undecimus ſine filiis & ſepelitur in Hæcmunda, in Capella S. Stephani. Poſt cujus mortem Ludovicus Comes Loſſenſis habens in uxorem Adam filiam ipſius

Theo-

Theodorici occupavit totam Hollandiam, sed Wilhelmus Comes Orientalis Frisiæ frater prædicti Theodorici Comitis auxilio Florentii Præpositi majoris ecclesiæ in Trajecto fratris sui, Ottonis Comitis de Benthem patrui sui, Johannis Burchgravii Leydensis, Philippi de Wassenaar, Simonis de Haerlem, Wilhelmi de Teylingen, Johannis de Ryswyck, Walteri de Hæcmunda, & Alberti Banjart militum eundem Comitem Lossensem de Hollandia profugavit, & ipse efficitur duodecimus Comes x de Hollandia, habens in uxorem filiam Ottonis Comitis Gelriæ, Adelheidim nomine, de qua genuit Florentium sibi succedentem Comitem, Ottonem Trajectensium Pontificem, Wilhelmum præsidem, Adam Abbatissam Rynsburgensem, & Richardam domicellam de Delf. Porro Theodoricus octavus Dominus de Brederode habuit in uxorem Adelheidim, filiam prædicti Comitis Hollandiæ, de qua genuit Alferdum patrem Wilhelmi Principis militiæ Wilhelmi Regis Romanorum Comitisque post Hollandiæ. Porro hic Theodoricus octavus Dominus de Brederode fuit filius Wilhelmi, filii Florentii, filii Wilhelmi, filii Theodorici, filii Wilhelmi, filii Theodorici, filii Syphridi, filii Arnulphi tertii Comitis Hollandiæ. Franco vero Abbas Hæcmundensis obiit anno Domini millesimo ducentesimo sexto, quinto nonas Octobris, & sepultus est ante australem januam chori sub sarcophago in sepulchro Bertoldi postmodum Abbatis, cujus hoc est epitaphium.

x Hollandiæ Frisiæ.

Porta, chorus, turris, domus ægris structa, supellex
Plurima, campana, paradys, res hic satis aucta
Franconis studio, sunt hæc meritoria vitæ,
Qui quinto Nonas Octobris carnis amictum
Corruptum posuit, incorrupte renovandum
Anno milleno bis centeno quoque seno.

Porro hic Walterus de Hæcmunda captivavit una dierum monachum quendam monasterii Hæcmundensis, & tamdiu eundem in vinculis tenuit, quousque ab eo quandam pecuniæ summam extorsisset.

CAPUT XXIX.

De Lubberto Abbate duodecimo & infeudatione Wilhelmi de Hæcmunda militis.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexto mortuo Francone Abbate, Spiritus Sanctus invocatur, & eligitur Lubbertus hujus nominis primus de Ryswyck, & fit Abbas Hæcmundensis duodecimus. Huic Lub-

berto Abbati Wilhelmus Comes Hollandiæ duodecimus dedit & suo monasterio Hæcmundensi terras & decimas de Stierland inter Bergam & Alcmariam, & desuper literas sigillatas in præsentia Wilhelmi de Theylingen. Simonis de Haerlem, Isbrandi de Haerlem, Iacobi Burchgravii Leydensis, Arnoldi de Ryswyck, Wilhelmi de Hæcmunda, Florentii de Weert, Iacobi de Ryswyk militum. Anno Domini millesimo ducentesimo decimo Innocentius Papa tertius dedit monasterio Hæcmundensi privilegium circa moderationem generalis interdicti in hac forma. *Innocentius servus servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Hæcmundensis monasterii Salutem & Apostolicam benedictionem. Devotioni vestræ quam accepimus in Religionis honestate florere, volentes facere gratiam specialem, authoritate præsentium indulgemus, ut cum generale fuerit interdictum terræ liceat vobis non pulsatis campanis, clausis januis, exclusis excommunicatis & nominatim etiam interdictis, submissa voce divina officia celebrare, ac fratres vestros ecclesiastice tradere sepulturæ. Datum Ferentium 16. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno decimo octavo.* Circa hæc tempora, hoc est, anno Domini millesimo ducentesimo octavo obiit Walterus de Egmunda miles, decimo tertio die mensis Septembris, postquam vixisset annos quadraginta, & sepelitur in Hæcmunda, primusque etiam reperitur Hæcmundensi Calendario inscriptus, & fuit Pater Wilhelmi & Gerardi militum in Hæcmunda, cui successit Wilhelmus senior filius. Hujus ergo Wilhelmi de Egmunda militis uxor dicta est Badeloch, ex qua genuit Gerardum militem sibi succedentem. Porro idem Wilhelmus de Egmunda miles anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo accepit infeudationem super Advocatia monasterii Egmundensis, & super reliquis bonis suis feodalibus ab Abbate Lubberto, sine tamen consensu conventus, & desuper literas hanc formam continentes: *In nomine Domini ego Lubbertus Dei permissione Abbas in Hæcmunda scire volo tam posteros quam præsentes, quod ego fideli meo Wilhelmo Advocato Egmundensis ecclesiæ Advocatiam & cuncta bona feodalia, quæ ipse de ecclesia nostra tenet, sub hac forma contuli, quod si idem Wilhelmus sine filio legitimo decesserit, filia sua major natu prædictam Advocatiam cum prædicto feudo percipiat, quod si nec filiam legitimam habuerit, frater suus senior legitimus successor in eadem Advocatia & eodem feodo y constituatur, universique heredes in præfata bona legitime successuri hoc eodem jure in eisdem bonis tenendis, quo concessa sunt prænemorato Wilhelmo, perpetuo potiantur. Porro ne contra sæpedictum Wilhelmum vel suos successores aliqua possit calumnia super hac donatione in posterum oriri, præsenti pagina sigillo meo roborata factum hoc dignum duxi & utile confirmare. Testes affuerunt Isbrandus de Lane,*

y statuatur Fris.

Hen-

Henricus de Heyligelo, Gerbrandus de Alcmere, Albertus Uuyttenhage, Berwoldus Friſo. Actum Dominicæ incarnationis anno milleſimo ducenteſimo decimo tertio. Attamen non obſtantibus iſtis hic Wilhelmus multum diſcordavit cum eodem Abbate de prætactis ut ſequitur [z] poſt Comitum Hollandiæ & Principum & heroum aliquot epitaphia in monaſterio Hæcmundenſi quieſcentium *fol. L. annalium 33.*

z Abſunt verba hæc a Friſic.

CAPUT XXX.

De controverſia inter dictum Lubbertum Abbatem & Wilhelmum de Egmunda.

Porro Wilhelmus de Egmunda miles nolens feodo ſuo eſſe contentus cœpit ſibi vindicare omnem juriſdictionem inter [a] Amerſweet & Winnemerſweet, & ad majorem ſe extendens injuriam dicebat ſui juris eſſe, ſi monachi pugnarent in clauſtro, hoc judicare & corrigere, manſionarios & miniſteriales eccleſiæ, & etiam famulos Abbatis, [b] coquos, piſtores, & braxionarios ſuo judicio ſtare cœgit, interdicens eis, ne fratribus, ſicut conſueverant, ſervirent aliquo modo. Unde die quadam cœpit Wilhelmus ſedere pro tribunali in facie eccleſiæ, & dictos ſervos eccleſiæ manſionarios & miniſteriales Abbate & Conventu nolente & contradicente convocavit ad ſuum judicium. Abbas vero & omnis Conventus exierunt ad locum, ubi ipſe Wilhelmus ſuam ſtatuerat ſedem, & ſublata Cruce præcepit omnibus miniſterialibus ſub obtentu omnium bonorum ſuorum, ne ejus ſtarent judicio. Qui omnes e veſtigio receſſerunt, & remanſit Wilhelmus ſolus cum ſuis. Qui de contemptu & rubore ſibi [c] allato vehementer iratus omnium miniſterialium eccleſiæ oves, boves, & pecudes ad ſuam vi fecit adduci domum, & Abbati in ſuum minatus eſt ſanguinem, opprobrioſa & contumelioſa verba monachis loquendo. Et ab illo tempore cœpit Wilhelmus Abbati & monachis graves minas inferre & inſidias ponere. Super tam gravi oppreſſione & ruina cœpit Abbas vocare nobiliores feudatarios eccleſiæ, quærens ab eis conſilium & auxilium, quomodo ſpolia miniſterialium recuperare, & tantæ violentiæ reſiſtere valeret, quorum auxilio miniſterialibus eccleſiæ ſua pecora reſtituta ſunt. Interea temporis dum hæc agerentur defuncta eſt quædam mulier Tetta nomine, cujus hereditas ad eccleſiam Hæcmundenſem pertinebat. Miſit ergo Abbas duos monachos ſacerdotes in domum defunctæ mulieris, propter conſervationem bonorum, ne aliquo modo diſtraherentur, quos Wilhelmus ruptis eorum cucullis armata manu & violenta ejecit. Super [d] quo ſacrilegio facto ad inſtantiam Abbatis & Conventus vocatus eſt Wilhel-

a *Aremerſweet*, Friſ.

b *cocos* Friſ.

c *illato*

d A Friſic. abeſt *quo*

mus ad audientiam Ottonis Trajectenſis electi, qui die conſtituto comparuit. Voluit tunc Abbas violentam ejectionem & manuum impoſitionem in monachos ſuos prout canonica dictarat authoritas ſtatim probare. Wilhelmus contra ea excepit dicens ſuam purgationem ſuſcipiendam. Dictavit proinde iniqua ſententia magis Wilhelmi expurgationem ſuſcipiendam eſſe. Super qua iniqua ſententia & aliis plurimis injuriis & oppreſſionibus, & maxime ſuper Advocatia dicti monaſterii, quam ſibi Wilhelmus contra libertatem eccleſiæ injuſte & violenter pro feudo uſurpavit, ad Sedem Apoſtolicam appellavit, perſonam ſuam & monachorum ſuorum, res & homines ſui monaſterii ſub tutela Apoſtolicæ protectionis ſupponendo, & a judicio dicti Electi diſceſſit. Wilhelmus hanc appellationem parvipendems convocavit cognatos & amicos ſuos, armataque manu Abbatem, & monachos, homines miniſteriales eccleſiæ quotidie inquietare & impugnare non ceſſabat. Abbas e contra convocatis nobilioribus feodatariis eccleſiæ, & ſuis etiam conſanguineis, pro defenſione vitæ ſuæ & ſuorum, quocumque eſſet eundum, cum armatorum multitudine divertens, gravi labore & expenſis maximis dicto Wilhelmo quantum potuit reſtitit. Duravit autem hæc guerra, donec Nuntius Abbatis ab Roma revertitur. Obtinuerat dictus Nuncius Abbati a Sede Apoſtolica judices ſuper violenta manuum injectione in monachos Decanum S. Mariæ ad gradus, Magiſtrum Henricum Raſonem in Colonia. Scripſit etiam Dominus Papa per eundem Nuntium nobili viro Wilhelmo Comiti Hollandiæ duodecimo, cum ipſe non dubitaret Hæc mundenſe monaſterium ſpecialiter beati Petri juris exiſtere, & immediate pertinere ad eandem Sedem Apoſtolicam, injungendo ei in remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, ne dictum monaſterium per ſemet ipſum in rebus aut perſonis quocunque modo turbaret, & quantum in ipſo erat turbari aut moleſtari pateretur a nemine. Comes vero de tanta indulgentia gaviſus differentiam inter Abbatem & Wilhelmum ſuſpendit tam Abbati quam Wilhelmo diem præfigendo ad ſex ſeptimanas, ut ipſo pro tribunali ſedente uterque pro ſuo jure aſtaret. Hunc diem acceptavit Wilhelmus. Abbas vero ſuper injuria Advocatiæ in omnibus, quæ forum civile requirunt, ipſam diem acceptavit. Dicto igitur die utraque parte præſente ſedit pro tribunali Wilhelmus Hollandiæ Comes, quem ante omnia rogabat Abbas, quatenus aliquem ſuo loco judicem ſiſteret, & cauſas injuriæ monaſterii ſui tanquam Advocatus contra Wilhelmum allegaret. Quæſivit e veſtigio Comes in ſententia, *Si hoc ſalvo jure partis utriuſque facere poſſet.* Dictavit ſententia hoc eſſe licitum, & de jure deberet eo quod eſſet Advocatus eccleſiæ. Sedit itaque

que pro tribunali quidam miles Theodoricus Boekell nomine. Proposuit Wilhelmus Comes pro Abbate & ecclesia Hæcmundensi, quod Wilhelmus de Hæcmunda temerario ausu & minus juste sibi usurparet Advocatiam & jurisdictionem inter Aremersweet & Winnemersweet, & ministeriales & mansionarios ecclesiæ & etiam famulos Abbatis convocasset & coegisset ad suum judicium, & suum servitium; & quod gravius est & hactenus inauditum monachos stare suo judicio attentavit. Wilhelmus super hoc habito consilio respondit Advocatiam & omnia prædicta suum esse feodum, & sui juris non esse de feodo suo ibi respondere. Abbas extemplo & constanter negavit ipsum esse Advocatum, dicens ecclesiam Hæcmundensem nunquam ullum habuisse Advocatum præter Comites Hollandiæ. Sic orta est discepratio inter Comitem Hollandiæ & Wilhelmum de Egmunda super Advocatia. Petivit Comes per sententiam declarari, cum sui progenitores ecclesiam Hæcmundensem fundassent, ditassent, & jam nunc Abbas & Conventus eum pro Advocato Hæcmundensi recognoscerent & haberent, si Abbas sine consensu & voluntate sua suam Advocatiam alicui posset conferre vel donare. Dictavit sententia quod nec Abbas nec Conventus sine consensu Comitis, nec Comes sine consensu Conventus & Abbatis ipsam Advocatiam alicui in feudum posset conferre. Wilhelmus e contra respondit, licet hoc esset sententiatum, quod non admitteret, quod Advocatia monasterii sui juris esset, & suorum progenitorum fuisset, nisi hoc manifeste probaret. Comes Wilhelmus abunde respondit e vestigio se velle probare per se & duos nobiliores Hollandiæ, quod dicta Advocatia sui juris esset & suorum fuisset. Cujus probationi Wilhelmus de Hæcmunda detulit. Dictavit sententia, ex quo Wilhelmus Comitis probationi detulisset, ipsum Comitem pleno & integro jure esse Advocatum ecclesiæ Hæcmundensis. Petivit ergo Comes jam probatus Advocatus ecclesiæ omnem expensam, omne damnum a Wilhelmo ecclesiæ illatum, ad summam quingentarum librarum, exceptis opprobriis & contumeliis. Hoc audito Wilhelmus convocavit ad suum consilium omnes nobiliores Hollandiæ, & habito super hoc consilio constanter & instanter petiit a Comite cum omnibus terræ Nobilioribus omne damnum & Abbati & ecclesiæ illatum, & insuper omnes emendas opprobriorum & contumeliarum, ut in suum susciperet arbitrium, & sibi ad hoc sociaret de nobilioribus quos vellet: Comes Advocatus ecclesiæ respondit, id se facturum minime, nisi Abbas & Conventus assensum præberent. Quamobrem rogatus Abbas multa instantia & Comitis & Nobilium Hollandiæ, ut omnia ista deduceret in arbitrium Comitis. Deliberato consilio

ita

ita respondit Abbas: Vos Domini, tanta mala & gravia incommoda a Waltero patre Wilhelmi & ab ipso Wilhelmo passa est ecclesia nostra: nam Walterus de Hæcmunda pater ejus captivavit quendam monachum nostrum, & tamdiu vinculo addixit, donec ab eo quandam pecuniæ summam extorsisset. Wilhelmus hic sacrilegus manus in monachos nostros injecit. Unde omnia ista & multa alia, quæ non requirunt forum civile in arbitrium Comitis deducere non audemus, inconsultis judicibus quos a Domino Apostolico obtinemus.

CAPUT XXXI.

De forma compositionis inter eosdem.

Audientes hoc cognati & coadjutores Wilhelmi Dominum Comitem seorsim vocaverunt, dicentes ei, Domine Comes scit reverentia vestra, quod bellum inter vos & Ludovicum Lossensem nondum sit sopitum, & ideo adhuc opus habetis nostro servitio. Petimus ergo intuitu servitii nostri, ut omnem hanc discordiam inter Abbatem & Wilhelmum cognatum nostrum in vestrum suscipiatis arbitrium. Inde Comes magis instabat. Abbas vero ex deliberato consilio respondit, si Wilhelmus omni impugnationi & prædictorum vindicationi in manibus dicti Comitis, Nobilium terræ, & hominum ecclesiæ vellet in perpetuum renunciare, ipse Abbas omnia quæ non requirunt ecclesiasticum judicium in Comitis vellet arbitrium deducere. Wilhelmus admonitus his omnibus in perpetuum renuntiavit, quod nec ipse nec heredes sui in perpetuum repeterent, vel hoc sibi vendicarent, nisi per gratiam Comitis, Abbatis, & Conventus, & bene & merito consequi posset. Sic ergo utraque pars se dedit arbitrio Comitis. Comes ergo omnem discordiam sedavit per literas desuper ab eo confectas in hac forma verborum: *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Ego Wilhelmus Comes* [e] *Hollandiæ significo universis præsentem paginam inspecturis, quod controversia inter Lubbertum Abbatem Egmundensem de Rysswyck & inter Wilhelmum filium Walteri de Egmunda super Advocatia & jure inter Aremerswee & Winnemerswee, feodo suo excepto, & super dimidia parte thelonei in dedicationem ecclesiæ, & super tertia parte thelonei in Alcmere, quam idem Wilhelmus ad pactum duarum librarum Hollandensium annuatim tenet, ita tamen quod Abbas cum Conventus conniventia super ipsum theloneum* [f] *vendere voluerit habeat libertatem, de consilio hominum meorum & ejusdem monasterii utriusque partis consensu est reformata. Itaque hæc est forma compositionis, vide-*

[e] *Hollandiensis* Fris.

[f] *Si* vel aliud quid deest hic.

licet quod Wilhelmus juri suo, quod in prædictis bonis pro feudo sibi vendicare nitebatur, omni modo renuntiavit, sed in vita sua ipsa bona pro gratia habebit. Sane omnia placita coram Abbate seu ejus Nuncio infra portam atrii tenebuntur, & Scultetus cum consilio Abbatis substituetur. Si autem querela delata fuerit ad Abbatem sæpedictum Wilhelmo intimabitur, qui ad judicandum cum Abbate vel ejus Nuncio præsidebit, & si aliqua querimonia ad ipsum Wilhelmum deferatur Abbati similiter est significandum, ut ipse vel ejus Nuncius ut dictum est causis interfit, quod si interesse postposuerit, nihilominus ipse Wilhelmus in judicio procedet. Omnia forefacta & emendas ipse Wilhelmus percipiet. Minor Bannus duos denarios, major quatuor solidos f faciet, inspectiones aggerum, forefactum duos denarios vel gallinam exsolvet, & nullum monasterii ministerialem ad suum Wilhelmus coget arbitrium. g Majores ecclesiæ ministeriales & feodati, tum illi qui non solvunt Cuermede, Coci, & pistores, bractionarii, & reliqui servientes Abbati a jure prætaxati Wilhelmi penitus immunes existant. Si autem sæpe memoratus Wilhelmus seriem compositionis prælibatæ infringere præsumpserit, nisi consilio Comitis & hominum ecclesiæ vel secundum juris ordinem velit emendare, juris sui privilegio, quod obtinebat in gratia, perpetuo privetur. Testes vero sunt Aleydis Hollandiæ Comitissa, Wilhelmus de Teylinge, Theodoricus & Philippus de Wassenaer fratres, Theodoricus Boekel, Othgerus de Voerscoten, Albertus Banjaert, Iacobus de Heyligelo, Iacobus Castellanus sive Burchgravius de Leythem, Arnoldus de Ryswyck, Iohannes Persyn, Ysbrandus de Haerlem, Henricus presbiter de Heemskerck, Henricus Sacerdos de Noortich, & Henricus Persona de Vlaerdinge Notarius Hollandiæ. Actum anno incarnationis Dominicæ millesimo ducentesimo decimo sexto, quinto Calendas Septembris, indictione tertia.

f Leg. faciet. Faciet inspectiones — g Meliores Fris.

CAPUT XXXII.

De obitu Wilhelmi Comitis & Lubberti Abbatis, ac de progenie Gerardi militis fratris Wilhelmi de Egmunda militis.

Anno Domini millesimo ducentesimo decimo octavo secundo Idus Februarii Adelheydis Hollandiæ Comitissa est defuncta & in Rynsburch honorifice tumulata. Wilhelmus autem Comes Hollandiæ duodecimus post hæc aliam uxorem duxit Mariam nomine filiam Ducis Lancastri ex Anglia, & paucis annis in hac vita superstes fuit. Nam idem Comes anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo secundo, secundo nonas Februarii obiit, & sepleitur in Rynsburgh apud suam primam uxorem, post

cujus obitum Florentius filius ejus factus est tertius decimus Comes Hollandiæ ducens in uxorem Machtildem filiam Henrici Ducis Brabantiæ, de qua genuit Wilhelmum regem Romanorum, Florentium præsidem, Adelheydim Comitissam Hannoniæ, Margaretam uxorem Hermanni Comitis de Heymenberch, quæ peperit una vice semel trecentos quinquaginta & quindecim proles, & sepulta quiescit in Loosduyne in monasterio monialium distante ab Haga Comitis ferme unum miliare. Anno Domini millesimo vigesimo sexto quarto Idus Maji obiit venerabilis Abbas iste Hæcmundensis de Ryswyck Lubbertus. Hoc etiam tempore scilicet anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo septimo obiit Gerardus de Hæcmunda miles in terra sancta, frater Wilhelmi de Egmunda militis. Hic Gerardus genuerat ex uxore sua Walterum secundum de Egmunda, qui & obiit anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo tertio, vigesimo die Maji, non tamen Miles. Hic Walterus genuit ex uxore sua Lubbertum secundum & primum regalem Abbatem monasterii Hæcmundensis, de quo infra, Arnoldum de Hæcmunda militem, Nicolaum de Hæcmunda militem, Walterum cognomento Stoutkint, tres milites, & Mensonem fratrem istorum trium scutiferum. Arnoldus autem miles genuit Gerardum & quendam naturalem militem Walterum Frisonem nomine Balivum Kynnemariæ. Obiit autem hic Arnoldus de Hæcmunda anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, septimo die Iulii. Gerardus vero filius ejus genuit Theodoricum Screvelt Abbatem Hæcmundensem, de quo postea, & obiit idem Gerardus anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo secundo, sepultus in monasterio Hæcmundensi, in loco qui dicitur *Paradisus*. Porro Walterus Friso genuit Isbrandum monachum Hæcmundensem, Walterum de Hæcmunda, Arnoldum militem, & Wilhelmum. Itaque Walterus Friso occiditur a Frisiis in bello, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, quarto decimo die mensis Maji. Ceterum de Nicolao de Egmunda milite supra dicto processerunt Iohannes & Wilhelmus filii Gerardi in Wyck. De Waltero Stoutkint milite natus est Florentius de Egmunda Castellanus in Medenblick, & quamplures [h] alii de eodem Waltero processerunt in Alcmaria & Nuport prope Alcmariam commorantes [i] Wilhelmus, Walterus, & Haine &c.

h etiam Fris.

i videlicet jonge Wilhelmus Fris.

C A-

CAPUT XXXIII.

De Henrico Abbate decimo tertio & nova infeodatione Wilhelmi de Egmunda militis tempore ejusdem Abbatis.

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto eligitur decimus tertius Abbas Hæcmundensis Henricus nomine. Porro eodem anno Wilhelmus de Egmunda miles accepit iterum infeodationem suam ab isto Abbate cum literis desuper confectis in præsenti forma. *Omnibus sanctæ matris ecclesiæ filiis fidelibns, ad quos præsens scriptum pervenerit. Henricus Dei gratia Abbas Hæcmundensis, Ishrandus Prior, totusque Conventus, salutem in eo, qui est salus omnium. Ne gestorum memoria processu temporis evanescat, congruum est res k mortalium ratione robustas scripto perennare. Cognoscat igitur præsens ætas ac posterа, quod fideli domino nostro Wilhelmo Advocato Egmundensis ecclesiæ Advocatiam, quam ab ipsa ecclesia nostra feodaliter obtinet, & cuncta bona sua feudalia ab ecclesia nostra recepta sub hac forma contulimus; quod si idem Wilhelmus sine filio legitimo decesserit, filia sua major natu prædictam advocatiam cum toto prædicto feodo recipiat; quod si nec filiam legitimam habuerit, frater suus senior legitimus successor in eadem Advocatia & dicto feodo statuatur. Universi quoque heredes ipsius Wilhelmi in prædicta bona legitime successuri, hoc eodem jure in eisdem bonis tenendis, quo concessa sunt prædicto Wilhelmo, perpetuo potiantur. Et ne aliqua subinde possit calumnia suboriri, sed donatio nostra rata & inconvulsa permaneat præsenti pagina sigillis nostris roborata hoc factum dignum & utile duximus roborandum. Testes superfuerunt: Isbrandus de Egmunda, Dodo de Heyligelo, Henricus de Heyligeloo, Gerbrandus de Alcmare. Datum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto in mense Decembri.* Hanc itaque donationem Wilhelmus de Egmunda abnepos istius Wilhelmi militis impetravit postmodum in anno vel circa annum Domini millesimum trecentesimum septimum confirmari per Clementem Papam quintum, sicut inferius dicetur Capitulo quinquagesimo primo. Adhuc alia infeudatio facta Wilhelmo prædicto ab isto Henrico Abbate, tamen sine consensu Conventus & absque aliqua confirmatione sub hac forma verborum. *Ne gestarum rerum memoria proecssu temporis pereat, aut evanescat, ad calumniam extinguendam congruum existit res mortalium l ratione robustas scripto perennare. Cognoscat ergo præsens ætas & sciat posterа, quod ego Henricus Dei gratia Abbas Hæcmundensis omnia beneficia, quæ D. Wilhelmus*

k mortali Fris.

l ratione abest a Frisico.

de Egmunda ab ipso monasterio titulo feodi justo debet obtinere in justo feudo eidem contuli, in tali forma, quod eadem feoda a linea ipsius Wilhelmi non exorbitabunt neque recedent, & ne venenosa discordia ipsa facta subvertat, aut litura dubietatis aboleat, sed perennatio vigeat, adjicitur etiam, quod si jam dictus Wilhelmus sine filio decesserit, ad filiam ipsius natu majorum eadem feoda difficultate qualibet postposita devolventur. Si herede sexus utriusque contigerit eum forte carere, filii vel filiæ soboles in beneficiis sæpe dictis parenti legitimo succedat. Si vero nec talem heredem præfatus Wilhelmus habuerit, proxima parentelæ persona, ad quam reliquæ ejus hereditates dinoscentur rite pertinere, sæpe dicta beneficia jure feodali possidebit, ita quod a regula propaginis ejusdem nullo pacto migrent. Sane si duo diversi sexus in æquali consanguinitatis gradu convenerint, ad sexum masculinum omni penitus cessante gravamine prænominata feoda derivabunt. Ut autem concessio prælibata Domino Wilhelmo & successoribus suis, qui feuda prænominata, ut prælibatum est, jure possidebunt, firma & incolumis conservetur, sine dolo & tergiversatione præsentem paginam meo sigillo & hominum Hæcmundensis ecclesiæ duxi roborandam. Testes vero sunt hi, Isbrandus de Haerlem, Nicolaus Persyn, Walterus de Haerlem, Theodoricus de Wassenaer, Iacobus de Heyligeloo, Reynerus de Rysswyck, Isbrandus de Egmunda, Theodoricus de m *Alcmaer, Theodoricus frater ejus, Theodoricus de Laen, Henricus de Heyligeloo, Albertus de Harga, Volpertus filius Gerardi, & quamplures alii tam clerici quam laici. Actum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo septimo mense Novembri.*

m Alcmaer Fris.

CAPUT XXXIV.

De Aeltrudenlant & obitu Henrici Abbatis.

Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo idem Henricus Abbas dedit prædicto Wilhelmo de Egmunda militi sub titulo locationis emphiteoticæ prope castrum suum Aeltrudenlant, sicut n ipse quondam vivens possidebat, in Huerwere hac forma conditionis, ut jam dictus Wilhelmus Abbati & Conventui, suisque fuecessoribus annuatim tres libras & quindecim denarios inde persolvat in die vel infra octavam S. Martini post festum omnium Sanctorum sub pœna amissionis terræ prædictæ. Tandem anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo octavo obiit hic venerabilis pater Henricus Abbas Hæcmundensis, & sepelitur in ecclesia sua. Porro circa hæc tempora obiit S. Dominicus institutor ordinis Minorum. Qui ambo claruerunt multis miraculis.

n *ipsa* Fris.

CA-

CAPUT XXXV.

De Arnoldo Abbate quarto decimo.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo electio iterum celebratur, & quidam Arnoldus nomine fit Abbas Egmundenſis quartus decimus. Hic venerabilis Pater mediante quadam ſumma pecuniæ fecit quitationem quibuſdam ſuper jure dicto Cuermede a rivulo in Galenvoerde decurrente uſque ad parochiam Caſtrichem. Igitur quando iſte Abbas obierit, vel quanto tempore rexerit, non invenitur, rexit tamen in anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quinto, ut patet in regiſtris bonorum feudalium monaſterii Egmundenſis & privilegiorum. Anno deinde Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto Wilhelmus de Egmunda miles pergens ad diœceſin Bremenſem cum cæteris Chriſtianis Principibus contra Stadenſes infideles ipſe ibidem cum omnibus ſuis o fidelibus in bello occiditur p ſeptimo decimo Maji vel aliter Iunii, poſtquam rexiſſet annis viginti ſex. Badeloch autem uxor ejus obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quarto alias octavo, quinto Calendas Maji. Hic etiam Wilhelmus incipiendo fundaverat Capellam & fabricaverat caſtri ſui q *op die Hoeſt* prope Egmundam. Eo ergo occiſo ſucceſſit ei Gerardus de Egmunda miles filius ſuus. Hic bis viſitaverat Hieroſolimis ſepulchrum Domini. Is etiam fecit conſecrari Capellam cum ſuo cimiterio op die Hueſt, ſive Rinegom, per Hermannum epiſcopum Leonenſem ſuffraganeum Domini Trajectenſis epiſcopi in profeſto Dionyſii, in honorem omnipotentis Dei & virginis glorioſæ, ac S. Nicolai, & Beatæ Catharinæ virginis ac Martyris, anno Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo nono. Genuit autem ex Mabelia uxore ſua Wilhelmum de Egmunda militem ſibi ſuccedentem, & Sophiam uxorem Iacobi de Woude militis, qui obiit anno Domini milleſimo trecenteſimo nono.

o *fidelibus* abeſt a Friſ.

p 16. *die* Friſ.

q *Uphueſ* Friſ.

CAPUT XXXVI.

De Theodorico Abbate quinto decimo.

Univerſæ carnis viam Arnoldo Abbate ingreſſo Theodoricus factus eſt Abbas Egmundenſis quintus decimus. Hic cum aliquantis diebus digne præfuiſſet obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo, ſeptimo idus Ianuarii, qui & dedit ad charitatem fratrum viginti tres ſolidos annuatim. Poſt iſtum Theodoricum fuit quidam Abbas Isbrandus

nomine, qui tamen in Catalogo Abbatum forte propter malum regimen, sive ingressum, vel aliquam aliam causam non ponitur. Rexit tamen ille Abbas Isbrandus anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo nono quod patet ex quodam privilegio Hospitalis Hæcmundensis. Porro anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quarto occisus est Florentius Comes Hollandiæ tertius decimus apud Cleermondt in hastiludio, cui successit Wilhelmus filius ejus, postmodum Rex Romanorum.

CAPUT XXVII.

De Lubberto Abbate hujus nominis secundo, & indulgentiis in die S. Adalberti.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo Lubbertus hujus nominis secundus frater Arnoldi de Egmunda militis factus est sextus decimus Abbas Hæcmundensis. Pater ejus, ut dictum est supra capite trigesimo secundo, Walterus secundus filius Gerardi primi militis fratris Wilhelmi de Egmunda occisi in Stadingelant. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo die Decembris vigesimo quinto obiit Gerardus de Egmunda miles, & uxor ejus Mabelia obiit anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, vigesimo die Aprilis. Quo defuncto successit ei filius suus Wilhelmus tertius de Hæcmunda miles. Hujus uxor fuit Ada, de qua genuit Gerardum de Egmunda militem. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto Innocentius Papa hujus nominis quartus apud Lugdunum existens Pontificatus sui anno tertio, pridie Nonas Iunii, omnibus vere pœnitentibus & confessis cum debita reverentia & devotione ad ecclesiam monasterii S. Adalberti in Egmunda in festo ejusdem accedentibus annuatim viginti dies de injuncta sibi pœnitentia misericorditer relaxavit. Et D. Gerardus Archiepiscopus Colonienſis quadraginta dies. Theodoricus episcopus Zudensis diœcesis Trajectensis centum dies & carinam. Petrus Zudensis item provisor annum & carinam. Summa centum quadraginta quinque dies.

CAPUT XXXVIII.

De privilegiis Innocentii quarti super decimis novalium, nec non & aliis bonis retinendis cum confirmatione omnium privilegiorum antecessorum suorum.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto Innocentius Papa prædictus dedit monasterio Hæcmundensi privilegium super decimis novalium, nec non & aliis bonis retinendis & confirmationem etiam omnium privilegiorum antecessorum suorum, & desuper Bullam Apostolicam, cujus tenor hic est: *Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati monasterii in Egmunda ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris. Religiosam vitam eligentibus Apostolicum adesse convenit præsidium, ne cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur sacræ religionis infringat. Ea propter dilecti in Domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus, & monasterium S. Adalberti in Egmunda Trajectensis diœcesis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus: Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum & beati Benedicti regulam in eodem monasterio esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium juste ac canonice possidet, & in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione Fratrum, seu aliis justis modis præstante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipsum, in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis, & pascuis, in busco & plano, in aquis & molendinis, in viis & servitiis, & in omnibus aliis libertatibus & immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, [r] sine vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat. Liceat vobis quoque clericos vel laicos liberos & absolutos a seculo fugientes ad conversionem recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine Abbatis sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem vero absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clausis januis, excluſis excommunicatis & interdictis,*

[r] *sive de vestrorum* Fris.

non

non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diœcesano suscipietis episcopo, siquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem sacrosanctæ Romanæ sedis habuerit, & ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus insuper, ut infra fines parochiæ vestræ nullus sine assensu diœcesani episcopi & vestro Capellam sive Oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hoc novas & indebitas exactiones, ab Archiepiscopis, Archidiaconis, seu Decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis, secularibusque personis, a vobis omnino prohibemus. Sepulturam quoque illic liberam esse decernimus, ut eorum devotioni & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sunt, aut publici usurarii, nullus obsistat, salva justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur: Decimas præterea & possessiones ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi, & legitime liberandi de manibus eorum, & ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libere sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque & tranquillitati vestræ paterna sollicitudine in posterum providere volentes, authoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinas vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates & immunitates a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro concessis, nec non libertates & exemptiones secularium exactionum a Regibus & Principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nullus omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ authoritate, & diœcesani episcopi canonica justitia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de

perpe-

perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore Dei & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni, cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ conscientiæ percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen. Lugduni per manum Mag. Martini S. Romanæ ecclesiæ Vicecancellarii, Nonis Iunii, indictione quarta, incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ quarti anno tertio.

CAPUT XXXIX.

De electione Regis Wilhelmi & de decimis in Winnem a Lubberto Abbate Wilhelmo de Egmunda prædicto in feodum concessis.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo in die S. Michaelis illustris domicellus Comes Hollandiæ Wilhelmus electus est in Regem Romanorum apud villam Woeringe Colonienſis diœcesis, & deinde in festo omnium sanctorum in civitate Aquensi ab Electoribus Imperii cum mira solennitate coronatus, sicut moris est, cujus uxor fuit Elysabeth filia Ducis de Bruynswyck, de qua genuit Florentium sibi succedentem Comitem Hollandiæ. Consiliarii vero hujus glorioſi Regis principaliores fuerunt Otto Trajectensis episcopus ejus patruus, & Henricus Dux Brabantiæ ipsius avunculus. Dominus vero Lubbertus Abbas Hæcmundensis vir maturus & egregius constitutus est ejus Vicecancellarius. Hic idem Abbas contulit in feodo Wilhelmo de Hæcmunda militi decimam de Winnem, quam idem Wilhelmus pro quinquaginta libris habebat in pignore acceptis a Waltero milite tutore ipsius Wilhelmi desuper literis in tali forma. *Ego Lubbertus Dei permissione Abbas Egmundensis notum esse volo omnibus præsens scriptum intuentibus, quod de communi Capituli mei consensu decimas in Winnem, quas Wilhelmus de Egmunda pro quinquaginta libris habebat in pignore, acceptis a D. Waltero tutore ipsius Wilhelmi triginta insuper libris prædicto Wilhelmo* [s] *habendam in feodo, eo videlicet modo, quo cætera bona, quæ* [t] *habet ab ecclesia nostra in feodo ad præsens dinoscitur habere. Quod ut sit ratum & inconvulsum permaneat præsens scriptum sigillo meo & sigillo Conventus mei roboratum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octavo in crastino dedicationis ecclesiæ nostræ.*

[s] Deest *dedi* vel *concessi.*
[t] *hic Fris.*

CAPUT. XL.

Sequitur privilegium Innocentii quarti exprimens Abbatem & Conventum Egmundensem ad provisionem alicujus in pensionibus aut in ecclesiasticis beneficiis cogi non posse.

Innocentius *Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui monasterii de Hæcmunda ordinis S. Benedicti Trajectensis diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Devotionis vestræ prælibata sinceritas ac religionis honestas, ac præcipue tuorum Fili Abbas meritorum contemplatio, quibus juvari dinosceris, nos inducunt, ut quæ digne vobis desiderata perspicimus, favore benevolo concedamus. Hinc est, quod nos vestris precibus annuentes vobis authoritate præsenti indulgemus, ut per literas Apostolicæ sedis seu Legatorum ipsius de cætero impetrandas, etiamsi habeatur in eis,* non obstante aliqua indulgentia, de qua specialem v & expressam oportet fieri mentionem, *ad provisionem alicujus in pensionibus vel ecclesiasticis beneficiis cogi non possitis inviti, nisi de hac indulgentia in eisdem literis specialis mentio habeatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei & B. Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Lugduni pridie Nonas Ianuarii anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono Pontificatus nostri anno sexto.*

v *aut* Fris.

CAPUT XLI.

De quibusdam gestis in Hæcmunda.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo, sexto Idus Decembris, dominus Theodoricus Vironensis episcopus suffraganeus Trajectensis, de ordine fratrum Minorum monasterium seu Basilicam perpetuæ virginis Mariæ in Hæcmunda cum cimiteriis reconciliavit, & Sabbatho quo cantatur *Veni & ostende* ibidem sacros ordines celebravit. Sequenti die Dominica duos Abbates benedixit, in octava S. Stephani duo altaria consecravit, & indulgentias largas ubique tribuit. Præterea omnibus devote audientibus antiphonam *Salve Regina*, peracta prima missa, decem dierum indulgentias tribuit. Porro sequenti anno Lubbertus Abbas Egmundensis duodecimo Kalendas Maji dedit pro debito centum librarum fratri suo Arnoldo de Egmunda quasdam decimas, & x adhuc pro centum aliis

x *anno sequenti pro aliis adhuc* Fris.

aliis libris vendidit eidem Arnoldo & Werenboldo ex Haga omnem terram inter Winnemerſweet & Goetloshuyſen infra aggerem & extra aggerem ſitam præter eam quæ feodo habetur, & exceptis ſcopulis ipſi terræ conterminis.

CAPUT XLII.

De privilegio ſuper conceſſione ornamentorum Pontificalium.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo Innocentius Papa quartus faciens dominum Lubbertum primum Regalem Abbatem monaſterii Hæcmundenſis dedit eidem privilegium ſuper conceſſione ornamentorum Pontificalium in hac forma. *Innocentius epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Abbati monaſterii Hæcmundenſis ordinis S. Benedicti, ad Romanam eccleſiam nullo medio pertinentis, Trajectenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ad* y *varietatem exteriorum* z *ornamentorum ſponſæ Chriſti, quibus decoris ejus gratia latens intrinſecus indicatur, varia in eccleſia inſtituta ſunt inſignia dignitatum, quibus pro celebritate locorum & meritorum exigentium interdum qui eccleſiaſticis præſunt officiis honorantur, ut corporalis & ſpeciei viſibilis forma ſuadeat inviſibilem ſpiritualium virtutum pulchritudinem appetendam Obtentu ergo eccleſiæ tibi commiſſæ, quam pro eo quod ad Romanam eccleſiam nullo medio, ut aſſeris, pertinet, dignum duximus ſpeciali prærogativa gaudere, ac tuæ devotionis merito, ſuper qua chariſſimus in Chriſto filius noſter Wilhelmus Romanorum Rex illuſtris tibi laudabili teſtimonio atteſtatur, volentes eandem eccleſiam amplioribus titulis inſignire, mitra, annuli, aliorumque ornamentorum Pontificalium uſum tibi ac ſucceſſoribus tuis duximus in perpetuum de ſpeciali gratia concedendum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & B. Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Ianuæ Nonis Iunii Pontificatus noſtri anno octavo, anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo primo.*

y *veritatem* Friſ.
z *ornatuum* Friſ.

CAPUT XLIII.

De epistola quam Wilhelmus Rex misit Abbati Hæcmundensi & de occisione ejusdem Regis.

Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo [a] tertio cum Wilhelmus Rex Romanorum ad præsentiam Domini Papæ fuisset, & superiores partes perlustrasset, ubi quantum honoris [b] sibi ibi quisque Princeps impendit præsens hæc epistola lucidissime manifestat. *Wilhelmus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus Abbati Hæcmundensi Vicecancellario suo gratiam suam & omne bonum. Ut intellecta contingentia status nostri & exultatione tuus respiret animus suscipiatque materiam gaudiorum noveris quod dum nuper partes superioris Alemanniæ ad Renum adiremus omnium vota in amplexione nostri Dominii sic defixa invenimus, ut cuncti tanquam mater sub unico filio de mortuis suscitato viderentur nostris in aspectibus gratulari, nostris præcise parendo beneplacitis & mandatis. Insuper accedat ad cumulum gaudiorum quod castrum Driesvelt [c] & insignia imperialia diademata cum multis sanctuariis & in ornatu ineffabili lanceam & coronam in nostro dominio jam habemus & pacifice possidemus. Datum Spiræ &c.* Et hæc de secunda ipsius Regis fortuna dicta sint, nunc autem aliud carmen subinfertur, in quo non gaudia sed lamentationes & Vę narrantur. Nam proh dolor! anno sequenti, cum idem Rex Frisones contra eum rebellantes vellet debellare, ab eis interemptus est quinto Calendas Februarii, cui successit in Comitatu Hollandiæ Florentius filius ejus Comes decimus quintus.

[a] *quarto* Fris.
[b] *ibi quisque sibi impendit* Fris.
[c] *& insuper* Fris.

CAPUT XLIV.

De quibusdam actibus Lubberti Abbatis & de obitu ejusdem.

Anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo Lubbertus Abbas Hæcmundensis deposuit in monasterio Hæcmundensi panes siligineos & hordeaceos, & ordinavit [d] reditus multos, ut monachis suis de cætero ministrarentur panes triticei. Insuper & [e] reditus ordinavit ad vinum in quotidiana præbenda. Idem etiam ordinavit præbendas monachales ad numerum triginta monachorum simul cum monachis pueris scholaribus. Anno Domini mllesimo ducentesimo sexagesimo secundo Capitula & Prælati S. Martini, S Salvatoris, S Petri, S. Johannis, S. Mariæ, & Conventus S. Pauli in Trajecto ordinis ejusdem D. Benedicti

[d] *redditus* Fris.
[e] *redditus* Fris.

dicti ſuſceperunt Abbatem & conventum Hæcmundenſem ad ſuam confraternitatem, ut literæ deſuper canunt, quas monaſterium Hæcmundenſe ab illis habet ſini hujus Capituli a me adſcriptas. Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo f quarto Nonis Auguſti obiit D. Lubbertus primus Abbas Regalis monaſterii Hæcmundenſis, & ſepultus eſt ſub petra a latere auſtrali Florentii Abbatis, videlicet inter ſepulchrum Andreæ, Brunonis, Reyneri, & Joannis Olout Abbatum Egmundenſium & ſepulcrum dicti Florentii ad caput videlicet Hugonis de Aſſendelft Abbatis, cujus hoc eſt epitaphium:

f tertio Friſ & Bockenb.

Abbas Lubbertus jacet hic pietate refertus,
Providus, expertus, activus, eratque diſertus.
Primus mitratus fuit Hæcmunda quoque natus.
Paſtor clauſtralis, jam Conſul & Imperialis.
Clauſtrum dilexit & in omnibus id bene rexit.
Nonis Auguſti moritur, numerus quoque Chriſti
Exiſtit M. pariter C. bis L. & X. ſemel I. ter
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere

Literæ confraternitatum Collegiorum in Trajecto: *Venerabilibus Dominis in Chriſto chariſſimis D. Abbati totique conventui eccleſiæ Hæcmundenſis ordinis S. Benedicti, S. Martini, S. Salvatoris, S. Petri, S. Joannis, S. Mariæ Prælati & Capitula, Abbas & Conventus S. Pauli in Trajecto, pro temporali labore ſolatium, de mœrore lætitiam & perenne gaudium reportare. Quam bonum ſit quamque jocundum ſpiritualiter fratres per mutuæ charitatis vinculum & ſinceræ dilectionis conſtantiam adjuvare perſpicue ex præceptis ipſius cognoſcimus veritatis, quæ amicos in Deo diligi, & inimicos diligi præcepit propter Deum, & in hoc vere diſcipulos docuit cognoſcendos, ſi dilectionis ad invicem habuerint unionem. Sane literarum veſtrarum ſerie nobis exhibita, & affectu circa nos & Trajectenſes eccleſias præconcepto & ſincerius nobis explanato magnificamus Deum, & exultavit Epiſcopus noſter in omnium ſalutari. Non ſolum mentaliter circa nos igne charitatis accenſi, verum etiam corporaliter quadam inæſtimabili ſuavitate repleti, præſertim cum vos Fratres & in Chriſto venerandi, magnum & honorabile membrum eccleſiæ Trajectenſis, zelo intimæ dilectionis aſperſi per veſtras nobis patentes literas inſinuare curaſtis, quod nobis ſuper conſolationibus & compaſſionibus crebrius vobis impenſis gratiarum actiones multimodas retuliſtis, & nobis & noſtris ſucceſſoribus maxima quædam & allectoria munera, videlicet plenam & perpetuam fraternitatem omnium vigiliarum, orationum, beneficiorum, communionem, quæ ex nunc in perpetuum a vobis & veſtris ſucceſſoribus in veſtra ſiunt & fient eccleſia, nec non omnium*

g Deſunt in Friſico.

nium laborum & expensarum, quæ pro honestate & libertate cuilibet Trajectensi ecclesiæ conservanda seu etiam defendenda emergere poterunt, proportionalem & hilarem nobis exhibitionem ac compassionem, quotiens a vobis duximus exquirendam, unicorditer nobis & nostris successoribus in perpetuum obtulistis, eandem quoque fraternitatem & simili modo perpetuam, cum omnibus articulis superius memoratis vobis concorditer indulgeri de universitatis nostræ gratia postulastis; Nos itaque Fratres charissimi vestram prudentiam circumspectam & devotionis affectum intimæ delectionis examine perpendentes & in Domino commendantes communi dictante consilio & accedente consensu, sanctæ ac justæ postulationi vestræ pium impertientes assensum vestra prædevotione & meritis excellentibus inclinati S. Trajectensis ecclesiæ gremium vobis aperimus, sinceræ charitatis brachiis vos amplexantes in plenam nostram Confraternitatem & Societatem vos & vestros successores in perpetuum colligentes, omniumque vigiliarum & orationum, & beneficiorum communionem, quæ ex nunc in perpetuum in nostris fiunt & fient ecclesiis a nobis & nostris successoribus, omnium expensarum & laborum, quæ pro honestate & libertate Hæcmundensis ecclesiæ observanda seu etiam defendenda imposterum emergere poterunt, proportionalem hilariter, quotiescunque a vobis requisiti fuerimus, exhibitionem offerimus & promittimus instanter. Nunc igitur, Fratres charissimi, sinceræ dilectionis virtus & mutuæ charitatis connexitas quos univit, studeamus in hujusmodi sanctæ conversationis & societatis proposito inviolabiliter commanere, & ut perpetuæ fraternitatis memoria inter nos amplius convalescat, prout vestra nobis scripsit prudentia, placet nobis semperque placebit de Cancanonicus nostris vestrisque commonachis ab hoc mundo migrantibus hujusmodi exequiarum modum & ordinem per omnia observare, ut quandocunque monachum vestri monasterii mori contigerit, & dies obitus sui fuerit nobis intimatus, memoriam exequiarum suarum in omnibus & per omnia tanquam nostri confratris & Concanonici celebrari, & nomine suo & die obitus sui apud nos cum diligentia summa conscripto dies anniversarii sui usque in finem seculi observetur, & quoniam exigente statu conditionis humanæ mors improvisa subrepens mortales inopinate trahit ad exitium, & omnium nostrum labilis est statera, placet nobis quo-

g tenore Bocoenb.

niam sic g tenere nobis innotuit vestra devotio, ut si quemque ex vestris commonachis quocunque casu apud nos infirmari, aut mori contigerit, infirmo visitationis, consolationis, & beneficiorum, quæ sibi competunt, necessaria favorabiliter impendemus, exequiarum vero per omnia modum & ordinem persequemur, tanquam si idem noster Canonicus extitisset, & si forte eidem vestro monacho apud nos infirmo, vel mortuo eo, quasi quod alienus sit, provisionis infirmitate vel in morte exequiarum non suppetant facultа-

tates, easdem expensas per Camerarium illius ecclesiæ, apud quem locum elegerit sepulturæ, prout res exegerit, decenter & honeste procurabimus ministrari, tali conditione pro consuetudine inter nos accedente, ut quod deest expensis, quas idem Camerarius ad usus sive exequias ejusdem vestri monachi ministravit per Abbatem h *& Camerarium vestri monasterii nostro Camerario sine difficultate aliqua refundatur. In quorum omnium observantiam & memoriam sempiternam, præsentes literas vobis & vestris successoribus exhibemus sigillorum omnium ecclesiarum nostrarum Trajectensium prædictarum munimine roboratas. Datum & actum Trajecti anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, octavo Calendarum Iunii, in die B. Urbani Papæ & Martyris.*

h *vel* Boekenb.

CAPUT XLV.

De Nicolao Abbate decimo septimo & quibusdam ejus gestis.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio eligitur D. Nicolaus de Sassenhem decimus septimus Abbas Hæcmundensis. Iste Abbas ad petitionem Wilhelmi de Egmunda dedit villicationem de Reynegom Waltero Frisoni Balivo Kennemariæ ad vitam suam tantum, & desuper literas in tali forma: *Nicolaus Dei gratia Abbas Hæcmundensis universis præsentia visuris Salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod ad petitionem dilecti fidelis nostri Wilhelmi de Egmunda commisi villicationem de Rynegom Waltero dicto Frisoni ad vitam suam, dummodo in officio dictæ villicationis utilis nobis & fidelis inveniatur, & nisi pro aliquo facto manifesto, quod sit contra nos contraque honestatem ecclesiæ nostræ non exhibita nobis satisfactione condigna dictam villicationem amittere merito comprobetur. In cujus rei testimonium & munri præsens scriptum sigillo meo & Wilhelmi de Egmunda feci sigillo communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, quarto Calendas Aprilis.* Igitur ex prædictis patet quod villicatio de Rynegom non pertinuit ad Dominum de Egmunda anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quinto. Abbas Nicolaus augmentavit præbendas monachales in victu & amictu satis largiter una cum Præbenda Prioris, ut patet in Registris. Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo Wilhelmus de Hæcmunda miles resignavit in manu Domini Nicolai pascua, quæ vulgariter appellantur Gerse, & dedit desuper literas in hac forma: *Universis præsentia visuris vel audituris ego Wilhelmus de Egmunda notum facio publice & simpliciter protestando, quod ego decem & novem pascuas, quæ vul-*

vulgariter Gherſe appellantur, ſitas apud Reynegom, quas ab eccleſia Egmundana habebam in pacto dicto Erfhuer *pro decem & novem ſolidis annuatim in manu Domini Nicolai Abbatis Hæcmundenſis reſignavi, eiſque libere renunciavi præſentium teſtimonio literarum, quas in hujus rei teſtimonium ſigilli mei appenſione feci communiri. Datum anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octavo in feſto Pentecoſtes.* Itaque Nicolaus Abbas prædictus obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono quarto decimo Calendas Februarii.

CAPUT XLVI.

De Henrico Abbate octavo decimo.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo nono poſt Nicolaum hujus nominis primum factus eſt Henricus hujus nominis ſecundus Hæcmundenſis Abbas decimus octavus. Hic cum videret ſe non poſſe prodeſſe, noluit ulterius præeſſe, unde inter annum Domini milleſimum ducenteſimum ſeptuageſimum primum & ſeptuageſimum quartum, ut patet in magno regiſtro Abbatum, renuntiavit. Tandem obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quinto, quarto Nonas Novembris, cujus hoc eſt epitaphium.

Hic ſunt Henrici cineres pietatis amici,
Patruus ut didici fuit hic Abbæ Theodrici
Qui dum prodeſſe nequiverat, ultra præeſſe
Noluit, hinc oneri, pariter quoque ceſſit honori,
Defunctus membris ſemel M. ter C. que, bis I. ſit,
Quando Decembris quarto Nonas hic obivit.
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

Ex hoc autem antepenultimo verſu liquido patet prædictum Henricum Abbatem obiiſſe anno Domini milleſimo trecenteſimo ſecundo: ergo ſuperius minus vere tempus ſuæ migrationis certum annotatur.

CAPUT XLVII.

De Florentio Abbate nono decimo & de ſpeciali gratia facta Wilhelmo de Egmunda ſuper ſucceſſione pro filiis Gerardi filii ſui.

Poſtquam ergo Henricus reſignaſſet Florentius ſatis juvenis conſilio Henrici Abbatis electus eſt nonus decimus Abbas Egmundenſis. Hic enim

enim fuit filius Werenboldi Utenhage militis, unde tum ex juvenili ætate, tum ex ingenuitate plus animosus fuit, quam monasterio expediens fuit, quia bona monasterii juxta Schagen neglexit, & multos vasallos de novo infeodavit, & cum conventu suo, ut patet in Regiſtris, discordiam sæpe habuit. Porro Gerardus de Egmunda miles filius Wilhelmi de Egmunda genuerat ex Elisabeth de Strenen uxore sua quatuor filios, scilicet Wilhelmum avo suo succedentem, Walterum, Nicolaum, & Johannem, sed Nicolaus solus reperitur fuisse miles. Johannes autem quendam genuit dictum Geye Janſſe, de quo postea dicetur, & Walterum cognominatum de i Werensteyn militem, qui Albertum, qui Ottonem, qui Albertum & Joannem fratres, & cognominati fuerunt indifferenter de Egmunda ceu de Merensteyn. Itaque Wilhelmus de Egmunda supra nominatus miles impetravit gratiam ſpecialem pro filiis Gerardi militis filii sui in casu, quo Gerardus prædictus moreretur ante Wilhelmum patrem suum, super succeſſione feodi sui a Florentio Abbate, cujus tenor hic est: *Florentius permiſſione divina Abbas Hæcmundenſis universis præsentia visuris salutem in Domino. Noveritis quod nos ex deliberatione consilii hujusmodi bona, quæ nobilis vir Wilhelmus de Egmunda a nobis seu nostro monasterio de jure tenet in feodum & possidet, matura recognoscimus conceſſione seniori filio ex procreatione legitima Gerardi de Egmunda ejusdem Wilhelmi filii, eisdem modo & jure in feodum possidenda, ut ipse Wilhelmus de jure tenetur possidere a nobis seu nostro monasterio in feodum, si prædictum Gerardum prius quam suum patrem antedictum Wilhelmum ab hoc contingat seculo migrare. In cujus rei testimonium præsentem chartulam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Actum & datum anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo octavo in vigilia omnium Sanctorum.*

i *Merensteyn* Friſ.

CAPUT XLVIII.

De occiſione Florentii Comitis quinti decimi, & litera, quæ dicitur Vidimus, *ejuſdem Comitis pro Wilhelmo milite de Egmunda & de eventibus ejuſdem temporis.*

Anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo sexto Florentius Comes Hollandiæ quintus decimus filius Regis Wilhelmi interfectus est a Gerardo de Velsen viginti quinque vulneribus circa Muyden, ut ei a quadam muliere prædictum fuerat, & sepultus est in monasterio Rynsburgenſi juxta Beatricem uxorem suam. Hujus nepos Reynoldus Comes Gelriæ habens in uxorem Margaretam sororem Beatricis Comitiſſæ Hol-

landiæ præfatæ vindicavit eum de inimico ſuo Gerardo de Velſen. Hic Florentius quinque caſtra in Friſia ædificavit pro ſupplantatione illius Provinciæ, ſcilicet Wydenes, Medenblick, Enegenborch, Nieborch, Middelborch. Ab eodem etiam Florentio Wilhelmus de Egmunda miles dicitur obtinuiſſe unum *Vidimus* in anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio, cujus tenor talis reperitur: *Nos* Florentius *Comes Hollandiæ notum facimus univerſis præſentia viſuris vel audituris, quod coram nobis venit fidelis noſter Wilhelmus de Egmunda miles, & oſtendit nobis cum hominibus eccleſiæ & literis monaſterii Hæcmundenſis eum feodali jure tenere libere a præfato monaſterio omnem juriſdictionem altam & baſſam inter Anemerſweet & Winnemerſweet. Ulterius oſtendit nobis cum hominibus eccleſiæ* k *& literis cognitione, quod ipſe in domo ſua prope Rynegom & ſuper manſum ſuum, ubi domus ſua ſituata eſt, retinere libere poteſt exules noſtros, dummodo cum rapinis & incendiis damnum nobis non inferant, neque terris noſtris, ſed in aliis locis in Egmunda & dominii ſui non poteſt eos retinere, cum tamen omnes aliæ juriſdictiones ſibi libere pertineant, ſicut præſcriptum eſt. Et quoniam iſta oſtenſio in veritate nobis facta eſt, ideo recognoſcimus pro nobis & pro tota poſteritate noſtra eam ſigillatam eſſe noſtro ſigillo. Datum apud Albertsberg anno Domini milleſimo ducenteſimo octuageſimo tertio Dominica die poſt feſtum nativitatis S. Iohannis Baptiſtæ.* Porro iſta ſchedula habetur in Teutonico in ſimili ſententia, ſicut hic ponitur in Latino, & multotiens Abbas Hæcmundenſis laboravit ad improbandam eam. Occiſo ergo Florentio Comite Dominus Florentius Abbas regalis monaſtetii S. Adalberti, Theodoricus undecimus Dominus de Brederode, Henricus Burchgravius Leydenſis, ac Wilhelmus de Egmunda milites perrexerunt Angliam, & inde ad Hollandiam adduxerunt Iohannem filium Florentii Comitis & fit ſextus decimus Comes Hollandiæ. Hujus tempore ſcilicet anno Domini milleſimo trecenteſimo decima octava die Maji obiit Gerardus de Egmunda miles, filius prædicti Wilhelmi militis, quadriennio ante Patrem ſuum. Uxor vero ejus Eliſabeth de Strenen obiit anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſeptimo. Hic autem Gerardus reliquit poſt ſe quatuor filios, de quibus dictum eſt capite quadrageſimo ſeptimo. Anno autem Domini milleſimo trecenteſimo l quinto Kal. Decembr. obiit in Haerlem Iohannes Comes Hollandiæ ſine liberis & ſine militari nomine Comes ſextus decimus, cui ſucceſſit Iohannes Comes Hannoniæ filius ſororis Regis Wilhelmi, & fit Comes Hollandiæ ſeptimus decimus.

k Deeſt *& literis* in Friſ.

l *quarto* Bockenb.

CA-

CAPUT XLIX.

De parlamento inter Florentium Abbatem Egmundenſem & Ghye filium Iohannis ac de obitu ejuſdem Abbatis.

Anno Domini milleſimo trecenteſimo tertio quidam nuncupatus Gheje filius Iohannis de ſanguine Egmundenſium militum attemptavit cum ſuis adjutoribus obtinere bona & terras Dominii de Egmunda, aſſerens omnem terram Hæcmundenſem ſibi pertinere debere in *Erſhuer*. Cauſa deducitur ad judicium hominum eccleſiæ, & tota terra prædicta adjudicatur monaſterio & eccleſiæ Hæcmundenſi, ſicut ſententia deſuper lata & in ſcriptis redacta canit, cujus tenor hic eſt: *Gerardus de Raephorſt miles, Wilhelmus de Haerlem, Theodoricus de Waſſenaer, Bartholomeus Uyterwyck, & Ioannes de Rollant homines eccleſiæ Hæcmundenſis notum facimus omnibus præſentem paginam viſuris vel audituris, quod nos citati eramus ad comparendum in Hæcmunda coram domino noſtro Abbate & ſuo Conventu in parlamento, quod habebat adverſus Gheje filium Iohannis ſuoſque adjutores & vicinos de Egmunda, ſcilicet de terris inter Aremerſweet & Winnemerſweet, quas dicebant prædicto Gheje in* Erſhuer *pertinere debere, quibus Dominus Abbas & ſuus Conventus contradixerunt oſtendentes literas veras primi Comitis & secundi Comitis Hollandiæ omnem terram illam ipſis*[m] *debere pertinere & domino Apoſtolico per nonum Comitem Hollandiæ traditam libere fuiſſe, a quo & ipſi omnia prædicta tenent ſub annuali cenſu. Porro hoc Parlamentum agebatur per nos & alios homines eccleſiæ, qui ad hoc citati fuerunt de ſententia ad ſententiam. Itaque tandem per ſententiam, quam habebat dare Scultetus* Peregrinus *filius Wilhelmi Sculteti, ſententiatum fuit, quod Abbas præſcriptus judicialiter teneretur ſcire, qualiter illam terram poſſidere deberent, cumque ſententia illa per homines eccleſiæ approbata, & per adverſam partem admiſſa fuiſſet, quaritur a Gerardo de Raephorſt milite judicialiter, quis cum Abbate hoc ſcire deberet, qui judicavit, quod etiam Conventus cum Abbate hoc ſcire deberet. Quod judicium omnes approbaverunt. Quo completo quaritur a Theodorico filio Walteri militis, qualiter ipſi hoc ſcire deberent, qui per fidelitatem, qua ratione homagii tenebatur S. Adalberto patrono eorum, protulit ſuam ſententiam. Quibus ſic peractis & ab utraque parte approbatis manifeſtavit Dominus noſter Abbas ſententiam ſuam, & quidam monachus qui ex parte ipſius loquebatur, quia ſic ſententiatum fuit, quod bene potuit, pro eo quod debilis Abbas in loquela fuit, per fidelitatem, qua tenebatur S. Adalberto, adjudicavit domino Apoſtolico*

m *libere* Friſ.

proprietatem omnium bonorum monasterii Hæcmundensis, sibi & Conventui, qui nunc sunt & in futurum erunt, proventus & fructus eorum, vicinis talem gratiam, qualem suis temporibus habuerunt cum ceteris petentibus veniam, sed illos qui juridice contra eum processerunt privavit bonis suis. Quibus dictis & approbatis idem monachus protulit eandem sententiam antedictam ex parte Conventus per eandem fidelitatem, quia sententialiter judicatum fuerat, quod ipsi poterant facere, si tamen Conventuales consentirent in suam sententiam, sicut & fecerunt. Quo peracto tunc quæritur sententialiter a Theodorico de Wassenaer, an istud judicium haberet omnia sua justa requisita, qui sententiavit, quod judicium istud obtinuisset omnia sua plena jura, & approbatur sententia illa ab omnibus qui aderant. Tunc Gheye filius Johannis cum parte sua & vicinis confusi disparuerunt, & sententiati sunt a Johanne de Rollandt, de quo quærebatur sententia, omnes incurrisse sententiam juris. Et ut omnia ista firma & inconvulsa permaneant in hujus rei testimonium sigillavimus literas istas sigillis nostris in anno Domini millesimo trecentesimo tertio, quarta feria post festum Epiphaniæ. Litera ista in originali suo habetur in Theutonico in Abbatia Hæcmundensi in consimili sensu. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto septimo Calend. Martii obiit Florentius Abbas decimus nonus, qui dedit Conventui quatuordecim solidos annuatim de Abbatia recipiendos. Sepultus est autem ante Capellam B. Mariæ sub petra a latere australi Werneri Abbatis, videlicet inter Lubbertum Abbatem & Wernerum, cujus etiam & hoc extat epitaphium:

Hic ex Haga datus Florentius Abba locatus
Est, qui formosus, cautus fuit, ingeniosus,
Pompose stravit sua, campanas renovavit,
Cum grege certavit, feudanda dilapidavit.
Hic dum migravit annus de verbigena fit
M. ter C. quater I. sub septeno [n] Martii.
Lector sincere Deus isti dic miserere.

[n] *Kale Marti* Fris.

Post istum Wernerus Trajectensis natione eligitur, pro cujus confirmatione a Guidone episcopo dictum cœnobium multis temporibus aggravatur.

CAPUT L.

De Wernero Abbate vigesimo & quibusdam eventibus illius temporis.

Defuncto igitur Florentio Abbate quidam venerabilis monachus dictus Wernerus loco ejus vigesimus Abbas Hæcmundensis [o] venerandus

[o] *reverendus* Fris.

dus factus p est. Hic de Trajecto natus & Uyttenwaetde cognominatus est. Anno Domini millesimo trecentesimo quarto vigesima die Martii Wilhelmus de Egmunda tertius senex valde obiit sine liberis propriis, quia Gerardus miles filius suus jam per quadriennium sive quatuor annos defunctus fuerat, sed idem Gerardus reliquerat quatuor filios. Itaque Ada uxor ejus obierat anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, quæ legavit monasterio Hæcmundensi —— solidos annuatim, & fuit prima infra ecclesiam monasterii Hæcmundensis sepulta de prosapia Hæcmundensium, quia antea in loco, qui Paradisus dicitur, omnes de q gente Hæcmundensium sepeliebantur, & juxtā eam etiam sepelitur Wilhelmus de Hæcmunda miles maritus ejus. Quo defuncto successit ei in bonis suis feodalibus Wilhelmus nepos ejus senior filius Gerardi de Egmunda militis filii sui, & hoc ratione privilegii positi in capite quadragesimo septimo. Hujus ergo Wilhelmi uxor dicebatur Margareta filia Comitis de Blanckenhem, de qua non genuit. Item Nicolaus filius Gerardi obiit anno M. ccc. v. & Johannes Domicellus frater ejus obiit anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, etiam ambo sepulti in ecclesia Hæcmundensi. Anno Domini millesimo trecentesimo quinto Johannes Comes Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ secundo Idus Septembris requievit in Domino, sepultus in urbe Valescenorum honore congruo. Hic Johannes prius existens Comes Hannoniæ quinque saltem annis Comitatum rexit Hollandiæ, cujus uxor Philippa octavo Idus Aprilis defuncta est, & penes virum suum in Hannonia tumulata. Huic ergo Johanni successit Wilhelmus filius ejus bonus, Comes octavus decimus Hollandiæ &c. Porro Wilhelmus supradictus de Egmunda habebat quendam fratrem ex utroque parente, cui nomen erat Walterus, & huic in anno Domini millesimo trecentesimo sexto Wernerus Abbas Hæcmundensis dedit decimas in Hillegom ex integro.

p fuit Fris.

q genere Fris.

CAPUT LI.

De confirmatione Clementis Papæ quinti super infeodatione Dominorum de Egmunda.

Circa hæc tempora Wilhelmus de Egmunda quartus donationem Advocatiæ Wilhelmo de Egmunda militi abavo suo datam per Henricum Abbatem, de quo supra habetur capite trigesimo tertio, impetravit confirmari a Clemente Papa quinto cum bulla in tali forma: *Clemens Episcopus Servus servorum Dei dilecto filio Wilhelmo de Egmunda nobili armi-*

gero Trajectensis diœcesis salutem & Apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, & vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecte mi in Domino fili tuis multis postulationibus grato concurrentes consensu literas seu instrumenta tuis progenitoribus super Advocatia ecclesiæ S. Adalberti Hæcmundensis cæterisque bonis feodalibus a dilectis filiis Abbate & Conventu ejusdem Egmundensis ecclesiæ dictæ diœcesis concessa per hæc verba: Omnibus *S. matris ecclesiæ fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit,* Henricus *Dei gratia Abbas Hæcmundensis,* Isbrandus *Prior, totusque Conventus salutem in eo, qui est salus omnium. Ne gestarum rerum memoria temporis processu evanescat, congruum est res mortalium ratione robustas scripto perennare. Cognoscat igitur præsens ætas & postera, quod fideli nostro Domino Wilhelmo Advocatiam, quam ab ecclesia nostra feodaliter obtinet; & cuncta sua bona feodalia ab ecclesia nostra retenta sub hac forma contulimus, Si idem Wilhelmus sine filio legitimo decesserit filia sua major natu prædictam Advocatiam cum prædicto feodo recipiat. Quod si nec filiam legitimam habuerit, frater suus legitimus successor in eadem Advocatia & dicto feodo statuatur, universique heredes ipsius Wilhelmi in prædicta bona legitime successuri hoc eodem jure in eisdem bonis tenendis, quo concessa sunt prænemorato Wilhelmo, perpetuo potiantur. Et ne aliqua possit subinde calumnia suboriri, sed donatio nostra rata & inconvulsa permaneat, præsenti pagina sigillo nostro roborata hoc factum dignum & utile duximus confirmandum. Testes superfuerunt Isbrandus de Egmunda, Dodo de Heyligeloo, Henricus de Heyligeloo, Gerbrandus de Alcmaer. Datum anno Dominicæ incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo sexto mense Decembri;* Sicut eas *aut ea juste, libere, & quiete obtinuisti & obtines, tibi tuisque successoribus cum earundem seu eorundem tenore authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostra confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siqua autem ecclesiastica secularisve persona sciens contra eam temere venire præsumpserit, a sacratissimo corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo judicii die districta subjaceat ultioni. Datum Avinione decimo quinto Calendas Februarii, Anno Domini millesimo trecentesimo decimo, Pontificatus nostri anno quinto.* Et hæc confirmatio facta est circa annum M. CCC. X. quando dicta bona vacabant monasterio, quia Wilhelmus impetrator dictæ confirmationis nec juste nec libere obtinuit tunc temporis ista bona. Item Bonifacius confirmavit privilegia Wilhelmi de Egmunda in forma communi, nullis tenoribus privilegiorum insertis, Pontificatus sui anno septimo, hoc est, anno Domini MCCC. II. C A-

CAPUT LII.

De potestate obtenta a Sede Apostolica ad benedicendum plura, & confirmatione multorum privilegiorum, & de obitu Werneri, Abbatis vicesimi.

Anno Domini CIↃ. CCC. VII. Clemens Papa quintus cum Burdegalis resideret contulit Hæcmundensi Abbati, ut potestatem haberet ad benedicendum cum debita solemnitate pallas altaris, amictus, albas, manipulos, stolas, casulas, cæteraque hujusmodi ornamenta infra suum monasterium sine celebratione prævia, sed extra suum monasterium, ubicunque eum divina contigerit celebrare, in parochiis quoque personatuum ipsius, pueros earundem clericali charactere insignire, jure diœcesani semper salvo. Anno vero sequenti idem Clemens Papa confirmavit totum privilegium ex integro, quod Innocentius quartus dederat sub data Ann. Domini CIↃ. CCC. XLVII. ut patet supra cap. XXXVIII. Sed superaddidit quod crisma, oleum sanctum, consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, & confirmationes & consecrationes Abbatum a diœcesano suscipiantur episcopo, vel a quocunque alio episcopo Catholico ad libitum. Bulla hujus privilegii est in Abbatia Egmundensi. Anno Domini CIↃ. CCC. VIII. in festo S. Agathæ obiit Wernerus Abbas vigesimus, qui de bonis Abbatiæ dedit cuilibet Conventuali augmentando præbendas quadraginta solidos annuatim, & sepultus est ante Capellam B. virginis sub sarcophago a latere boreali Florentii Abbatis ad caput Bartholdi Abbatis vigesimi primi sui successoris. *

CAPUT LIII.

De Bertholdo Abbate vigesimo primo, & de infeodatione Walteri de Hæcmunda ad vitam suam tantum.

Anno Domini M. CCC. VIII. ordinatur Bertholdus de Ojen vir nobilis filius Domini de Oyen vicesimus primus Abbas Hæcmundensis. Anno Domini M. CCC. XII. obiit Wilhelmus de Hæcmunda sine liberis & sine militari nomine & sepelitur in monasterio Hæcmundensi. Margarita vero uxor ejus de Blanckenhem obiit anno Domini CIↃ. CCC. XII. postquam iste Wilhelmus annis octo —— & propterea Walterus frater ejus factus est Dominus Egmundensis. De aliis ejus duobus fratribus

* Sequebatur hic in Frisico epitaphium Werneri, quod infra habet Lector *seq. cap. in fin.*

bus dicetur in sequentibus. Temporibus autem istius Wilhelmi supradicti factus est Wilhelmus bonus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, Comes decimus octavus, ut supra dictum est. Hic Comes habuit fratrem Guidonem nomine episcopum Trajectensem. Et hic Guido genuerat prius in laicali habitu legitime ex uxore sua filiam nomine Mariam, quam in uxorem accepit Gisbertus Dominus de Yselsteyn, & genuit ex ea Arnoldum Dominum de Yselsteyn, & Guidam uxorem Iohannis de Egmunda, de quo infra, [r] & post mortem —— Walterus igitur hujus nominis tertius, frater prædicti Wilhelmi de Egmunda mortuo fratre suo sine liberis factus est octavus decimus Dominus de Egmunda, ut infra dicetur. Hic Walterus habuit in uxorem Beatricem filiam D. de Durtogen, ex qua genuit Iohannem hujus nominis primum sibi succedentem. Igitur cum Walterus iste fratri suo in feodalibus succedere vellet, & non valeret propter resistentiam Abbatis, tandem per preces suas & consanguineorum suorum & ministeria Abbati & Conventui exhibita obtinuit ab eodem Abbate infeodari ad vitam suam tantum, & dedit desuper Abbati & Conventui recognitionis literas, quarum tenor hic est: *Ego Walterus de Egmunda notum volo esse omnibus præsens scriptum inuentibus, vel audientibus, quod de consilio amicorum meorum, discordiam quæ erat inter Bertholdum Abbatem Hæcmundensem ex una parte, & personam meam ex altera de bonis in Hæcmunda, tradidi in [s] manus Hugonis Prioris Hæcmundensis, Gerardi de Heemskerck militis, Iohannis Persyn senioris, Walteri Uytterwyck, & Theodorici de Rollandt ad observandum eorum arbitrium, quorum arbitrii promulgatio patet in sequentibus. Inprimis arbitrati sunt, quod sub arbore ante lapideam domum debent observari tria judicia, sermone vulgato dicta [t] Gardingen. Item si aliquis occideretur in villa tunc ego Walterus prænominatus venirem & quærerem ab eodem Abbate, quando placeret sibi judicium desuper fieri, & rogabo Abbatem, ut præsens interesset judicio, & in casu, quo Abbas absens esset, rogabo Priorem, ut judicio adsit, & judicium occisi erit ante proximiorem domum villæ [v] aut pontem. Ulterius non [x] habebo judicium exercere adversus homines ecclesiæ, nisi de homicidio & de pugna. Item si famuli monasterii in villa forefacerent, tunc ego vel per Nuntium meum intimarem Abbati, ut ipse eos admoneret ad satisfaciendum competenti tempore, sicut decet, & in casu, quo Abbas non faceret, ego procederem judicialiter contra eos. Ulterius de Sculteto ego eligam tres viros, & de illis Abbas eliget unum Scultetum quemcunque voluerit ad faciendum & judicium & justitiam. Et in casu quo aliquis veniret & peteret judicium de hominibus & famulis ecclesiæ & Abbas responderet, quod non vellet, vel non posset, tunc ego facerem, & etiam*

[r] Fris. *Unde & post.*

[s] *manu* Fris.

[t] *Gadinge* Fris.

[v] *ante* Fris.

[x] *habeo* Fris.

tiam in casu quo Abbas vel Nuncii ejus non valerent obtinere judicium in villa vel alibi ubi jus haberet, tunc ego venirem ei in auxilium, sicut teneor in licitis suis; & e converso Abbas tenetur mihi succurrere in meis licitis. Igitur omnia ista durabunt solum ad vitam meam & non amplius. Et ut ista firma & inconvulsa permaneant & a me observentur appendi sigillum meum ad præsentem paginam. Datum & factum in Hæcmunda anno Domini CIↃ. CCC. *& duodecimo in die Apostolorum Simonis & Iudæ.* Pagina ista in suo originali in Abbatia habetur in vernacula lingua, in consimili sensu, quam & in manu mea habui, perlegi, exscripsi, & Latinum feci. Porro de præscriptis literis anno Domini CIↃ.CCC. XXVII. fecerunt pariter unum *Vidimus* Frater Harbordus Prior Prædicatorum in Haerlem, & Frater Arwinus Prior Carmelitarum in Haerlem. Hic nempe Walterus de Hæcmunda non reperitur fuisse miles, uxor vero ejus fuit Beatrix de Duertogen (*Doertogen* jacet prope *Naeltwyck*) ex qua genuit, ut supra, Iohannem sibi succedentem. Porro Abbas Bartholdus multa bona in Banesse apud Uytgeest alienavit, & monasterium in duobus millibus & octingentis libris antiquæ monetæ tempore obitus sui obligatum reliquit. Obiit autem anno Domini CIↃ. CCC.XIX. secundo Idus Februarii, & sepultus est in sepulchro Franconis Abbatis ante Borealem januam chori sub sarcophago ad pedes Werneri Abbatis, & dedit Conventui novem libras bonæ monetæ de Abbatia annuatim recipiendas. Sequuntur epitaphia istorum duorum Abbatum, scilicet epitaphium Werneri & Bartholdi Abbatum:

Abbas Wernerus jacet hic qui Pastor & Herus
Trajecti natus fuit ac ex Werd vocitatus
Templum vestivit cum sedibus his & obivit
Anni dum Domini sunt octo mille trecenti
Sub festis Agathæ, vivat sine fine beate.
Lector *sincere Deus isti dic miserere.*

Epitaphium Bertholdi

Hic cum Francone jacet Abbas, qua ratione
Nescio, Bartholdus ex Oyen qui fuit ortus.
Hic bene devotus sed cautus non bene totus.
Res alienavit, & debita multiplicavit
Idus sub bino Februo denoque noveno
Ac trecenteno milleno dormiit anno
Dic Lector x *quisquis Deus ut miseretur utrisque.*

x *quisque* Fris.

CAPUT LIV.

De Theodorico Schrevelt Abbate vigesimo secundo & venditione cujusdam domus sub pactione dicta Lantwinninge.

Anno Domini M. CCC. XIX. mortuo Bertholdo Abbate vir piissimus, prudens, nobilis, dominus Theodoricus videlicet cognomine Schrevelt dictus, ingenua Egmundensium prosapia genitus, pastorali regimine sublimatur, & efficitur vicesimus secundus Abbas Egmundensis. Hic fuit filius Gerardi de Egmunda militis, filii Arnoldi de Egmunda militis, fratris Lubberti hujus nominis secundi, & primi Regalis Abbatis. qui prius simplex, devotus, ac utilis dispensator monasterii exstitit, ac circa finem suum ab Egmund. persecutus est. Anno Domini M. CCC. XXI. obiit Walterus de Egmunda & sepelitur in ecclesia ejusdem monasterii, cui successit Iohannes de Egmunda filius ejus miles. Hujus Iohannis militis uxor fuit Guida filia Gisberti Domini de Yselsteyn, mater vero ejus, uxor ejusdem Domini de Yselsteyn, etiam dicebatur Guida filia D. Guidonis episcopi Trajectensis legitima, fratris Iohannis Comitis Hannoniæ, Hollandiæ &c. ut supra dictum est, ex qua Iohannes de Egmunda miles genuit Arnoldum Dominum de Egmunda primum, Iohannem, Gerardum Balivum Kennemariæ, maritum Wilhelmæ Dominæ de Wateringen, Ottonem qui occulte duxerat in matrimonium Mabeliam filiam Domini de Arkell, sororem scilicet Iohannis episcopi Trajectensis, Wilhelmum militem & Dominum de Soetermeer, Albertum Canonicum Trajectensem S. Mariæ, Dominum N. de Vianen, Dominum N. de Culenburch, N. Burchgraviam Leydensem, N. uxorem Bartholomei de Raephorst militis, N. Sanctimonialem Buscoducis apud Clarissas, Mariam Domicellam y Rysnich, ac Bertham uxorem Walravi Domini de Brederode, & quia Arnoldus frater Gisberti de Yselsteyn Dominus de Yselsteyn fuit sine liberis, ideo Dominium de Yselsteyn z ad missionem Wilhelmi boni Comitis Hollandiæ ac Margareræ Imperatricis filiæ ejusdem Comitis devolvebatur ad proles Guidæ jam dictæ uxoris Domini Iohannis de Egmunda. Igitur post mortem Arnoldi fratris Gisberti de Yselsteyn, & post mortem patris Gisberti scilicet de Amstel factus est iste Iohannes Dominus de Egmunda Dominus de Yselsteyn ex parte uxoris suæ. Anno Domini M. CCC. XXVI. D. Theodoricus Screvelt Abbas vendidit cuidam Gerardo de Egmunda domum in Egmunda sub pactione dicta *Landwinninge*, & in signum hujus idem Gerardus tradidit Abbati lite-

y. Risingis. Fris.

z. admissione Fris.

literas formam exemptionis continentes in tali forma: *Notum sit omnibus, quod ego Gerardus miles emi a Reverendo Patre in Christo Abbate Egmundensi unam domum cum area, quarum possessor* [b] *fuit ante mortem suam D. Costinus Pastor Egmundensis sub tali conditione, quod prædicta hereditario jure post mortem meam devenient ad heredes meos, si tamen tempore obitus mei habitaverint in Hæmunda, & tunc hoc fiet tali pacto, id est,* Lantwinninge, *sicut consuetum est hujusmodi obtinere ab Egmundensi Abbatia, sed si heredes mei tempore mortis meæ non habitaverint in Hæcmunda, tunc omnia prædicta devolventur ad Abbatem Hæcmundensem absque contradictione cujuscunque. Ulterius ego non evellam arbores virides stantes in prædicta area. Et in testimonium veritatis sigillata est hæc litera sigillo meo. Datum anno domini* CIↃ.CCC.XXVI. *in vigilia Willebrordi.* Anno Domini CIↃ. CCC. XXVI. obiit Theodoricus Schrevelt Abbas Hæcmundensis tertio Calendas Octobris. Is dedit cuilibet conventuali presbytero unam libram annuatim ad vestes, & toti Conventui ad memoriam quinque libras annuatim, & sepultus est [c] ad australem partem altaris sanctæ Crucis sub petra a latere australi Henrici quondam Abbatis, cujus hoc est epitaphium:

[b] *fuerat* Fris.

[c] *ante* Fris.

Ecce Theodorici cineres bonitatis Amici,
Nunc tegit iste later, qui fuit Abba pater.
Hujus Regalis claustri quoque spiritualis
Pastor honore fruens, nobilitate cluens.
Floruit Hæcmunde monachorum Pastor abunde
Solvens inprimis debita multa nimis.
Ad phanum claustri [d] partem Borealis & Austri
Hic renovans etiam desuper ecclesiam
Ornamenta bona vasorum plurima dona
Argenti domui fecit inesse suæ.
Auxit præbendas feliciter. Inde Calendas
Octobris trino dormiit in Domino.
Dicite nunc cuncti Lectores ad relevamen
Hujus defuncti quod requiescat Amen.

[d] *partis* Fris.

CAPUT LV.

De Hugone Abbate vigesimo tertio.

Anno Domini M. ccc. xxvi. sepulto Domino Theodorico Abbate electio cum invocatione S. Spiritus celebratur, & eligitur Hugo filius Mensonis opidi Harlemensis Abbas vicesimus tertius. Hic monasterium

tam in ſpiritualibus quam in temporalibus bene rexit, conventum valde dilexit, & bona monaſterii augmentavit. Anno Domini CIↃ. CCC. XXVII. perlucida Cometes apparuit, & eodem anno Wilhelmus Bonus Comes Hannoniæ & Hollandiæ &c. arthritico morbo debilitatus obiit, cui ſucceſſit Wllhelmus frater Imperatricis Romanorum, filius ejus, Comes Hollandiæ decimus nonus. Anno Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo conſecrata eſt ſacriſtia a Kenone Margaritenſi epiſcopo Suffraganeo Trajectenſi & altare ejuſdem Sacriſtiæ in honore S. Ieronis Martyris & S. Agathæ virginis. Quod altare deſtructum fuit anno Domini M. IↃ. XVI. Anno Domini M. CCC. XLV. decimo ſexto Calendas Septembris obiit Hugo Abbas, qui dedit Conventui in Ruven duodecim menſuras terræ, dictas *margen*, Latine jugera, & ſepultus eſt ante Capellam S. Benedicti, cujus hoc eſt epitaphium:

octo tunc Friſ.

Laurent e octa Ieſu ſemel M. ter C. novies V.
Eſt populus moeſtus, moritur quia largus, honeſtus,
Hugo Menſonis exemplum dapſilitatis,
Mitis valde bonis, ultor durus ſceleratis,
Nobilibus charus, rerum fuit ordine gnarus.
Sic vitam duxit, quod dormitoria ſtruxit,
Et terras emit, violatas jure redemit.
Flent verecundantes inopes victumque rogantes,
Tali privati, qui pronus erat pietati,
Vivendi norma fuit atque gregi bona forma.
Nam fuit Abba pater, claudatur ei locus ater,
Et ſic pro meritis ſit junctus in æthere choris.

CAPUT LVI.

De Wilhelmo de Rollant Abbate vigeſimo quarto.

Anno Domini CIↃ. CCC. XLV. viam univerſæ carnis Hugone Abbate ingreſſo Wilhelmus de Rollant fit Abbas Egmundenſis viceſimus quartus, qui ſex annis laudabiliter & valde utiliter tam in ſpiritualibus quam in temporalibus monaſterio præfuit. Hujus Abbatis tempore Wilhelmus Comes Hollandiæ Trajectum cum magno exercitu obſedit, in qua obſidione ſagittam accepit in pede. Tandem pace facta in Friſia occiditur anno Domini M. CCC. XLVI. ſexto Calendas Octobris. Poſt cujus mortem Ludovicus Imperator hujus nominis quartus dedit Comitatum Hollandiæ Margaretæ uxori ſuæ, ſorori dicti Wilhelmi, quia ſine liberis mor-

mortuus fuerat, efficiturque Comitissa Hollandiæ vicesima. Hæc Margareta habens duos filios ex Imperatore, scilicet Wilhelmum Ducem freneticum & Albertum Ducem Bavariæ. Habuit eadem adversus filium seniorem videlicet Wilhelmum bellum supra Mosam. Anno Domini M. ccc. LI. Wilhelmus de Rollant Egmundensis Abbas per Procuratores Abbatiam in Romana Curia resignavit supplicando dicto monasterio provideri cum persona Dn. Iohannis nuncupati Olout monachi Egmundensis & Doctoris decretorum, tunc in Romana Curia legentis, quod & ita factum est.

CAPUT LVII.

De Iohanne Olout Abbate vigesimo quinto.

Iohannes Olout efficitur vigesimus quintus Abbas Hæcmundensis. Hic ex oppido Harlemensi ortus fuit decretorum Doctor, & tam Conventui quam Egmundensibus charus fuit satis, sed in flore juventutis morte præventus nihil memorabile gessit. Obiit autem anno Domini CIↃ. CCC. LIII. decimo octavo Calendas Octobris, pro cujus anima dati sunt Conventui decem solidi annuatim & sepultus est in sepulcro Andreæ, Brunonis, & Reyneri Abbatum sub boreali latere cujusdam pretiosæ petræ, cujus hoc est epitaphium.

Hic sunt Doctoris decreti membra Iohannis
Abbatum floris, binis qui præfuit annis,
Dapsilis, & gnarus, cunctisque per omnia charus
Struxit, quæ quivit, majora patrare cupivit,
Hæc dum quæsivit, mortemque repente subivit
M. semel est Iesu ter C. ter I. decies U
Annus dum colitur crux exaltata moritur.
Lector sincere Deus isti dic miserere.

Quo mortuo iterum Wilhelmus de Rollant Abbas eligitur unanimiter, qui dissimulans se propter adventum Wilhelmi Ducis frenetici & aliorum Principum pro diversarum personarum electione laborare volentium consensit electioni de se factæ, sed postea vigesimo sexto die vocatis electoribus suis electioni suæ coram Notario in præsentia totius Conventus renuntiavit, qui postmodum in monasterio pie, honeste, & humiliter conversatus obiit tandem anno Domini M. ccc. LV. quinto Idus Aprilis. Hic dedit Conventui terram in Bachem, singulis annis unam libram persolventem, & sepultus ante Borealem partem altaris S. Crucis, a latere boreali secundi Henrici quondam Abbatis, cujus hoc est epitaphium:

Wilhelm de Rollant jacet hic semel Abba vocatus,
Quem superextollunt bonitates quas operatus.
Est ter electus bis liquit sponte revectus.
Hic augmentator rerum, larium reparator,
Claustri zelator fuit ac inopum recreator,
Devotus totus & nobilibus bene notus.
Mansuetus, lætus fuit, & virtute repletus.
Subditus ac humilis obiit sub quinto Aprilis
Idus quando Iesu datur M. C. ter & L. X. V.
Lector sincere Deus isti dic miserere.

CAPUT LVIII.

De Hugone Abbate vigesimo sexto & de bello inter eum orto & Iohannem de Egmunda militem.

Cum ergo, ut jam dictum est, Wilhelmus de Rollant secundo resignasset, Hugo de Assendelft efficitur vigesimus sextus Abbas Hæcmundensis. Hic construxit Capellam in Winnem, quatenus per eam sciri possent limites monasterii Hæcmundensis, propter quod factum est, & quia nimis zelosus fuit pro bonis monasterii hinc inde a Iohanne de Egmunda acquirendis ac rehabendis, discordia magna orta est inter eosdem. Et quia idem Ioannes per viam juris nequivit Abbati resistere, ideo via facti processit contra eum. Fuit enim dives & potens, quia fuit Dominus de Yselsteyn ex parte uxoris suæ, & fuit magnus apud Ducem freneticum Wilhelmum, videlicet Comitem Hollandiæ, qui fuit ejus fautor maximus, quia per partialitates, quæ dicuntur *Cabellaus*, exaltatus fuerat in Comitem Hollandiæ. Quare & prædictus Iohannes de Egmunda miles & Dominus de Yselsteyn infinita damna intulit monasterio Hæcmundensi. Anno Domini M. ccc. LVIII. in die S. Georgii prædictus Dux Wilhelmus freneticus effectus decem & novem annis ponebatur in e custodia. Tunc partialitas, quæ dicitur *Cabellaus*, voluerunt regnare uxorem ejusdem Wilhelmi frenetici, sed contraria pars misit Bavariam pro Duce Bavariæ Alberto, fratre ejusdem Ducis, ut loco fratris Hollandiam regeret. In isto ergo bello monasterium Hæcmundense adhuc patitur molestias a prædicto Ioanne de Hæcmunda milite, & damnificavit Abbatem & Conventum ultra duo millia florenorum. Facta ergo Anno Domini CIↃ. CCC. LX. undecimo die Maji, indictione tertia decima, in Avenione citatio per summi Pontificis authoritatem, qui tunc ibi residebat, contra istum Iohannem de

e carcere Fris.

de Egmunda militem. Ex parte Abbatis & monasterii mittitur citatio ad Hollandiam, & executores & examinatores pariter. Anno ergo eodem scilicet millesimo trecentesimo sexagesimo in Augusto Hugo filius Iohannis de Lymen juravit, ut diceret veritatem, ut moris est testium, coram Iudicibus & Commissariis summi Pontificis, de causis inter monasterium Hæcmundense & Iohannem de Hæcmunda filium Walteri militem. Deinde in eodem anno mense Septembri Gerardus Robsant & Hermannus Valckenaer familiares Domini Iohannis de Egmunda, ex mandato, ejusdem domestici & commensales ante domum Walteri de Wilden in villa Egmundensi in via qua itur de monasterio ad Capellam S. Adalberti inhumaniter interfecerunt Hugonem filium Iohannis de Lymen præfatum propter causam prædictam percutiendo ipsum in capite letaliter & mortifere. Mox postquam Gerardus Robsant, & Hermannus de Valckenaer dictum homicidium perpetrarunt, cucurrerunt ad cimiterium ecclesiæ parochialis villæ Egmundensis. Quibus existentibus in cimiterio Iohannes de Egmunda miles mandavit Nicolao de Alcmaria familiari suo, ut duos equos ipsius militis acciperet, & eos ad cimiterium præfatum produceret. Quod & ita factum est. Nam dicti Gerardus & Hermannus ascenderunt equos illos, & in mansum ejusdem militis equitaverunt, ut ibi tute consisterent. Isti autem perpetraverunt homicidium, ne Hugo Iohannis proferret veritatem, sicut juraverat se dicturum contra Iohannem de Egmunda militem. Deinde in profesto nativitatis B. Mariæ virginis venit Walterus cognominatus de Wilde, & detulit monasterio Hæcmundensi duas diffidationis literas in papiro recenter scriptas, & una earum erat sigillata sigillo Florentii Arnoldi, & altera sigillo Wilhelmi Gallicani, cum quibus quilibet in solidum diffidavit Dominum Abbatem Hæcmundensem cum Conventu suo, & omnes ministeriales ejusdem monasterii. Tunc in nocte Dominicæ sequentis combusserunt magnum horreum, in quo equi Comitis Hollandiæ consueverunt locari, quando veniebat Hæcmundam, & quia ventus adversus Conventum erat, ideo etiam ex eodem igne quatuor combustæ sunt domus, & duo receptacula de frumento plena & fæno ejusdem monasterii cum equis & aliis jumentis multis, supellectilibusque diversis, & lignis pro nova structura præparatis, & in tantum istud incendium prævaluit, ut Abbatem & Conventum damnificaret ultra septem millia scudatorum. Post incendium vero præfatum inventæ [f] sunt sagittæ ignitæ, & scalæ, cum quibus incendium compleverant. Eadem etiam hora quoddam molendinum ad Abbatem & Conventum justo titulo pertinens & per spatium quoddam a monasterio segregatum igni tradiderunt.

[f] *fuerunt* Fris.

C A-

CAPUT LIX.

De eodem discrimine adhuc.

Anno Domini M. ccc. LXI. Sabbato ante festum Sanctorum Philippi & Iacobi summo diluculo combusserunt etiam unum horreum ad monasterium pertinens, remote a monasterio juxta montes arenosos stans. Deinde primo Maji venerunt Gerardus de Heemskerck & Walterus a Merensteyn, & fecerunt tantum tumultus ad januas chori, quod Sacerdos in missa existens, necessitate compulsus celebrationem habebat dimittere & deponere vestes sacerdotales. Post hæc perrexerunt tres monachi Scippelinger verbis monasterii ad Ducem Albertum, qui illuc tunc venerat, ut homagiaretur a Kynnemariis pro Tutore fratris sui Wilhelmi Ducis frenetici, ubi cum essent petierunt a Duce Alberto, ut faceret pacem inter Abbatem Hæcmundensem & Iohannem de Hæcmunda militem, qui dixit eis, *Sequimini usque Catwyck, & ibi audiam vos, & habebitis optatum.* Cum ergo ibi esset ut homagiaretur a Rynlandensibus, accesserunt ad eum prædicti monachi pro causa præfata. Tunc Dux Albertus ordinavit pacem inter Abbatem Hæcmundensem & suos consanguineos, & monasterium cum suis ministerialibus ex una parte, & Ioannem de Egmunda militem & suos consanguineos, ministeriales & adjutores ejusdem militis ex altera parte. Quæ tamen pax non diu servata fuit ex parte Egmundensis, quia post modicum tempus rediit Walterus de Merensteyn cum duobus sociis, & evellendo confregit fores portæ hospitalis, ne de cætero porta hospitalis clauderetur, quæ tamen tunc temporis erat aperta. Deinde feria tertia post festum S. Confessoris Odulphi rapuerunt tres ibices seu ciconias ex antiquo pomario pertinentes Iohanni de Weent monacho, & Gerardus de Heemskerck joco postmodum dixit in despectum monasterii se vidisse per somnium tres ibices per muros avolasse. Sequenti etiam feria quarta redierunt, & cum scalis per murum scanderunt, & confringendo [f] januam domus portæ rapuerunt unum optimum mutonem: sed nec monachi valebant agere contra raptores illos. Deinde in festo S. Adalberti Gerardus [g] famulus Gerardi de Heemskerck cum uno socio intraverunt pomarium Arnoldi de Driel monachi, & rapuerunt ex eo cerasa ad libitum suum, & cum diceretur eis ut desisterent, & exirent, evaginaverunt gladios suos, & Gerardus Boom prædictus vulneravit duos famulos Conventus, adeo ut unus eorum æstimabatur mortuus. Eodem etiam die sero sub vesperis Gerardus de Heemskerck & Walterus de Merensteyn

[f] Abest *januam* a Fris.
[g] *filius* Fris.

cum

cum ſuis famulis ſcanderunt muros & deſtruxerunt portam pomarii Arnoldi de Driel, projicientes eam in foſſis, & inde exiverunt ſuper planiciem cum baliſtis & aliis inſtrumentis bellicis, ita quod nullus de monaſterio audebat exire. Poſt hoc videlicet altera die Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum venit Gerardus de Heemskerck cum ſociis ſuis, & verberavit Paſtorem ſive Cuſtodem ovium, fugans eundem de ſua cuſtodia, diſpergenſque oves, ut una amitteretur, & altera vulnere afficeretur. Alia autem die venerunt Gerardus de Heemskerck & Walterus de Merenſteyn cum tribus ſociis, & ſcanderunt muros in clara die, & rapuerunt ceraſa violenter ex pomario Domini Abbatis. Altera vero die venit Walterus de Merenſteyn cum quinque ſociis viris ſuper cœmiterium, ubi Dn. Laurentius Prior & Iohannes de Weent monachus circa invicem ſtabant. Tunc Walterus prædictus & quidam famulus ejus evaginatis gladiis nitebantur eos interficere, & niſi prohibiti fuiſſent a circumſtantibus & concurrentibus interfeciſſent ſacerdotes religioſos monachos in eorum cœmiterio. Porro Gerardus de Heemskerck & Walterus ſæpedictus prohibuerunt terroribus, ne aliquis emeret decimationes monaſterii Hæcmundenſis, quia volebant ipſos emptores interficere, vel eorum incendere habitacula. Quare nemo vicinorum auſus fuit emere, cum tamen, ut aſſerebant, illis multum indigebant. Et quia nec Conventus nec famuli ejus potuerunt decimare, ſed nec decimas illas monaſterio inferre, ideo manſerunt blada tam diu in agris, quo uſque Nicolaus de Waterlant veniret & emeret decimas illas ad voluntatem ſuam, quia nemo alius emere audebat. Quibus a Nicolao emptis ſtatim venerunt Gerardus de Heemskerck & Walterus de Merenſteyn, & dixerunt vicinis Egmundenſibus: quamvis hactenus decimarum emptionem impedivimus, de cætero tamen vobis emendi facultatem facimus. Et ſic Nicolaus iterum eas vendidit vicinis ad voluntatem ſuam, & lucratus ultra ſexaginta ſcudata, & Gerardus & Walterus ſæpe dicti fuerunt illius participes lucri. Deinde in die ſanctæ Margaretæ poſt veſperas venerunt Gerardus & Walterus ſuper cimiterium cum arcubus, & lanceis, & aliis inſtrumentis bellicis, & ſagittam miſerunt verſus Bertholdum Hoen, qui ſtabat in janua monaſterii, & cum mox clauderetur janua, eidem januæ miſſa ſagitta imprimitur, & ſtatim illi extranei acceſſerunt ad januam invitantes clauſtrales ad exeundum, ut pugnam inirent cum eis. Poſt hæc in profeſto Magdalenæ infra tertiam & ſextam Ioannes de Egmunda miles captivavit ante januam dormitorii Petrum Reynskens, & Walterus de Merenſteyn evaginato gladio perſecutus eſt Theodoricum famulum hoſpitalis de cœmiterio per eccleſiam uſque ad ſummum altare. Deinde

feria sexta post festum assumptionis Mariæ venerunt Gerardus de Heemskerck & Gerardus Boemen, & intraverunt ad placitum pomaria, & altera die rediit idem Gerardus de Heemskerck cum famulis suis & meretricibus multis ad pomaria cum sportis, & rapuit tam in die quam in nocte tot poma, quod bene implessent octo saccos frumenti, & vexit inde aperte cum curru Iacobi Iohannis. Tempestas illa (proh dolor:) diu duravit, & in ea Iohannes de Egmunda miles dominum Arnoldum de Driel Priorem claustralem monasterii Hæcmundensis infra muros & septa monasterii crudeliter per suos satellites (proh nefas) occidit & neci tradidit. Quare Iohannes Papa Quartus apud Avenionam existens in anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, indictione quarta, die nona mensis Augusti, Pontificatus sui anno quarto, eundem Johannem de Hæcmunda militem & suos [h] complures excommunicavit, & publice excommunicatos denuntiavit, Commissariosque hujus negotii constituens in vicinis Hollandiæ partibus præcepit eis infra determinatum terminum sub pœna excommunicationis, suspensionis, & interdicti, ut ipsos præfatos scelleratos palam & publice infra missarum solemnia, dum ibidem populi multitudo ad divina conveniret, & sermonibus publicis & alibi, ubi & quotiens expediens fuerit, omnibus & singulis diebus Dominicis & festivis, campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram projectis, excommunicatos auctoritate Apostolica nuntiarent, mandans ipsos ab omnibus Christi fidelibus artius evitari, donec & tamdiu ad unionem S. Matris ecclesiæ venirent, & de [i] promissis satisfacerent, & merentur absolutionis beneficium obtinere. Literæ vero hujus excommunicationis habentur in Abbatia Hæcmundensi, sed utrum ante mortem obtinuerint absolutionis beneficium, indagare non valui.

[h] *complices* Fris.

[i] *præmissis* Fris.

CAPUT. LX.

De Hugonis Abbatis obitu.

Anno Domini CIↃ.CCC. LXVI. Hugo de Assendelft Abbas venerandus monasterii Hæcmundensis cum per multas tribulationes per ignem & aquam transisset in gravi tribulatione obiit Calend. August. & sepultus est in latere australi januæ Capellæ S. Mariæ virginis sub sarcophago recte ad pedes Lubberti Abbatis, pro cujus anima dati sunt Conventui decem solidi annuatim, cujus est hoc epitaphium:

Anno milleno C. ter L. octoque noveno
Bis Julii deno, bis quino lumine pleno

Hic

Hic quondam gnarus Abbas proh Hugo moritur
Affendelft clarus agnomine quo redimitur
Unde luit, ſua namque ruit nova Solis ab ente,
Nulla potentia nec ſapientia digna benigna
Quit morientia tollere k *fluentia ſigna maligna*
Aut artes, partes, vires, aut verba, vel herba
Non mortem fortem pellunt, nec pera, nec ara
Iſta pateſcunt, l *fileſcunt geſta* m *Prælati*
Membra putreſcunt, oſſa nigreſcunt his decorati,
Quique prius juſto clauſtrum cum temone rexit,
Hic jacet in buſto præſenti quod petra texit,
Hinc ut detur ei cum Chriſto pars requiei
Dicat honore Dei quis miſerere mei.

k *flentia* Friſ.

l *ecce fileſcunt* Friſ.
m *relata* Friſ.

Aliud

Hoc ſub ſarcophago jacet Abbas qui n *dictus Hugo*
Cognomine pago ſit ab Affendelft & origo,
Sub quo crevere bona, ſtructuræ periere,
Nam ſunt injuſte clam ſæpe ab hoſtibus uſtæ.
Hic rigidus, verax, ſimplex, cito credulus, audax,
Pluribus & charus fuit in clauſtro quoque rarus,
Nam latitans moritur velut exul & hic ſepelitur
Quando datur M. C. ter L. & X. quoque ſeptem
Dormiit in Domino Sextilis ſub Cale trino.
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

n *datur* Friſ.

CAPUT LXI.

De Johanne de Hillegom Abbate vigeſimo ſeptimo.

Mortuo Hugone de Aſſendelft Abbate vota eligentium in diverſos dividuntur. Major tamen pars Johannem de Weent monachum eligit. Cujus electioni reliqui tanquam melius aviſati exceptis quinque Conventualibus conſenſerunt. Qui Johannes electus ob hujuſmodi electionem Romam verſus, ubi Curia tunc reſidebat, ſe tranſtulit. Sed D. Theodorico Nagel nuper monacho Egmundenſi tunc Abbate Vlierbecenſi impediente nihil profecit. Imo Dn. Johanni de Hillegom ſacriſtæ Hæcmundenſi a nullo Conventuali electo de dicta Abbatia proviſum eſt. Johannes ergo de Hillegom dictus & natus ſit Abbas Hæcmundenſis vigeſimus ſeptimus. Hic litem a prædeceſſore ſuo contra Hæcmundenſes agitatam poſt-

posuit suspendendo non concordando. Monasterium ergo & structuram in pluribus collapsa renovavit, possessiones a prædecessore suo acquisitas extra Hollandiam intra terminos Hollandiæ utilius commutavit, cum exterioribus vero semper pace fretus est, & ab interioribus invidiam continue passus. Anno Domini CIↃ.CCC. LXX. quinto Kalend. Januarii Joannes de Egmunda miles obiit, & sepultus est in Yselsteyn, postquam præfuisset quadraginta novem annis, cui successit Arnoldus de Hæcmunda filius ejus. Dominus de Yselsteyn, cujus uxor fuit Jolenta filia Comitis de o Lingen, ex qua genuit Johannem secundum sibi succedentem Dn. de Egmunda, & Wilhelmum Dominum de Yselsteyn. Anno Domini CIↃ.CCC. LXXVII. Wilhelmus Dux freneticus obiit in vinculis in Hannonia apud Keynout absque liberis, & sepelitur in urbe Valescenorum, fitque Dux Albertus frater ejus pro eo Comes Hollandiæ, Hannoniæ, & Dominus Frisiæ vigesimus primus, p cujus autem uxor Margareta filia Ducis de Briga, de qua genuit Catharinam Ducissam Gelriæ, Wilhelmum Comitem de Oestervant sibi succedentem Ducem, Johannem Bohemiæ, Albertum Dominum de Stroubingen, Johannem electum Leodiensem, Margaretam Ducissam Burgundiæ, & Johannam Ducissam Austriæ. Anno Domini CIↃ.CCC. LXXX. dedicata est ecclesia seu Capella hospitalis monasterii Hæcmundensis cum principali altari inibi posito in honorem S. Cornelii, Germani, Theobaldi episcoporum, Anthonii, Catharinæ, & Apolloniæ a Reverendo in Christo Patre, & Dn. Fulkero episcopo Gibellitensi suffraganeo Trajectensi. Eodem die consecratum est etiam altare in Camera Abbatis in honorem virginis Mariæ, cujus dedicatio est Dominica Lætare. Porro Anno Domini CIↃ. CCC. LXXXI. in vigilia S. Andreæ Apostoli obiit Johannes de Hillegom Abbas Hæcmundensis, & sepultus est in Capella S. Mariæ virginis. Hic dedit Conventui mediante matre sua duodecim jugera in *Schipluyden*, cujus hoc est epitaphium:

Ecce Johan bustum jacet hic, Hilegom notat istum,
Qui fortunatus fuit & bene morigeratus
Nam non electus fit in Abba sede provectus.
Hic dispensator prudens, bonus ædificator,
Dapsilis atque dator fuit ordinis q *artus amator.*
Pace fruent extra patitur zelum tamen infra,
Destruxit, struxit, emit, venditque, redemit.
Quare res certa sub præcessore reperta
Sepositæ caute melius sunt non minus auctæ.
Andreæ moritur profestis ac sepelitur

o *Linnigen* Fris.

p *Ejus autem uxor fuit* Fris.

q *artus* Fris.

Luxi

Luxu cucullum tenet annum qui capit illum.
Lector ſincere Deus iſti dic miſerere.

Et ſciendum quod omnia epitaphia Abbatum, ubi iſte verſus *Lector ſincere* apponitur, frater Johannes Weent monachus, poſt Abbas, ediderit.

CAPUT LXII.

De Iohanne Weent Abbate viceſimo octavo.

Anno Domini CIↃ.CCC.LXXXI. mortuo Domino Iohanne de Hillegom Abbate iterum Dominus Iohannes de Weent tunc Prior clauſtralis concorditer vigeſimus octavus Abbas Hæcmundenſis eſt electus, cui denuo quidam D. Arnoldus Wilhelmi monachus Hæcmundenſis, tanquam a Domino Papa Urbano ſexto cum dicta Abbatia proviſus adverſatur. Quibus duobus ſcilicet electo & proviſo in Curia Romana pro Abbatia per biennium placitantibus cum magnis expenſis monaſterii Egmundenſis juſſu Ducis Alberti Comitis Hollandiæ mediantibus Prælatis reconciliati ſunt, proviſo jus ſuum reſignante, & electo adhuc ſuam electionem in magnis expenſis, laboribus, & periculis ſuorum Nuntiorum proſequente. Qui Nuncii cauſam proviſionis Domino Frederico Archiepiſcopo Colonienſi committi, firmaliter impetrarunt. Qui Archiepiſcopus dicto Electo anno Domini CIↃ.CCC.LXXXV. die vigeſimo tertio menſis Maji apud Veronam de dicta ſ Advocatia providit, & ei per fratrem Everhardum ordinis fratrum Prædicatorum Sebaſtenſem epiſcopum in ſacriſtia Cathedralis eccleſiæ Colonienſis munus benedictionis impendi ſolemniter demandavit. Porro inter iſtum Abbatem & Egmundenſes jugis diſcordia fuit, ut patebit in ſequentibus. Porro anno Domini CIↃ.CCC.XCII. in nocte S. Mauritii martyris interfecta eſt in Haga Comitis domicella Aleydis de Poelgeeſt concubina Ducis Alberti, cum qua etiam interficitur Wilhelmus ᵗ Cuſen magiſter Curiæ ejuſdem Ducis, de quorum nece quotidianus tumultus per Hollandiam ſequentibus annis exortus eſt. Nam quinquaginta nobiles de partialitate Hoekenſium ab Hollandia per Ducem Albertum & partialitate adverſa Cabbellaus ſcilicet profugati exulant. Quare & Arnoldus de Egmunda miles multam prædicto Duci in præfata cauſa aſſiſtentiam præbeus ab eodem Duce aſſecutus eſt magnam gratiam, qui Arnoldus de Egmunda miles extunc crudeliter cœpit inſurgere adverſus Abbatem & Conventum Hæcmundenſem. Nam anno Domini CIↃ.CCC.XCIV. obiit in Hæcmunda Wilhelmus dictus *Truden ſoon* ſutor, cujus hereditatem Albertus de Scoerle tunc temporis Scultetus Egmundenſis

r *finaliter* Friſ.

ſ *Abbatiæ* Friſ.

t *Kuyſer* Friſ.

primo ratione illegitimationis ex parte magistratus recipere nitebatur, quod nunquam ante illud tempus visum extitit ibidem.

CAPUT LXIII.

De querelis D. Abbatis adversus Arnoldum de Egmunda.

Anno Domini CIↃ. CCC. XCIV. Albertus Dux in monasterio existens confirmavit omnia privilegia antiqua ejusdem monasterii in die S. Laurentii pretiosi martyris. Porro in anno Domini CIↃ. CCC. XCVI. cum gravis contentio & discordia esset inter Abbatem Hæcmundensem & Arnoldum de Egmunda & Dominum de Yselsteyn, & illam discordiam Albertus Dux vellet sedare, tunc idem Abbas præsentavit sequentes articulos jam dicto Duci adversus eundem Arnoldum, quorum primus fuit, quod Abbas prædictus asseruit, quod omnis jurisdictio tam alta quam bassa sibi de jure pertinebat infra Aremersweet & Winnemersweet, & totum quod pertinet ad altam jurisdictionem. Item idem Abbas dixit, quod infra terminos præscriptos omnis terra culta & inculta, in agris & pascuis, pertinet ad monasterium Hæcmundense, & quidquid eisdem terminis idem Dominus Arnoldus se intromittit sine literis monasterii, injuste se ingerit. Ulterius Abbas allegavit, dicens proprietas omnium terrarum infra Aremersweet & Winnemersweet pertinet prædicto monasterio Hæcmundensi, & quia mansus cum castro ejusdem Domini Arnoldi consistit infra terminos prædictos, ergo mansus & castrum pertinent monasterio Hæcmundensi. Item idem Dominus Arnoldus aream *Veren Dicdwyns* monasterio libere pertinentem applicavit sibi faciens inde suum pomarium. Insuper allegavit idem Abbas, quod Egmundenses erexerunt quoddam molendinum prope mansum prædictum, quod monasterii molendinum sit combustum. Etiam faciebat prædictus Arnoldus injuriam monasterio in decem & novem graminibus dictis *Geersen* nunc vero *Zuytmade* & in terris dictis [v] *Slieckland* pertinentibus monasterio Hæcmundensi. Ulterius sæpe dictus Arnoldus noluit solvere decimas apud mansum suum. Item dictus Arnoldus intromittit se cum magna injustitia de incultis terris dictis *Duyn*. Insuper & idem miles præcipit villanis, qui pro annuo censu possident domos suas constructas super terram monasterii, ut eas evellerent, vel ipse veniret ad eas comburendas asserens omnem illam terram sibi pertinere, cum tamen Comites Hollandiæ eam donassent monasterio Hæcmundensi, & ab eodem monasterio ultra quadraginta annos possessa fuisset. Item ipse etiam ordinavit unum Rectorem scholasticorum, mandando ne aliquis

[v] *Scotlande* Fris.

po-

poneret parvulos sub Rectore scholastico Abbatis sub pœna amissionis vitæ & bonorum, cum tamen Abbas consuevit semper ponere Rectorem scholasticis in Hæcmunda. Ulterius prædictus Dominus Arnoldus consuevit animare vicinos Egmundenses, ne servitia sua solita præstarent Abbati & monasterio, sicut fieri consuetum ast. Idem etiam recusavit solvere monasterio tres libras, decem & octo denarios bonæ monetæ, census annuos de terra dicta *Veren Aeltrudenlant*, cum tamen restarent quinquaginta duo anni solvendi.

CAPUT LXIV.

Qualiter Abbas Hæcmundensis cum suo Conventu reddiderunt altam jurisdictionem Duci Alberto, & Arnoldus de Egmunda obtinuit ab eodem Duce.

Anno ergo eodem scilicet CIↃ.CCC. XCVI. cum Dux Albertus propter prædicta ad monasterium Hæcmundense venisset, & promisisset defensurum se justitiam monasterii Hæcmundensis, idem Abbas Johannes de Weent lassus ex hac discordia & suus Conventus reddiderunt superiorem jurisdictionem Hæcmundensem vicesima nona die mensis Aprilis prædicto Duci Alberto, tanquam Comiti Hollandiæ, tali tamen conditione, ut Dominus Apostolicus consentiret & confirmaret illam restitutionem, excepto jure molendini & villicationis, excepta etiam terra culta & inculta inter Aremerswеet & Winnemerswеet, sicut literæ ejusdem Ducis Alberti super dicto monasterio collatæ canunt in hac forma: *Albertus miseratione divina Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bavaria, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ notum facimus omnibus hominibus, quatenus nostri progenitores piæ recordationis Comites Hollandiæ ad honorem Dei & salutem animarum suarum monasterio Hæcmundensi ad profectum Abbatis & Conventus Hæcmundensis contulerunt, & donaverunt varias jurisdictiones, bona, redditus, decimas, & possessiones, & specialiter omnem terram cultam & incultam infra terminos dictos Aremerswеet & Winnemerswеet cum jurisdictione alta & bussa, in qua jurisdictione Dominus Arnoldus de Egmunda & sui progenitores monasterio Hæcmundensi, Abbati & Conventui, qui nunc sunt, & pro tempore fuerunt, variam violentiam, molestationem, damnum, nocumentum & impedimentum intulerunt, & adhuc quotidie inferunt, ita quod non valent pacifice possidere ad eorum profectum jurisdictionem altam & bassam, ventum molendini atque justitiam, & quia per se ipsos*

ju-

jurisdictiones præfatas & justitiam obtinere & defendere non valent, nec violentiis, & injustitiis ipsis & eorum prædecessoribus illatis resistere non possunt, hinc est quod Reverendus in Christo Pater D. Johannes Weent Abbas & Conventus Hæcmundensis prædictus unanimiter pro se ipsis & eorum posteris nobis recontulerunt & redonaverunt ex eorum libera voluntate omnem altam jurisdictionem, quam habuerunt, vel ipsis aut eorum monasterio ex donatione prædictorum nostrorum progenitorum pertinuit, excepto jure molendini & villicatione, excepta etiam terra culta & inculta infra terminos prænominatos, ut nos & nostri successores Comites Hollandiæ possessores simus, atque tenebimus prædictam jurisdictionem absque medio omni tempore, sicut litera aperta, quas Abbas & Conventus prænominati sigillaverunt, & nobis desuper tradiderunt, canunt & continent. Quare nos pro nobis & nostris posteris promisimus & promittimus cum istis nostris literis Abbati & Conventui prænominatis & eorum posteris, quod nos omni tempore illam jurisdictionem prædictam tenebimus in manibus nostris absque medio, dummodo tamen jurisdictionem præfatam ex prænarrata donatione poterimus obtinere, & sic non alienabimus, vendemus, donabimus, nec alicui trademus quoquo modo jurisdictionem supradictam, sed manebit Comitatui incorporata. Etiam promittimus, quod nos eos confortabimus atque defendemus tanquam patronus monasterii prædicti in omnibus aliis justitiis, redditibus, bonis, decimis, & possessionibus adversus Dominum Arnoldum de Egmunda præscriptum & suam posteritatem, nec non & contra omnes alios damnum & molestiam eis inferre volentes. In cujus rei testimonium sigillavimus præsentes literas sigillo nostro. Datum in Haga Comitis sexto mensis Maji anno Domini CIↃ. CCC. XCVI. Litera ista habetur in Abbatia Hæcmundensi in Teutonico eadem in sententia. Porro donatio Abbatis & Conventus, quæ narratur in prædictis literis, nullius erat vigoris, quia Summus Pontifex noluit eam admittere. Quare Abbas & Conventus resilierunt a prædicta donatione. Cum ergo præterea Dux Albertus ipsis succenseret, & Dominus Arnoldus de Egmunda in conspectu suo charus esset pro servitio sibi exhibito in vindicationem mortis Domicellæ Aleydis de Poelgeest concubinæ suæ, & idem pro jurisdictione præfata multum instaret obtinenda, idem Dux Albertus contulit Dn. Arnoldo de Egmunda absque consensu Abbatis & Conventus Dominationem Egmundensem, & sub tali titulo Dominus Arnoldus de Egmunda primo obtinuit & possedit Dominium Egmundense usque ad tempora Ducis Wilhelmi filii Ducis Alberti, & quid tunc inde acciderit inferius suo loco dicetur. Nihilominus tamen pax paucis diebus transactis est reformata inter Ducem prædictum & monasterium antefatum.

C A-

CAPUT LXV.

De exactione thelonaria & obitu Johannis Weent Abbatis vicesimi octavi.

Anno Domini c1ↃↃ. ccc. nonagesimo octavo cum bona Guidonis Comitis Blesensis devoluta fuissent per morrem ejusdem Comitis ad Hollandiæ Comitatum Albertus Dux & Comes Hollandiæ de novo innovavit & confirmavit libertates monasterii Hæcmundensis antiquas, ut scilicet inhabitatores ejus a thelonaria exactione omnino essent liberi tam per Goudam, quam per Schoonhoviam, & in aliis locis ditionum Comitis Blesensis. Anno Domini c1ↃↃ. cccc. IV. Johannes de Weent Abbas Hæcmundensis dum decem & novem annis ferme rexisset ipso die B. Mariæ Magdalenæ procuratores constituit ad resignandam Abbatiam in Curia Romana, cedendo oneri & honori, & postea in crastino Tiburtii martyris, dum quinquagesimum annum ab ingressu ordinis complesset, fecit suo conventui jubileum suum, & deinde adhuc eodem anno in die martyrum Prothi & Jacinthi obiit. Hic cum Egmundensibus jugem discordiam habuit, a vicinis lacessitus injuriis, a Conventu suo parum amatus, seu juvatus, solo adjutorio Dei auxiliatus, semper fuit infortunatus, cujus hoc est epitaphium:

Infortunatus jacet hic Jan Abba vocatus,
Qui Weent cognomen a ploratu dedit omen.
Deflevit plura quia raro fuit sine cura
Nemine stipatus nisi Salvatore juvatus
Quemque sacro cœli Rex associet Michaeli.

Anno etiam eodem obiit Dux Albertus Comes Hollandiæ vigesimus secundus, cui succeſſit Dux Wilhelmus filius ejus Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ vigesimus tertius.

CAPUT LXVI.

De Gerardo de Ockenberch Abbate vigesimo nono, & de redonatione Dominii Egmundensis, atque confirmatione omnium privilegiorum antiquorum.

Anno Domini c1ↃↃ. cccc. quarto mortuo & sepulto Domino Johanne de Weent Abbate quidam honorabilis Pater Dominus Johannes Ock-

kenberch efficitur vigesimus nonus Abbas Hæcmundensis. Is itaque venerabilis Pater, cernens Dominum Arnoldum de Egmunda & Yselsteyn parum gratiam obtinuisse in conspectu Ducis Wilhelmi Comitis Hollandiæ, cogitavit sagaciter quod tempus adesset, quo reobtinere valeret altam jurisdictionem sive dominationem villæ Egmundensis, quam Albertus Dux exactis temporibus tradidit prædicto Dn. de Egmunda & de Yselsteyn. Cum ergo propterea ad Ducem Wilhelmum accessisset placuit eidem Principi sua petitio, & reobtinuit ab eodem literas Iohannis de Weent Abbatis & Conventus, quas Alberto Duci tradiderant in resignationem altæ jurisdictionis. Idem ergo Dux redonando prædicto monasterio literas præscriptas incisas, corruptas, & annihilatas, & Dominium Egmundense &c. dedit insuper Abbati & Conventui literas novas in hac forma: *Wilhelmus miseratione divina Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bavaria, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ, notum facimus cunctis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod nos considerantes, qualiter nostri chari progenitores Comites Hollandiæ felicis recordationis nostrum monasterium Hæcmundense fundaverunt, construxerunt, & dotaverunt, & multis pretiosis clenodiis ac bonis ornaverunt ad honorem omnipotentis Dei & benedictæ matris suæ, omniumque Sanctorum, & S. Adalberti, & ob affectiones, quas ad idem monasterium gerimus, donavimus, atque per præsentes literas nostras donamus pro nobis & nostris successoribus Reverendis spiritualibus viris Abbati & Conventui monasterii Hæcmundensis ad utilitatem ejusdem monasterii nostri prænominati, qui nunc sunt & pro tempore erunt, tales donationes Dominii Egmundensis, quales Iohannes de Weent quondam Abbas & suus Conventus nostro charo Domino & Patri Alberto Duci piæ memoriæ cum suis sigillatis literis & scriptis sub dato anni Domini millesimi trecentesimi nonagesimi sexti retradiderunt & resignaverunt, ita videlicet, quod nec nos nec nostri successores in Dominio illo nihil amplius obtinebimus, quam Dux Albertus pater meus & ego habuimus ante datum literarum, quas habemus a Iohanne de Weent quondam Abbate & suo Conventu, quas literas in præsenti pagina annullamus, cassamus, & mortificamus. In cujus rei testimonium deliberato animo & bene præmeditato atque præscientia nostra præsentes literas sigillavimus sigillo nostro magno. Insuper ad majorem corroborationem literas Dominii Egmundensis, quas a Iohanne de Weent quondam Abbate & Conventu suo habuimus, Reverendo in Christo Patri Dn. Gerardo de Ockenbergh pro tempore præsenti Abbati ruptas & x annihilatas retradidimus. Datum in Haga Comitis &c.* Porro istæ literæ sunt, quas postmodum Iohannes de Egmunda Dominus violenta manu accepit ab Abbate

x annullatas Fris.

Wil-

Wilhelmo de Mathenes, dum eundem tempore suæ electionis haberet captivum in Rosendael in Gelria. Igitur præter literas prædictas idem Dux Wilhelmus dedit sæpedicto monasterio Hæcmundensi adhuc alias literas omnium privilegiorum dicti monasterii confirmationes continentes, quæ adhuc in eodem monasterio continentur sub hac forma: *Wilhelmus miseratione divina Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bavaria, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Dominus Frisiæ notum facimus cunctis Christi fidelibus, cum de voluntate & desiderio nostro est protegere S. ecclesiam, eamque ubique in suo jure secundum nostram possibilitatem conservare, & specialiter monasterium Hæcmundense, eo quod nostri progenitores piæ recordationis pro magna parte ibidem sunt sepulti, & de eorum bonis prædictum monasterium fundaverunt, atque dotaverunt, hinc est, quod præfatum monasterium cum suis inhabitatoribus suscipimus sub nostra tuitione & protectione, quibus & confirmavimus, ratificavimus, confirmamus & ratificamus per præsentes nostras literas, omnia privilegia, & literas inde confectas & obtentas a progenitoribus nostris & a nobis, in quibus ipsis & eorum successoribus pro nobis & pro nostra posteritate promittimus ratificationem & confirmationem servare adversus quoscunque ipsos molestare aut nocere volentes omni tempore usque in perpetuum. In cujus rei testimonium &c.*

CAPUT LXVII.

De arbitrio ordinato inter Wilhelmum Ducem & Arnoldum de Egmunda & discordia eorum.

Anno Domini CIↃ. CCCC. VIII. cum Leodienses iterum insurrexissent contra Johannem Electum Leodiensem fratrem Ducis Wilhelmi Comitis Hollandiæ cogitavit idem Dux fratri suo succurrere, sed ne terram Hollandiensem in magna discordia tempore sui recessus dimitteret propter discordias habitas cum Johanne Domino de Arckel & Arnoldo Domino de Egmunda unum arbitrium permisit ordinari per suos Consules de discordiis habitis cum Arnoldo Domino de Egmunda. Qui consules arbitrium ordinantes fecerunt desuper excisas literas duas schedulas & sigillatas, continentes [x] ambæ hanc sequentem formam: *Igitur in subscripta forma* Arnoldus *Dominus de Egmunda & Yselsteyn obtinuit veniam a Domino nostro Duce & Comite Hollandiæ de omnibus forefactis suis, quorum vigore Comes Hollandiæ Dominia de Egmunda, & Huysduynen, & Warmenhusen cum eorum pertinentiis jam dicto Domino Arnoldo abstulerat, & Comitatui applicuerat. Inprimis quamvis manifestissimum est, quod Dominium de Huys-*

x Sic in utroque MSS.

duynen pleno jure sit devolutum ad Dominum Principem y nimirum Hollandiæ, sicut literæ ejusdem Domini Arnoldi apertissime canunt, tamen Dominus noster vult iterum Dominium prædictum ei concedere in feodum secundum tenorem suarum literarum. Item de Dominio in Warmenhusen vult Dominus noster Dux fieri scrutinium per bonos viros ad hoc ordinandos ex parte Ducis nostri & Domini Arnoldi pariter, & sic ad dictamen illorum bonorum virorum, quod sibi de jure debetur iterum concedere cum reliquis suis aliis possessionibus & propriis bonis. Item quamvis Dominus Egmundensis non potest demonstrare se habere aliquod jus ad Dominium Egmundense, & insuper Dominus noster quondam Albertus Dux piæ recordationis literas confecerit atque donaverit, quod Dominium Egmundense nunquam separaretur a Comitatu Hollandiæ, quando Johannes de Weent quondam Abbas Egmundensis eidem Duci Alberto Dominium Egmundense cum suis pertinentiis cum omni jure ipsius Abbatis & Conventus resignasset & redonasset sub conditione, scilicet Domino Apostolico prius consentiente, quod non contigit, vult tamen Dominus noster Dux Wilhelmus prædicto Domino de Egmunda concedere Dominium Egmundense in feodum hereditarium, sicut hactenus illud possedit, salvo quod Dominus noster Dux sibi reservat suum jus de bonis per naufragium littori maria z appropinquantibus, & quod Dominus Egmundensis nullos bannitos tenebit super mansum & castrum suum prope Rynegom, hoc addito, quod Dominus Egmundensis permittet Abbatem & Conventum suum pacifice possidere possessiones suas, & quod persolvet monasterio debita sua cum suis restantiis, sicut de jure tenetur, & hoc ad arbitrium nostri Ducis. Insuper quoque idem Dominus Egmundensis dabit sigillatas literas pro se & suis successoribus, quod nunquam propter istas neque propter alias causas usque ad præsentem diem peractas nocumentum inferet Abbati seu Conventui & eorum bonis, neque molestabit quoris colore. Item Dominus Egmundensis erit liber ulterius & absolutus ab omnibus pœnis & censuris, quas incurrerat ex criminibus vel delictis actis usque in hodiernum diem adversus Ducem nostrum & Hollandiæ Comitatum, sive adversus suos ministeriales, vel etiam suos Balivos Kynnemariæ & Frisiæ, Porro omnes demonstrationes, quas Dominus Egmundensis habet loquentes super Balivatiam præscriptam Dominus noster Dux vult admittere secundum tenorem suarum literarum, & sibi totaliter in eisdem succurrere, & favere, & quicquid Dominus noster Dux ulterius Domino Egmundensi debet, ultra demonstrationem præscriptam, ipse Dux sibi inde satisfaciet ad certos terminos, hoc addito, quod Dominus noster potest debita sua quitare & minuere cum literis Sculletorum & ministerialium, qui sub eo officiaverunt tempore quo fuit Balivus Kynnemariæ, quas ipsi habent ab eo de debitis persolvendis infra annum, & quicquid tunc ulterius persolvendum resta-

y nostrum Fris.

z applicantibus Fris.

reſtaverit de hoc ſibi Dominus noſter Dux ſatisfaciet infra medium annum, & in caſu quo Dominus noſter Dux hoc non fecerit, tunc ſolvetur ex Balivatia Kymemariæ & Friſiæ. Quam ſolutionem Balivus prædictus ſibi faciet vel Dux relocabit eundem Dominum Egmundenſem iterum in Balivatia prædicta pro denariis, quibus ſibi Dominus noſter Dux manebit obligatus, dummodo tamen antiquo Balivo pro receſſu ſuo voluerit perſolvere decem milia Coronatorum Franciæ, & inde dabit ſibi Dominus noſter Dux in reditu ſuo de bello Leodienſi ad Hollandiam bonas & valentes literas ſigillatas, ſalvo quid ipſe Dominus Egmundenſis Abbati & ſuo Conventui etiam dabit literas, ſicut præſcriptum eſt, & tunc idem Dominus de Egmunda perſolvet Domino noſtro Duci viginti milia Coronatorum Franciæ ad terminos infraſcriptos; Primo in feſto proximo S. Jacobi perſolvet ex parte Ducis noſtri Johanni de Haerlem cum ſuis ſociis quinque milia Coronarum Franciæ; Item eodem die Henrico de Naeltwyck militi, Theodorico de Maerſen, & Johanni de Dorp tria milia Coronarum Franciæ; Item Domino noſtro Duci vel ſuo Theſaurario in feſto purificationis Mariæ quatuor milia Coronarum Franciæ. Et quia Dominus Egmundenſis omnia præſcripta promiſit obſervare Domino noſtro Duci, & ipſe Dux in eiſdem conſenſum præbuit, ideo iſtæ duæ ſcedulæ ſunt deſuper confectæ & ab invicem exciſæ una forma de verbo ad verbum, & ad majorem certitudinem Dominus noſter Dux pro parte ſua, & Johannes filius Arnoldi Domini de Egmunda pro parte patris ſui iſtas ſcedulas exciſas ſuis ſigillis ſigillaverunt, e quibus idem Dux habet unam & Iohannes de Egmunda filius præfati Arnoldi habet alteram. Datum & factum in Geervliet in die nativitatis Iohannis Baptiſtæ anno Domini CIↃ.CCCC. VIII. Anno deinde Domini CIↃ.CCCC. IX. obiit iſte Arnoldus de Egmunda & Dominus de Yſelſteyn poſtquam rexiſſet annis triginta ſeptem. Iolenta vero uxor ejus obiit anno Domini CIↃ. CCCC. octava die menſis Aprilis. Huic igitur Arnoldo ſucceſſit Iohannes filius ejus, qui callide duxerat in uxorem Mariam filiam Iohannis Domini de Arckel, cujus Mariæ mater fuit Iohanna ſoror Reynaldi & Wilhelmi Ducum Gelriæ & Iuliæ Comitumque Zutphaniæ, ex qua genuit Arnoldum inclytum Ducem Gelriæ Comitemque Zutphaniæ Reynoldo ſuccedentem, & Wilhelmum Dominum de Egmunda & Yſelſteyn ſibi ſuccedentem, qui natus fuit anno Domini CIↃ.CCCC.XII. & Arnoldus Dux Gelriæ frater ejus natus fuerat in anno Domini CIↃ. CCCC. X.

CAPUT LXVIII.

De arbitrio Wilhelmi Ducis inter monasterium Egmundense & Iohannem Dominum Egmundensem.

Anno Domini CIↃ.CCCC.XI. cum iterum de novo discordiæ inter monasterium Hæcmundense & Iohannem de Egmunda excreviſſent, Wilhelmus Dux & Comes Hollandiæ in Schoonhovia promulgavit ſuum arbitrium inter eoſdem vigore ſchedularum exciſarum in præcedenti Capitulo præſcriptarum, quia ibi habetur, quod Dominus Egmundenſis ſatisfaciet monaſterio Hæcmundenſi ad arbitrium Ducis Wilhelmi. Redegit autem idem Dux ſuum arbitrium in ſcriptis in hac forma: *Wilhelmus miſeratione divina Comes Palatinus circa Rhenum, Dux in Bavaria, Comes Hannoniæ, Hollandiæ, & Dominus Friſiæ notum facimus univerſis, quod longo tempore diſcordiæ fuerunt inter monaſterium S. Adalberti in Hæcmunda ex una parte, & Iohannem Egmundenſem & ſuos progenitores ex altera, ratione altæ & baſſæ juriſdictionis, nec non diverſarum poſſeſſionum, & ſervitutum tam realium quam perſonalium villæ Egmundenſis infra terminos vulgariter dictos* Aremerſweet & Winnemerſweet, *de quibus diſcordiis in noſtram perſonam tanquam arbitratorem ambæ partes compromiſerunt, Ideo matura deliberatione præhabita in Chriſti nomine taliter pronuntiamus, & arbitramur, quod de cætero prædictæ partes ſe juvabunt, & pacifice erunt in articulis infra ſcriptis. Inprimis licet in literis progenitorum noſtrorum piæ recordationis, qui fuerunt principales patroni dicti monaſterii clare continetur, quod omnes & ſingulæ poſſeßiones cultæ & incultæ pleno jure ad dictum monaſterium pertineant infra dictos terminos, videlicet* Aremerſweet & Winnemerſweet, *attamen pro bono pacis judicamus, & arbitramur, quod dictus Dominus Egmundenſis tenebit a dicto monaſterio hereditario jure manſum illum, in quo caſtrum ſuum conſtructum eſt, in feodum, ita quod ratione ſucceſſionis dictus manſus, qui fuit verſus Orientem uſque ad primam aquam, nuſquam ad dictum monaſterium devolvatur. Item tenebit dictus Dominus Egmundenſis a nobis & noſtris ſucceſſoribus altam & baſſam jurisdictionem infra dictos terminos Aremerſweet & Winnemerſweet in feodum hereditarium nullo unquam tempore ratione ſucceßionis ad nos & noſtros ſucceſſores reverſurum. Item Abbas qui pro tempore fuerit ponet infra dictos terminos Aremerſweet & Winnemerſweet villicum ſuum, vulgariter dictum* Meyer, *regentem nomine dicti monaſterii villicationem in illos, qui de jure & conſuetudine antiqua ſua denegant monaſterio ſervitia exhibere, ſive in piſcibus marinis, ſive in curribus infra Wyck, Alcmariam, & Hargam, vehendo omnia & ſingula, quæ*

Idem *Chron. Belg. lib. 32. cap. 14.*

Abba-

Abbati, Conventui b *& monachis expediunt. Faciet etiam justitiam monasterio de suis debitoribus, judicabit etiam inter agros & agros, inter domos & domos, quandocunque contigerit vicinos inter se de talibus disceptare seu litigare. Habebit etiam curam pascuorum vulgariter* Scutten, *& coget vicinos ad omnia alia servitia, quæ ab antiquo consueverunt monasterio exhibere. Scultetus cum villico examinabunt vias publicas, & aquæductus, & eos in bono statu facient conservari. Item omnes servitores monasterii, qui in ejus sunt quotidiano expensis, erunt in omnibus exempti & liberi a Domino Egmundensi, sed si forefacerent in villa illud emendaretur per Dominum Egmundensem absque captione personarum, dummodo poterunt fide jussores de satisfaciendo. Item infra muros monasterii & infra portas hospitalis dominus Egmundensis nullam potestatem habebit in illos, qui ibi forefecerunt vel morantur, nisi Abbas, qui pro tempore fuerit, invocaverit auxilium Domini Egmundensis, & Dominus Egmundensis non coget proprios ministeriales S. Adalberti ad servitia sua, nec exactionabit eos, nisi forefecerunt, & justitia exigente de hoc fuerint convicti, vel nisi Dominus Egmundensis aliquem filiorum vel filiarum in conjugio copularet, vel quod novus Dominus Egmundensis de novo in Dominio reciperetur, & tunc dicti proprii ministeriales S. Adalberti æqualiter solvent cum aliis qui sunt liberi. Item Dominus Egmundensis nunquam succedet in hereditate Bastardis, qui fuerunt proprii ministeriales S. Adalberti, sed monasterium succedet eis, quia sunt proprii homines dicti monasterii. Item Dominus Egmundensis habebit usum terrarum incultarum vulgariter dictarum* Duynlant *a mansu suo usque ad principium de Bachem pro nutriendis cuniculis, sed non locabit illas alicui, nec ponet custodem vulgariter* Scutter *in eisdem terris, nec intromittet se de aliqua proprietate dictarum terrarum, sed habebit simplicem usum pro cuniculis nutriendis, ut dictum est supra. Sed Abbas prædictus habet proprietatem illarum terrarum & potestatem locandi, quibus & quando voluerit, & in recompensam dicti usus Dominus Egmundensis tradet annuatim ad usum Abbatis & Conventus Egmundensis infra festum omnium Sanctorum & carnisprivium tot cuniculos, & totiens non excoriatos, sed cum pellibus, quot & quotiens Nuncius monasterii petierit usque ad summam ducentorum parium cuniculorum perpetuis temporibus duraturam. Item Abbas qui pro tempore fuerit, & nullus alius ponet Rectorem scholasticorum: nam scholastici deserviunt ecclesiæ, & collatio ecclesiæ pertinet ad Abbatem. Item Dominus Egmundensis habebit titulo locationis emphyteuticæ a dicto monasterio terram vulgariter dictam* Veren Aeltrudenlant *annuatim pro tribus libris & quindecim denariis bonæ monetæ, hoc est,* Heerengelts, *& quia solutio dictæ pensionis seu dicta pensio restat solvenda in quinquaginta quinque annis citra, cujus summa ascendit ad centum*

b *seu monachis* Frisc.

sexa-

sexaginta octo libras, octo solidos, & novem denarios dictæ monetæ, arbitramur quod dictus Dominus Egmundensis solvet monasterio ipsam summam in secundo festo omnium Sanctorum proxime futuro. Annuam autem summam trium librarum & quindecim denariorum solvet annuatim in festo omnium Sanctorum, vel infra quindenam sequentem. Item Abbas prædictus potest ponere molendinum ad ventum, ubi consuevit antiquitus stare vel prope in suo proprio solo, & in illo molent omnes vicini Egmundenses usque ad initium viciniæ de Rynegom & non alibi. Et hoc [c] *fit absque contradictione seu displicentia Domini Egmundensis vel suorum successorum. Et consimili modo alii extranei vicini molent ibi quibus placuerit absque offensa alicujus. Item adjudicamus monasterio prædicto omnes & singulas possessiones jacentes in* Bergermeer, *& circumvallatas ab aquis ipsius* Meer, *id est, stagni (vocantur vulgo* Sliecklant*) nam monasterium prædictum de illis possessionibus nostri prædecessoris Wilhelmi piæ memoriæ Comitis duodecimi habet literas aperte & clare sigillatas. Item adjudicamus dicto monasterio illa decem & novem graminum Rynegom situata, vulgo dicta* Soutmade, *quæ quondam Wilhelmus de Egmunda a dicto monasterio titulo perpetuæ conductionis & sub suo patenti sigillo iterum dicto monasterio renunciavit, nisi dictus Dominus Egmundensis melioribus literis seu documentis probare potuerit dicta gramina ad ipsum pertinere. Item dictus Dominus Egmundensis tenebit a dicto monasterio in* [d] *feodo omnes illius decimas, quas antecessores sui a dicto monasterio tenuerunt, dummodo probare potuerit per legitimas literas antecessores suos aliquas decimas in feodum a dicto monasterio tenuisse, & secundum tenorem dictarum literarum eas de cætero tenebit. Item dicti Abbas & Dominus Egmundensis theloneum in festo omnium Sanctorum, & omne forefactum seu maleficium ibi tunc perpetratum æqualiter dividet. Item dictus Dominus Egmundensis aut successores nunquam inferent nocumentum consilio vel facto dicto monasterio in suis juribus vel rebus, nec nocere volentibus assistent, sed potius resistent, & se mutuo juvabunt, sicut Dominus feodi & vasallus se invicem juvare tenentur, & Dominus Egmundensis aut successores sui non facient nova statuta, aut nova præcepta, aut novas adinventiones, in præjudicium Abbatis aut monasterii Egmundensis. Et si aliquis partium prædictarum violaret hanc pronuntiationem totam, vel in aliqua sui parte, ille violans caderet in pœnam mille aureorum scudatorum moneta Regis Franciæ, totiens quotiens contrafecerit, nobis seu successoribus nostris applicandorum, & nihilominus maneret hæc præsens pronuntiatio nostra, Et si istæ dictæ partes in aliquo dubitarent de intellectu hujus pronuntiationis hoc reservamus nostræ declarationi. In cujus rei veritatem sigillum nostrum impressimus huic literæ. Datum Schvenhoviæ anno Domini* CIↃ. CCCC. XI. *tertia die mensis Octobris.*

[c] *fiet* Fris.

[d] *feodum* Fris.

Igitur

Igitur cum Dominus Egmundensis de ista pronuntiatione non esset contentus, & Wilhelmum Ducem de dicta pronuntiatione diffamaret, tandem anno Domini CIↃ. CCCC.XIII. in die purificationis Mariæ in Haga Comitis præsentibus de Consulatu Philippo Burchgravio Leydensi Vicecomite Hollandiæ, Domino de Culenborch, & Domino Johanne de Cronenborch militibus, nec non Wilhelmo Eggert Thesaurario Domino de Purmerend, & Johanne Hermanno Scutiferis, idem Wilhelmus Dux pronuntiavit, quod Iohannes Dominus Egmundensis infra festum prædictum & Dominicam *Lætare* subsequentem debitam informationem faceret de injusta pronuntiatione, vel si nequiret infra prædictum tempus pronuntiatio anteposita in vigore permaneret. Quibus gestis nemo postmodum comparuit & sic pronuntiatio illa in vigore permansit. Deinde in anno Domini CIↃ. CCCC. XV. secunda die Aprilis in Haga Comitis Dux Wilhelmus præscriptam pronuntiationem declaravit, ut in vigore permaneret. Sententiavit in præsentia Philippi Burchgravii Leydensis Vicecomitis Hollandiæ, Walravi Domini de Brederoden, Domini de Culenburch, Iohannis Burchgravii Montfordiæ, D. Henrici de Lecke, Iohannis de Heemstede, D. Henrici de Naeltwyck, & D Arnoldi de Leyenburch, D. Gerardi de Zyll, D. Bertholdi de Assendelft, D. Iohannis Bastardi in Beloys, Wilhelmi Eggart Domini de Purmereynd Thesaurarii Hollandiæ.

CAPUT LXIX.

De querelis quas Dux Wilhelmus concepit & allegavit adversus Johannem Dominum de Egmunda.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XVI. in Dominica prima quadragesimæ, cum Iohannes Dominus de Egmunda diversa incommoda & diveras molestationes tam verbo quam facto adversus Ducem Wilhelmum perpetrasset, & adhuc ubique perpetraret, idem Dux in Haga Comitis prædictum Dominum de Egmunda querelosis verbis accusavit coram suis charis consanguineis, amicis, & Baronibus, militibus, nobilibus, Rectoribusque suorum oppidorum, & specialiter suis Consulibus de tali infidelitate & traditione, qualem Dominus Egmundensis cum occultis consiliis & machinationibus seu machinamentis adversus eundem Ducem videlicet hereditarium Dominum & Principem terræ exercuerit & quæsierit, ut patet ex sequentibus articulis sive punctis. Inprimis quod antiquitus fuit discordia magna inter Abbatem Hæcmundensem & Dominum Egmundensem, ideo præteritis temporibus fuit vana concordia inter eosdem in

oppido Geervliet ordinata, cum duobus scedulis excisis & sigillatis sigillis Ducis Wilhelmi pro parte sua, & Iohannis Domini de Egmunda pro parte patris sui, sicut superius patet Capitulo præcedente sexagesimo septimo. Porro inter ceteros articulos arbitratum tunc fuit, quod Dominus Egmundensis satisfaceret Abbati & Conventui Hæcmundensi de suis debitis ad dictamen ejusdem Ducis Wilhelmi, quare prænominatus Dux postmodum acceptis debitis informationibus ex utraque parte promulgavit in Schoonhovia inde suum arbitrium. Igitur illud præfatum arbitrium non solum non servavit Dominus Hæcmundensis, sed adhuc obstinatus proponit non servare, imo quod pejus est per oblocutiones suas ubique diffamavit atque diffamat Dominum Ducem, dicens quod Dux injustum arbitrium contra eum promulgavit, & quod non tenetur servare suum arbitrium asserens se non compromisisse in Ducem Wilhelmum præfatum, unde & Dux multum admirabatur de tanta sua diffamatione in omni loco e ad quod contingebat Dominum de Egmunda venire. Cum ergo Dux Wilhelmus propterea ad se vocasset Consulatum Hollandiæ & Zelandiæ, manifestavit ipsis oblocutiones Domini Egmundensis adversus eum perpetratas, quibus ostendit scedulas compromissionis excisas & sigillatas, & in eorum præsentia legi permisit, ubi erant congregati, & in unum consedentes omnes quasi Consules sui, inter quos, erant Philippus Burchgravius Leydensis Vicecomes Hollandiæ, Dominus de Vianen, Dominus de Culenborch, Walravius Domicellus de Brederode, Iohannes Burchgravius Montfordiæ, Florentius de Borsalia, Johannes de Vianen, Iohannes de Cronenburch, Arnoldus de Leyenburch milites, & ceteri quasi omnes de consulatu totius Hollandiæ & Zelandiæ. Quibus peractis statim quæritur a Consulibus & magnatibus præscriptis sigillatim, an Wilhelmus Dux vigore scedularum poterat promulgare unum arbitrium super Dominum Egmundensem propter commissionem in scedulis factam, & in casu quo posset decrevit arbitrium suum ulterius absque reprehensione ita declarare, quod Dominus Egmundensis merito sibi non detraheret, neque obloqueretur, quia declarationem ejus in obscuris dictis, ut patet in præfato arbitrio, sibi reservarat. Responderunt itaque omnes quod Dux Wilhelmus bene potuit vigore illarum scedularum excisarum promulgare suum arbitrium super Dominum Egmundensem & declarationem ejus desuper facere. Quibus sic in unum congregatis, & insimul de materia prænarrata colloquentibus, vocatur & introducitur Dominus Egmundensis ad Ducis Wilhelmi & eorum omnium prædictorum præsentiam, cui & manifestantur sermones præfati. Igitur in conspectu Ducis & omnium, ostensa sibi prius scedula excisa, sigillata

e *ad quem* Fris.

suo sigillo non est veritus dicere & affirmare in conspectu omnium f praefatorum, quod arbitrium Ducis injuste contra eum promulgatum sit, & quod nunquam compromiserat in Ducem saepedictum, quod tamen mendacium fuit, sicut ei tunc ibi publice ostendebatur. Praeterea ne omnino Dominus Egmundensis haberet materiam conquerendi adversus Ducem Wilhelmum ordinata fuit adhuc una alia dieta ad tractandum de arbitrio fiendo inter Abbatem Egmundensem & Dominum de Egmunda, in qua ex utraque parte debita inquisitio de novo facta est, imo Wilhelmus Thesaurarius Hollandiae missus est ad praesentandum terras & redditus, de quibus contentio inter eosdem versabatur. Quo peracto idem Dux matura deliberatione praehabita, ne Domino Haecmundensi & suis fautoribus videretur injuria irrogari, plus eidem Domino attribuit qnam debuit ac justum erat, quia ipse Dux postea percepit conscientiam suam valde inde gravatam & turbatam fuisse. Insuper tempore quo bellum inter praefatum Ducem Wilhelmum & Reynoldum Gelriae Ducem avunculum videlicet uxoris Domini Egmundensis omnes Principes, Barones, Milites, Scutiferi & nobiles totius Hollandiae & Zelandiae praebuerunt Duci Wilhelmo assistentiam, tam in bonis quam in personis propriis, excepto Domino Egmundensi, qui non ministravit sibi in bonis temporalibus vel persona propria, nec etiam per ministeriales suos, imo nec voluit fieri inimicus Ducis Gelriae praefati. Quare & Dux Wilhelmus multum de tanta praesumptione admirabatur. Deinde cum pax fuisset ordinata inter prænominatos Duces, accessit ad Wilhelmum Ducem quidam suus occultus amicus, qui in bona fide ei manifestavit, quod necessarium sibi esset habere respectum ad suos occultos inimicos in terris suis existentes, & quod quidam essent sub ditionibus suis, qui eum libenter damnificarent, nedum in bonis temporalibus, sed etiam in persona propria; unde & cogitationes suae mentis perturbando eum non poterant cogitando invenire, qui tam grande malum sibi inferre proponeret. Item circa tempora pacis praedictae, cum Wilhelmus Dux esset extra suas ditiones, quidam magnus Princeps revelavit ei, quod se caveret, eo quod essent quidam innati subditi sui sub Principatu suo, qui conabantur destruere eum in corpore & bonis temporalibus, & in casu quo Henricus Hugonis de Haerlem posset captivari, ipse Henricus omnem ordinem sibi bene revelaret, eo quod sibi nota esset traditio. Igitur istis auditis Wilhelmus Dux adhuc quotidie magis & magis admirabatur, quis sub eo constitutus esset, qui tam nefarium opus proponeret agere contra suum verum Dominum & Principem terrae. Sed quia Henricus Hugonis de Haerlem sibi nominatus fuerat, & insuper cogitans

f supraſatorum. Fris.

qualiter Dominus Egmundensis quærendo occasiones in facie sibi restiterat coram suo Consulatu de promulgatione arbitrii sui super eundem Dominum Egmundensem, sicut jam dictum est, & etiam cogitans qualiter non ministraverat in bello, neque in persona propria, neque in suis feodalibus, imo & quod non voluit fieri inimicus Ducis Gelriæ, imo & quod magis est, quod g noluit per quinque annos venire ad præsentiam Ducis Wilhelmi, nisi sub treugarum indictionem, quam consuetudinem alii nobiles non habebant, cœpit idem Dux suspicionem habere, quod Dominus Egmundensis esset, qui nitebatur eum destruere in corpore & in bonis temporalibus. Item posthac quidam alius Princeps extraneus intimavit inter cetera Duci Wilhelmo, quod Dominus Egmundensis esset, qui traditionem præscriptam proponeret agere contra eum, & quod ipse Dominus Egmundensis una dierum insidias eidem Duci tetendisset in locis, quibus consueverat venationi insistere ad captivandum eundem, & quod eum infra Wyck & h Speernedam ad naves perduxisset, & sic ulterius per naves ad Veluam vel ad Harderwyck ad placitum suum in captivitatem locasset. Igitur quamvis omnia præscripta, sicut præmittuntur, in veritatem rei evenerunt, tamen Dux Wilhelmus, ne illos, qui ei secreta narraverant, accusaret, & odiosos redderet, coram fautoribus Domini Egmundensis occultavit in corde suo, ne videretur injuriam velle Domino Egmundensi inferre. Sed postquam haberet captivum Dominum Johannem de Arckel, qui secretis consiliis Domini Egmundensis intererat & maxime quando prænarrata traditio concepta fuerat ad tradendum eundem Ducem Wilhelmum, quamvis Dominus de Arckel cum omni honore bene poterat nocumentum inferre Duci Wilhelmo, eo quod ejus publicus esset adversarius, idem Johannes Dominus de Arckel tribus vicibus coram consulatu Ducis Wilhelmi vocatus cum juramento asseruit, & narravit esse vera quæ sequuntur. Dixit ergo primo, quod antequam Reynoldus Dux Gelriæ resignasset oppidum Gorichum in manibus Ducis Wilhelmi, & cum ipse Dominus de Arckel staret ante hospitium suum in oppido Aernhem, venit ad eum equitando Dominus Egmundensis maritus filiæ suæ in griseo habitu, ac si peregrinus fuisset, & dixit ei, Volo ascendere superius ad Ducem Gelriæ. Quod cum fecisset, vocatus est etiam Dominus de Arckel. Tractabatur ergo ibidem per Dominum i Schierlardum, Theodoricum de Wische, & Arnoldum Pieck de permutatione quorundam bonorum inter Ducem Gelriæ & Dominum Johannem de Egmunda, & si illa permutatio inter eosdem ratificata fuisset, tunc Dominus Egmundensis laborasset ad captivandum eundem occulte Ducem

Wil-

g non voluit Fris.

h Sparnedam. Fris.

i Scheerlandum Fris.

Wilhelmum, & Dux Gelriæ adhæsisset tradendo eum sibi captivum. Ulterius Dominus de Arckel narravit, quod diu antequam fieret de permutatione bonorum tractatus iste, accessit ad eum apud Oeyen Henricus Hugonis de Haerlem præscriptus, quærens ab eo consilium, quid sibi videretur de tali permutatione bonorum. Quæ permutatio sibi bene placuit, & in casu quo Duci Gelriæ & Domino Egmundensi placeret paratum se reddidit subsidium ferre ad prædictam permutationem. Item post hoc accessit ad Ducem Wilhelmum quidam extraneus fidelis miles, qui ei omnia præscripta etiam narravit de verbo ad verbum, nominando Dominum Egmundensem de nomine proprio, narravitque omnia in eadem forma, qua narravit ultimus Princeps, de quo supra dictum est, hoc addendo, quod Dominus Egmundensis haberet quendam clericum, cui omnia bene constabant. Itaque cum Dominus Egmundensis super præmissa excusationem prætenderet, & sub treugarum induciis coram Consulatu Hollandiæ citatus propterea fuisset, non comparuit, & propterea Consules Hollandiæ sententiaverunt eum demeruisse vitam, & bona sua temporalia; quæ & confiscantur & ipse exulat.

CAPUT LXX.

De violentia inflicta Hæcmundensi monasterio.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XVII. obiit iste Dux Wilhelmus, cui successit Ducissa Jacoba Comitissa Hollandiæ vigesima quarta filia ejus. Quæ cum patrimonium suum non valeret pacifice possidere propter resistentiam Ducis Johannis patrui sui, qui ubique eam studuit expellere de patrimonio suo. Tunc igitur quia partialitates contra se mutuo surrexerunt, & Johannes Dominus de Egmunda confœderatus esset cum Domino Johanne, factusque esset potens in terra. Cum ergo effectus esset supremus Consiliarius prædicti Ducis iterum se animavit adversus Abbatem, & suos k fratres persequitur in tantum, quod idem Gerardus de Ockenbergh Abbas præmonitus fuit, quod nisi a monasterio Hæcmundensi recederet per fautores Domini Johannis de Egmunda interficiendus esset. Porro ne tantum malum eveniret, dictus Dominus Abbas recessit in vigilia Philippi & Jacobi Apostolorum anno Domini CIↃ. CCCC. XIX. & cum eo etiam recesserunt quamplures sui familiares, & transtulerunt se cum prædicto Abbate ad civitatem Trajectensem, ut ibi tute absque periculo residerent. Igitur posthæc cum Gerardus prædictus absens esset, & malum regimen Bartholomei redituarii prædicti monasterii fautoris Domini

k *fautores* Fris.

Egmundensis a narrantibus percepisset, deposuit eundem Dn. Johannem Bartholomei ab officio suo prædicto, & ordinavit Dn. Johannem Aelwini Priorem prædicti monasterii in redituarium ejusdem monasterii. Quibus gestis in anno Domini CIↃ. CCCC. XX. venerunt ad vindicandum istud intuitu Johannis de Egmunda feria quinta post Pascha Malhugo & quidam alius Troestgen dictus cum sex sociis, qui cum per modicum temporis sub dolo in monasterio tardassent, atque cum monachis potassent, exiverunt de Cameris monachorum & profugaverunt duos famulos dicti monasterii in fossatis, ulteriusque processerunt adversus molendinum monasterii, explicantes vela in cursu suo, sperantes quod sic incenderetur. Deinde rapuerunt vestimenta Portarii, quæ valuerunt viginti libras, & vendiderunt ea in Rynegom. Posthæc in nocte sequenti scanderunt muros monasterii, & intrantes pomaria monachorum, rapuerunt ex eis lectisternia, & quamplura alia bona. Deinde in nocte feriæ sextæ sequentis Malhugo prædictus & sui complices per quandam fenestram aulæ Abbatiæ cum malleis cancellis ferreis destructis intraverunt, & mox in Cameram super aulam Abbatiæ situatam accedentes armati interfecerunt ibidem Portuarium præfatum, a quo etiam rapuerunt florenos Arnhemenses. Ulterius adhuc vulneraverunt duos famulos, feceruntque tantum tumultum, ut omnes monachi excitati accurrerent & viderent quidnam fieret. Quos cum Sathanæ satellites viderent, cum nimio impetu per Cameram januæ præfatæ cum hastis versus monachos trudentes, ex eis duos Sacerdotes monachos, videlicet D. Walterum & D. Wilhelmum Simonis de Mathenes graviter & enormiter vulneraverunt, alios profugantes super turrim, alios ad villam, & nonnullos ad chorum, & ibidem ex scriniis & cistis Abbatis violenter effractis, cum eorum instrumentis, plura bona & clenodia rapuerunt. Similiter de eadem Camera quandam insulam pretiosis gemmis ornatam, pulcra ornamenta, bonos libros abstulerunt, item tunicas, togas, pannum. Item ex alia Camera ejusdem Abbatiæ ceperunt sexaginta paria linteamina, quinquaginta tria mensalia, & sexaginta pulvinaria, plutes lectos, omnia utensilia coquinæ, & etiam omnia clenodia Prioris rapuerunt. Deinde fulgurantibus & tinnientibus gladiis accesserunt ad chorum versus reliquias S. Adalberti, æstimantes ibidem monachos latitare. Cum ergo Malhugo scandere vellet januam, resiliit de janua, & cecidit super unum stantem post sua terga habentem super scapulas suas quoddam instrumentum bellicum dictum *een Knyfe*. Hic per casum Malhugonis cecidit cum prædicto instrumento in cortinis summi altaris, unde & cortinæ rumpebantur. Iterum Malhugo resurgens ape-

aperuit januam, & neminem inveniens receſſit a monaſterio ſæpedicto divinum judicium expectaturus.

CAPUT LXXI.

De reformatione monaſterii Hæcmundenſis attemptata & obitu Gerardi de Ockenberch Abbatis vigeſimi noni.

Porro circa annum Domini CIↃ. CCCC. vigeſimum primum Johannes de Egmunda ut Gerardum de Ockenbergh Dn. Abbatem Egmundenſem de Abbatia ſua expelleret, incitavit Ducem Johannem de Bavaria, ut Abbatem prædictum & ſuum Conventum accuſaret apud Sedem Apoſtolicam in multis, & propterea Dominus Apoſtolicus reformationem monaſterii Hæcmundenſis inciperet, & tali occaſione Abbas præfatus officio privaretur. Quod & idem Dux per ſuggeſtionem Domini de Egmunda perficere conatus eſt: nam antefatus Dux accuſavit in Curia Romana ſtatum deformem monaſterii, aſſerens ejus perſonas in concubinatu & alias inordinate vivere, & Abbatem & Priorem de dicto monaſterio in fugam converſos eſſe, & quod propterea devotio Chriſti fidelium ad dictum monaſterium tepeſcebat, minuebatur cultus divinus, & religionis obſervantia ſpernebatur. Quam accuſationem cum Dominus Apoſtolicus Martinus hujus nominis quintus intellexiſſet, conſtituit tres ex parte ſua Commiſſarios ſeu Reformatores monaſterii præfati, videlicet Præpoſitum Suetendale ordinis Præmonſtratenſis, Reverendum Abbatem monaſterii in Leodio ordinis S. Benedicti, & Magiſtrum Henricum Scatter Decanum S. Livini in Zirczee, mandans eis, ut perſonaliter ad monaſterium accederent Hæcmundenſe, & ſolum Deum præ oculis haberent, & authoritate Apoſtolica inibi viſitarent, & inquirerent diligenter ſuper præmiſſis omnibus & ſingulis, ac eorum circumſtantiis univerſis, & quod tam in ſpiritualibus quam in temporalibus, in capite & in membris, reformarent, & poſſeſſiones alienatas recuperarent, deditque deſuper prædictis Commiſſariis Bullam Apoſtolicam. Porro prædicta Bulla non fuit obtenta zelo reformationis, ſed potius cauſa invidiæ, & ideo effectum non eſt ſortita. Nam cum dicti Commiſſarii ad Conventum Hæcmundenſem veniſſent, non vocarunt, neque citaverunt Dominum Abbatem Hæcmundenſem, qui etiamſi citatus fuiſſet, & non comparuiſſet, nequaquam contumax cenſendus fuerat propter juſtum metum. Invenerunt jam dicti Commiſſarii in conventu præfato Leonium Priorem de campo, Wilhelmum Screvelt Suppriorem, Fredericum Nagel, Walterum Theodorici, Vopponem Iohan-

hannis, Heliam de Alcmade, Wilhelmum Simonis de Mathenes, Nicolaum Iacobi, Nicolaum Helmer, Wilhelmum de Buſco, Iacobum Eelman, Iacobum de Boeckhorſt, Wilhelmum Hey, Hugonem Theodori, Arnoldum de Hemert, & Wilhelmum Berge monachos profeſſos. Qui congregati in unum porrexerunt ipſis Commiſſariis quandam papiream ſupplicationis ſcedulam, quam ſcedulam, per manum Notarii per modum inſtrumenti ſubſcriptam in manu mea habui, & adhuc habetur in Abbatia. Cujus ſcedulæ tenor requiſivit & petiit in perſona omnium præmiſſorum monachorum ab ipſis Viſitatoribus, quatenus dignarentur cooperari & dare modum, quod Abbas eorum cum pace ad ſuum monaſterium Hæcmundenſe poſſet reverſus aliquando ibidem ſecure reſidere, quod tunc ſperarent ac vellent vivere ſecundum eorum Regulam S. Benedicti, & quam multa alia quæ brevitatis cauſa prætermitto. Commiſſarii vero promiſerunt facere, quæ erant petita, ſed tamen non fecerunt, & inſuper Dominus Abbas appellavit ad Curiam Romanam, omneſque articulos contra ſe accuſatos annihilavit, ſe ipſum & ſuum Conventum legitime excuſavit, & falſos eſſe probavit, & de omnibus ſibi impoſitis optime ſe purgavit, & injuriam ſibi irrogatam a Duce Iohanne & Dn. Iohanne de Egmunda ad integrum narravit, & in Curia Romana palam fecit; quare & totum negotium fuit omnino diſſipatum. Igitur anno Domini CIↃ. CCCC. XXIII. Reynoldo Duce Gelriæ defuncto ſubito Arnoldus filius Iohannis Domini de Egmunda eligitur & efficitur Dux Gelriæ Comeſque Sutphaniæ. Sed quia idem Arnoldus tunc temporis fuit juvenis ferme quatuordecim annorum, ideo Dominus Iohannes de Egmunda pater ejus ſuſcepit gubernationem totius terræ Gelrenſis. Deinde in anno Domini CIↃ. CCCC. XXIV. Dn. Gerardus de Ockenberch Abbas Hæcmundenſis in anguſtiis & exulatione poſitus obiit in civitate Trajectenſi octava die menſis Martii. Corpus vero ejus ſepelitur in monaſterio Hæcmundenſi circa januam Sacriſtiæ, cujus hoc eſt epitaphium:

l Ielman Friſ.

Abbas Gerardus Ockenbergh carne ſolutus
Iſto ſarcophago contegitur rubeo.
Qui patria pulſus Trajecti mœnia poſcit
Annis in ſenibus, quo peregre moritur.

C A-

CAPUT LXXII.

De Wilhelmo Simonis de Mathenes Abbate.

Ex humanis Dn. Gerardo de Ockenbergh vocato unanimi electione cum invocatione S. Spiritus eligitur quidam venerabilis Dominus Wilhelmus Simonis de Mathenes, & efficitur Abbas Hæcmundensis trigesimus. Qui Wilhelmus electus recessit statim a monasterio, eo quod ibidem commode perseverare non poterat, recessitque cum eo Prior ejusdem loci cum omnibus privilegiis & literis ejusdem monasterii ad locandum ea in tuto loco. Quibus in itinere positis Dn. Johannes de Egmunda explorari fecit diligenter eorum itinera, & missis Gerardo Petri & Gisberto de Muden cum plerisque aliis satellitibus captivavit prædictos Dominos, videlicet & Dominum electum & Priorem cum eorum famulis, & privilegiis, & literis omnibus. Quibus captivatis adducti sunt ante eum in castro Rosendael in Gelria, & locavit eos omnes in captivitatem valde austeram in præfato castro. Nam pedes duorum posuit in ligneis pressionibus, ubi fame & siti multisque incommodis per duodecim hebdomadas dire cruciabantur. Vi ergo Dominus Egmundensis extorsit ab eis privilegia & literas monasterii prædicti, & ad placitum annibilavit, confregit, accepit, & [m] retradidit eis privilegia & literas, & de eisdem disposuit, sicut sibi tunc placuit. Inter ceteras etiam tunc rapuit literas, quas posui superius capite LXVI. Quibus completis Dominus Electus & Dominus Prior laxati sunt a pressionibus, sed suos famulos pecuniis a captivitate redemerunt. Deinde pauco tempore idem Electus confirmatur & benedicitur Abbas trigesimus, qui cum esset confirmatus non audebat moram trahere in suo monasterio Hæcmundensi, propter tyrannidem Hæcmundensis. Per multos annos tandem idem Dn. Wilhelmus de Mathenes Abbas ubique accusavit Dominum Egmundensem de sua crudelitate in multis locis. Anno deinde nati Christi CIↃ. CCCC. XXXVI. Philippus Dux Burgundiæ tunc Comes Hollandiæ existens per resignationem Jacobæ Comitissæ Comes vigesimus quintus accepit Abbatem Hæcmundensem & suum monasterium sub tutela & protectione sua.

[m] *tradidit* Fris.

CAPUT LXXIII.

De modo compositionis adinvento inter Abbatem Hæcmundensem & Dominum de Egmunda.

Itaque tunc ulterius per varias amicabiles interlocutiones compositus fuit modus, qualiter Abbas Hæcmundensis & Dominus de Egmunda possent amicabiliter concordare, ut de cetero in pace & quiete viverent. Tandem inter eos quidam modus adinventus est, quem tamen aliqui monachi admittere seu consentire recusarunt: nihilominus tamen mittitur pro authoritate summi Pontificis, & ut antequam modus ille componeretur & ordinaretur, confirmaretur & ratificaretur per Sedem Apostolicam. Igitur Dominus Apostolicus committens causas prædictas Domino Abbati de Middelburch Præmonstratensis ordinis mandavit eidem, ut diligenter perlegeret & indagaret omnia jura, libertates, & privilegia monasterii Hæcmundensis, & totum, quod non cederet in præjudicium privilegiorum & bonorum jam dicti monasterii, dedit sibi potestatem confirmandi & ratificandi, conscientiam ejusdem Abbatis desuper onerans in sequenti forma: *Eugenius episcopus Servus servorum Dei dilecto filio Abbati monasterii Middelburgensis Trajectensis diœcesis Salutem & Apostolicam benedictionem. Ad exequendum Pastoralis officii debitum, studiis intendentes assiduis circa monasteriorum aliorumque piorum locorum, & eorundem, nec non & aliarum nobis & Apostolicæ Sedi devotarum personarum statum salubriter dirigendum nostræ considerationis aciem solerter extendimus; & per quæ possit illorum dispendiis obviari, statusque reddatur tranquillus, ipsa media libenter amplectimur, & ea quæ propterea gesta comperimus, ut potioribus fulciantur adminiculis, dum a nobis petitur, Apostolico disponimus munimine roborari. Sane pro parte dilectorum virorum Abbatis & Conventus monasterii S. Adalberti, loci ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, ordinis S. Benedicti, ac Nobilis viri Johannis de Egmunda militis Trajectensis diœcesis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim ipsi frequenti librarmine recensentes, quod inter Abbatem & Conventum prædictos ac suos inibi prædecessores ex una, nec non militem præfatum & ejus progenitores ex altera partibus super dominio temporali ac territorio dicti loci, nec non quibusdam aliis terris, bonis, libertatibus, superioritatibus, subjectionibus, servitutibus, juribus atque rebus, & eorum occasione multis annorum curriculis gravissimæ dissensiones & discordiæ viguerunt, & propterea partes ipsæ, dictumque monasterium quod a dilecti filii nobilis viri* Philippi *Ducis Burgundiæ progenitoribus Hollandiæ Comitibus solenniter dotatum fuerat, damna plurima pertulerant, & nisi desuper cæteris acceptæ*

n ut pro authoritate Summi Pontificis antequam modus ille Fris.

ceptaretur via provisionis, ipsum monasterium magnæ desolationis periculo subjaceret, ac Abbas & Conventus, nec non miles, prædicti dissensionibus & discordiis hujusmodi finem quærentes imponi super præmissis omnibus in eundem Ducem sub certa forma compromittere curarunt, & per se vel alium desuper ubicunque locorum de alto & basso, nec non in toto & parte stando, vel sedendo, & juris ordine prætermisso, sententiandi, arbitrandi, & laudandi concedentes potestatem, & permittentes, ipsius inde sententiam arbitralem sive laudum hujusmodi renunciarunt. Postmodum vero prædictus Dux ipso compromisso in se sponte suscepto arbitralem super his in earundem tunc præsentia partium sententiam promulgavit, quam Abbas, Conventus, & Miles prædicti &c. suis inde sigillis appensis efficaciter approbarunt, & quæ in utilitatem dicti monasterii cedere dinoscitur evidentem. Quare pro parte Abbatis, & Conventus, ac Militis eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, ut hujusmodi sententia pro illius subsistentia firmiori robur Apostolicæ confirmationis adjicere, & alias super his oportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui de præmissis certam notitiam non habemus hujusmodi supplicationibus inclinati discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus super præmissis omnibus & singulis authoritate nostra te diligenter informes, & si per informationem hujusmodi ita esse inveneris, super quo conscientiam tuam oneravimus, sententiam prædictam & quæcumque inde secuta auctoritate Apostolica approbes & confirmes, supplendo omnes defectus, siqui forsitan intervenerint in eisdem. Et insuper sententiam præfatam & illius effectum facias a singulis, quos contigerit, per censuram ecclesiasticam & alia oportuna juris remedia firmiter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, ac monasterii & Ordinis prædictorum juramento n *confirmationis Apostolicæ vel alia quavis* o *authoritate roboratis statutis vel consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque, etsi Abbati, Conventui, & Militi præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a Sede Apostolica sit indulcum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Ferrariæ anno incarnationis Dominicæ* CIↃ. CCCC. XXXVII. *duodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno octavo.* Tunc paucis diebus transactis Philippus Dux fecit primo pronuntiationem arbitrii sui sive sententiam arbitralem super discordia inter Dominos Abbatem Hæcmundensem & ejus Conventum ex una parte & Dominum Egmundensem & suos subditos ex altera parte sub hac verborum forma: *Philippus miseratione divina Dux Burgundiæ, Lotharingiæ,*

n Leg. *confirmatis, Apostolica.*
o *firmitate* Frif.

Brabantiæ, Limburgiæ, Comes Flandriæ, Artheſiæ, Burgundiæ, Palatinus Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Namurcenſis, Marcgravius S. Imperii, Dominus Friſiæ, de Salinis & Malinis, notum facimus univerſis. Quod multis annis diſcordiæ & inimicitiæ fuerunt inter Reverendum in Chriſto Patrem, Abbatem & Conventum Hæcmundenſem ex una parte & Dominum Egmundenſem & ſuos vicinos Egmundenſes ex altera parte, qui nunc ſunt, & pro tempore fuerunt, unde multæ inquietudines, homicidia & multiplices malitiæ excreverunt, & ut illæ malitiæ tollerentur, atque radicitus evellerentur, multi tractatus obſervati ſunt ab amicis utrarumque partium, & tandem ad hoc in fine deductum eſt, quod Reverendus in Chriſto Pater Wilhelmus de Mathenes *Abbas Hæcmundenſis, Jacobus Eelman Prior, Helias de Alckmade, Conventuales Egmundenſes auctoritatem habentes ex parte totius Conventus Hæcmundenſis ex una parte, & Dominus Hæcmundenſis cum ſuis vicinis & parte ſui & ſuorum vicinorum ex altera parte venerunt ad Hagam Comitis in Cameram Conſulatus in præſentia fidelis noſtri Domini de Santes & aliorum Conſulum Hollandiæ, & cum eorum libera voluntate pro aſſecuratione ſuarum conſcientiarum ex utraque parte ad vitandum omnia mala, quæ adhuc inter eos poſſent oriri, de omnibus diſcordiis & inimicitiis inter eos uſque in præſentem diem habitis integraliter ſubmiſerunt ſe nobis & conſiliariis noſtris, ſeu in abſentia fideli noſtro Domino de Santes, cum prædictis noſtris conſiliariis, quicquid abdicaverint, ſeparaverint in arbitrando, ſub pœna amiſſionis quatuor millium Coronarum argenti, ex parte violantis hanc noſtram promuntiationem, pro media parte applicandarum pro nobis, & alteri parti ſcilicet obſervanti noſtram pronuntiationem pro alia medietate applicandarum. De qua compromiſſione confectæ ſunt literæ ſigillatæ & inſtrumenta authentica ex utraque parte, quas ipſæ partes apud ſe habent. Et ut de cætero Reverendus in Chriſto Abbas & Conventus Hæcmundenſis in tranquillitate pacis poſſint vivere, ideo per fidelem noſtrum Dominum de Santhes & alios noſtros Conſules, in quibus ambæ partes compromiſerunt, omnes cauſæ bene ſunt perfectæ & viſitatæ, & partes ad longum auditæ de omnibus dicendis & prætendendis, & propterea eorum arbitratio eſt in ſequenti forma: Inprimis arbitratum eſt, quod Dominus Egmundenſis bona ſua & Dominium de Egmunda in feodum accipiet a monaſterio Hæcmundenſi in omni forma, ſicut a Comitatu noſtro Hollandienſi obtinuit ſecundum tenorem ſuarum literarum, cum Advocatia ejuſdem monaſterii, ſcilicet quod ipſe defenſor & protector erit ſecundum ſuam poſſibilitatem in omnibus, in quibus requiſitus fuerit & non aliter. Et idcirco pro augmentatione ſui feodi tenebit & habebit a jam dicto monaſterio in feodum miniſteria curruum in & ex Rynegom, & etiam omnia alia miniſteria, quæ villani de*

Ryne-

Rynegom ſæpedicto monaſterio exhibere conſueverunt, cum aliis bonis dictis Landtwinningen, hereditates cum omnibus bonis P *emphytheuticis tam in Egmunda quam in Rynegom, hoc eſt, tales redditus, quales poſiti ſunt ſuper domos traditas* q *cum locatione piperæ, caponibus, pullis gallinarum, ovis, ſcutellis, &* montgelt, *ſalvo quod de domibus, de areis monaſterii, ſeu ejus hoſpitali pertinentibus, quas ipſi annuatim conſueverunt locare pro certo pretio Dominus Egmundenſis nihil habebit, ſed manebunt in libertate ejuſdem monaſterii, ſuper quas nunquam fuerunt locationes emphytheuticæ, ſeu pactiones præſcriptæ. Et tunc iterum in recompenſam Dominus Egmundenſis reſignabit monaſterio decimas in Hillegom, & inſuper adhuc tales decimas, quales* r *ante Dominium Egmundenſe devolutæ ſunt ex parte materteræ Isbrandi de* ſ *Scotam apud Lis. Dabit etiam prædicto monaſterio integraliter ſecluſa omni fraude & dolo magnas & parvas. Cæterum ex quo monaſterium Hæcmundenſe longo tempore in villa Hæcmundenſi habuit decem & octo cum dimidio miniſteria curruum, ut omnia ſopiantur & ad bonum pacis ſingula deducantur, & in poſterum diſcordiæ nequaquam inde oriantur, prædicti villani de Egmunda erunt de cætero liberi ab hac ſervitute, ſed pro redemptione illius ſervitii dabunt monaſterio Hæcmundenſi ſingulis annis perpetuos redditus, hoc eſt, pro quolibet ſervitio unius currus ſummam quatuor Coronarum Franciæ aureæ monetæ, de quibus duæ Coronæ erunt in valore unius aurei nobilis Anglicani, in pondere habentis quatuor Anglicanos & dimidium. Et ſolutio iſta fiet infra quatuor dies nativitatis Domini ſcilicet* t *Innocentum in omni anno. Et in caſu quo aliquis infra dictos dies ſive prædictum terminum non ſolverit cum moneta præſcripta, aut ejus valore, vel aliis denariis bonæ monetæ currentibus, ad plenam ſolutionem, tunc ad Abbatem & Conventum Hæcmundenſem terræ, ſuper quas ex antiquo prædicta miniſteria conſtituta fuerant, libere devolventur, de quibus tunc Abbas & Conventus poterunt ad placitum diſponere, ſicut ipſis placuerit. Præterea omnes domos, terras, & areas, quas monaſterium Egmundenſe, Abbas & ſuum hoſpitale habent ſituatas infra Dominium Egmundenſe, quæ locata nunquam fuerunt locatione emphyteutica, id eſt,* op Erfhuer, *ſed ſingulis annis conſueverunt locari pro certo pretio ad placitum, illæ manebunt ipſis* v *libere perpetualiter cum ſuis decimis magnis & parvis, quas habent infra Dominium Egmundenſe, & illas domos & areas & terras infra annum ſequentem in literis & inſtrumentis inde conficiendis nominabunt & deſcribent, quantæ ſint & ubi ſituatæ ſint, & illa prænominata bona cum aliis eorum mobilibus bonis, quæ nunc poſſident, vel in poſterum poſſidebunt, non ſubjacebunt judicio ſecularium judicum, ſed manebunt libera ab omnibus expenſis, exactionibus, & contributionibus Domini Egmundenſis, & ab omnibus aliis expenſis quovis co-*

p *emphyteoticis* Friſ.
q *cum locatione pro argento, pipere.* Friſ.
r *ante ad Dominum Egmundenſem.* Friſ.
ſ *Schotham* Friſ.
t A Friſ. abeſt *Innocentum.*
v *liberæ* Friſ.

lore exquisitis, exceptis expensis aggerum, aquæductuum, & obstructionum, hoc est dycken, fluysen, dammen, *in quibus secundum quantitatem terrarum suarum facient secundum antiquam consuetudinem, sicut morit est in Hæcmundensi terra. Sane quascunque possessiones quæcunque bona idem monasterium largitione sive oblatione fidelium Christi præstante Domino in posterum poterit adipisci infra Dominium Egmundense, illas possessiones & illa bona Conventus Hæcmundensis vendet infra annum subsequentem, & illas pecunias ad alios usus commutabit extra Dominium Egmundense, expendet aut retinebit sibi ad placitum. Et in casu quo ipsi vendere non vellent, tum prædictæ possessiones & prædicta bona stabunt sub exactionibus atque consuetudinibus illius territorii. Item Abbas & Conventus Hæcmundensis ordinabunt unum bonum virum, qui eorum debita infra Dominium Hæcmundense poterit vulgariter* uytpanden, inwinnen, ende uytrechten, *super quibus Dominus Egmundensis pro se & suis successoribus* v *promittet monasterio in tali jure arras recipere per eundem bonum virum, sicut consuetudinis est recipere de suis redditibus, scilicet arras competentes pro secundo denario meliores, & in casu quo aliquis resisteret, hoc esset sub pœna vulgariter* die hoochste boet *illius territorii ad usum Domini Egmundensis, dummodo debita illa fuerint notoria. Et nullus excipietur ab illa pœna nisi de consensu Domini Abbatis. Et si post receptionem arræ talis debitor monasterio adhuc non satisfaceret de suis debitis, hoc potest manifestare Domino Egmundensi, seu suo Ballivo, seu ejus Sculteto, aut ejus Reddituario, qui pro tempore fuerit, & infra quindenam post manifestationem præfatam talis debitor potest a monasterio ad judicium trahi spirituale infra Comitatum Hollandiæ vel infra diœcesin Trajectensem, & ibidem terminari, nisi appellatio compelleret eum ad superiora Consistoria. Cæterum si aliquis subditorum Domini Egmundensis sub locatione annuali aliquas terras emeret seu decimas a prædicto monasterio in Dominio Domini Egmundensis illi subjacerent consimili judicio de talibus. Item Dominus Egmundensis & sui successores de cætero persolvent monasterio prædicto testamenta progenitorum suorum singulis annis, & ipsi Religiosi facient sua debita pro eis in Memoriis annalibus sicut tenentur. Sane quilibet erit liber a Domino Egmundensi infra interiores muros monasterii, & infra monasterium. De illis Dominus Egmundensis & sui successores nequaquam se habebunt intromittere, & in casu quo homicidium ibidem perpetraretur ab aliquo, qui non monachus vel homo spiritualis ibidem non esset, tunc homicida a suo judice competenti judicaretur: & si quis non esset spiritualis homo & forefaceret extra muros, seu extra septa monasterii, hoc idem teneretur emendare secundum jura & consuetudines illius territorii. Item si aliquis subditorum Domini Egmundensis infra*

v *permittet*

mu-

muros monaſterii ſeu hoſpitalis præſcripti forefaceret, contra tales poterunt Abbas & Conventus ſuus procedere jure & judicio ſpirituali. Item inimici Domini Egmundenſis non recipientur in monaſterio ſeu hoſpitali nec fovebuntur ſcienter in præjudicium & damnum Domini Egmundenſis & ſuorum ſubditorum. Cæterum in eccleſia parochiali Abbas & Conventus de nullis rebus habebunt ſe intromittere, excepta collatione, & Paſtor ſepeliet libere mortuos ſuos, & faciet ſingula, quæ in eccleſia ſua fuerint facienda, abſque contradictione alicujus, ſalvo quod in tribus temporibus, ſcilicet in diebus Rogationum, Sacramenti, & in die S. Adalberti, quando Abbatem & ſuum Conventum contingit proceſſionem facere, tunc Paſtor cum ſcholaſticis præcedet, & Abbas cum ſuo Conventu ſubſequetur abſque aliquo ſtrepitu & tumultu inordinato ſecundum antiquam conſuetudinem, etiam ſalvo quod idem Paſtor perſolvet monaſterio omni anno duos groſſos Flandrenſes pro oblatione, quæ fit in die Paraſceves ante imaginem S. Crucis in eccleſia parochiali, & etiam idem Paſtor ſingulis annis ſua ſacramenta, ſcilicet oleum & Criſma ex monaſterio præfato auferet. Et omnem terram, quam monaſterium poterit probare per ſua regiſtra & hoſpitale vel aliunde docere, quod poſſederunt eam per ſexaginta annos, de cætero poſſidebunt eam pacifice abſque aliqua contradictione. Præterea ſecundum antiquam conſuetudinem villani de Egmunda & de Rynegom exhibebunt monaſterio ſua ſervitia, quando neceſſe fuerit, cum ſuis lectis, lintheaminibus, ſupellectilibus, & pulvinaribus, & in recompenſam hujus ſervitii de cetero liberi erunt a decimis x ſtupularum. Sane in omni cauſa ubi monaſterium Hæcmundenſe hoc indigebit, dominus Egmundenſis in ſuo Dominio removebit ſecundum ſuam potentiam ubique manum violentam. Item cum prædicto erunt omnia arbitria, quæ inter monaſterium præſcriptum ex una parte & Dominum Egmundenſem cum ſuis ſubditis ex altera parte fuerunt ex antiquo arbitrata, mortificata & annihilata. Et ulterius nemo prædictarum partium habebit poteſtatem contra ſe invicem cauſas infra Dominium Egmundenſe opponendi, ſicut in præſcripto arbitrio eſt notatum. Et in caſu quo haberent aliquas literas ex aliqua parte contradicentes huic arbitrio, ſeu continentes articulos contrariantes, non erunt amplius alicujus vigoris ex utraque parte. Sed ſi haberent literas continentes articulos huic arbitrio non contrariantes, illæ manebunt in ſuo vigore, & inſuper de novo dabunt ſibi invicem literas novas in forma bona, ſicut decet. Cæterum Dominus Egmundenſis retradet Abbati Hæcmundenſi & ſuis religioſis literas & privilegia ſua de fundatione & dotatione ejuſdem monaſterii vel alterius rei continentes narrationes pertinentes prædicto monaſterio vel Hoſpitali, exceptis literis contrariantibus huic arbitrio noſtro, quia illæ erunt mortificatæ, & annihilatæ, amoto omni dolo & fraude.

x *ſtipularum* Friſſ

Præ-

Præterea quia domus super Sandmerch *apud Bachem pertinuit monasterio, antequam ministri Domini de Egmunda exegerunt ab illa exactionem nuncupatam* Heerdtgelt, *ideo iterum prædicta domus libere deveniet ad prænominatum monasterium absque aliqua exactione. Item talis processus, seu expeditio, sicut exercuerunt ministri Domini Abbatis, qui y reacceperunt blada Domini de Egmunda, & similiter de Petro Loys, de cætero non erit alicujus vigoris, sed omnino annihilabitur. Et quia volumus hoc nostrum arbitrium in omnibus articulis præscriptis sub pœna prædicta observari, ideo in hujus rei testimonium sigillum nostrum appendimus, & nos Wilhelmus de Mathenes Dei gratia Abbas, Prior, & omnes Conventuales monasterii Hæcmundensis ex una parte, & nos Johannes Dominus de Egmunda pro me & vicinis nostris de Egmunda ex altera parte, volentes istud præscriptum arbitrium in omnibus suis articulis sub pœna præscripta pro nobis & nostris successoribus in perpetuum observari, ideo in hujus rei testimonium appendimus sigilla nostra ad præsentem paginam in vicesima quarta die mensis Septembris, in anno Domini* CIↃ. CCCC. *trigesimo septimo. Per nostrum Dominum & Ducem. In præsentia Guidonis Domini de Anthimie Cancellarii episcopi Trajectensis, Magistri Johannis z Bont Cancellarii Brabantiæ, Magistri Philippi de Maniller Domini de Santhes Præsidis Hollandiæ, Domini de Trienceux, Magistri Wilhelmi a Bont, Magistri Petri de Renes Doctorum, Magistri Henrici Wtenhout, Magistri Bartholomei b Alatruye, & aliorum plurimorum de Consulatu.* Hæc pagina sic sigillata cum suis declarationibus, quæ hic desunt, habetur in Abbatia Hæcmundensi in Theutonico in consimili sensu.

y *accepegrnt.* Fris.

z *Boem* Fris.

a *Bonck* Fris.

b *de Aeltruye* Fris.

CAPUT LXXIV.

De confirmatione arbitriorum per auctoritatem Summi Pontificis.

Porro cum Dominus Petrus Abbas Middelburgensis a Curia Romana accepisset confirmationem Summi Pontificis ad confirmandum & ratificandum authoritate ejusdem Summi Pontificis arbitrium præfatum, & multas alias conditiones adhuc per arbitros utrarumque partium adinveniendas inter Dominum Abbatem Hæcmundensem & Johannem de Egmunda, idem Abbas Middelburgensis misit copiam suæ Commissionis Abbati Hæcmundensi, quam cum Abbas Hæcmundensis perlegisset atque intellexisset, misit suos Nuntios ad Abbatem Middelburgensem, rogantes eundem ex parte Abbatis Hæcmundensis, ne nimis festinaret in Commissione sua, quia breviter disponebat sibi facere debitam informationem

de

de juribus & privilegiis Hæcmundenſis eccleſiæ, quod & idem Dominus Petrus Abbas promiſit ſe facturum. Temporibus tamen intermediis antequam Abbas Hæcmundenſis infotmationem ſuam debite ordinaſſet ad tradendam eam Abbati Middelburgenſi perrexit frater Johannes de Neck Prior Conventus Ordinis Prædicatorum in Haga Comitis, cujus cognomen erat *de groote Prior* ad Abbatem Middelburgenſem, & præſentavit ei articulos conceptos abaliquibus inter Abbatem Hæcmundenſem & Dominum de Egmunda petens ea auctoritate Apoſtolica confirmari & ratificari. Cui reſpondit Abbas Middelburgenſis, dicens, Hoc non decet per me ita fieri, quia nondum vidi, nec nondum cognovi jura & privilegia eccleſiæ Hæcmundenſis. Reſpondit idem Prior in ſuæ conſcientiæ puritate, quod articuli illi eſſent concepti & ordinati ſicut oportet, & de jure fieri tenetur. His itaque & ſimilibus blandis ſermonibus ſuggeſtionibuſque inſtructus idem Abbas Middelburgenſis Commiſſarius Domini Apoſtolici confirmavit & ratificavit illos articulos auctoritate Summi Pontificis in anno Domini CIↃ. CCCC. trigeſimo nono. Cujus copia confirmationis habetur in libro feudorum ipſius Wilhelmi de Mathenes Abbatis Hæcmundenſis. Habita autem hac confirmatione prænominatus Prior rediit ad Hagam Comitis, portans ſecum eandem confirmationem, ubi tunc ſtatim citati fuerunt Abbas Hæcmundenſis & ſuus Conventus & Johannes Dominus de Egmunda cum eorum propriis ſigillis. Cum ergo fama ejuſmodi veniſſet ad aures Conventualium monaſterii Hæcmundenſis, quibuſdam placuit, & quibuſdam diſplicuit, major tamen pars noluit conſentire, & quia hi cum diligenti cura cuſtodiebant ſigillum Conventus, ideo res aliquibus diebus permanſit interminata, una tamen dierum cum cuſtodia præfata non eſſet adeo diligenter obſervata, ſigillum Conventus eſt manu violenta de ciſta abſtractum communitatis, & ad Hagam Comitis perductum. Tunc partibus prædictis oſtenditur ab Arbitratoribus una capſula clauſa, in qua erant literæ clauſæ continentes eorum arbitrium & confirmationem Domini noſtri Papæ, corrigiis expoſitis & extra pendentibus, in quibus partes & arbitratores ſua ſigilla habebant ponere. Quod ex informatione aliquorum Abbas Hæcmundenſis fecit. Quo facto apponitur & ſigillum Conventus. Deinde Dominus Egmundenſis appoſuit etiam ſuum ſigillum. Similiter & omnes arbitri fecerunt apponi etiam ſua ſigilla. Quibus geſtis capſula illa aperitur, & literæ ſic ſigillatæ aperiuntur, extrahuntur, & in eorum omnium præſentia leguntur, in quibus Dominium Egmundenſe a monaſterio ſeparatur cum multis aliis proventibus, poſſeſſionibus, redditibus, ſicut inferius patebit Capitulo ſequenti. Quibus

bus sic peractis Abbas Hæcmundensis ad lacrymas commovebatur, asserens quod tali modo nunquam illos arbitros recepisset, sed tantum ad inveniendum quendam modum convenientem ad pacem servandam inter præscriptos, absque abdicatione aliquorum bonorum. Cui & in præsenti respondebatur ut patientiam haberet, & Prior Prædicatorum præscriptus asseruit, quod non deceret aliquem Prælatum spiritualem dominium temporale possidere.

CAPUT LXXV.

De bonis quæ pertinuerunt monasterio Hæcmundensi, & nunc pertinent Domino de Egmunda.

Porro hæc sunt bona quæ monasterium Hæcmundense amisit per arbitrationes præscriptas & pro præsenti Domini Egmundenses possident.

Inprimis dominium altum & bassum.

Secundo terra culta & inculta nuncupata *die Duyn*, quæ valere consuevit omni anno præter cuniculos, quos habebant ad coquinam propriam, ducentas libras.

Tertio servitium appellatum *den Hofvisch*, hoc est, quoties naves cum piscibus littori maris appropinquabant, totiens ex qualibet navi monasterium habebat unum piscem, & inde Abbatia cum Conventu per totum annum competentiam habebant ex piscibus marinis.

Quarto molendarium Egmundense.

Quinto possessiones appellatas *Slicklant* valentes omni anno ducentas Coronas Franciæ.

Sexto ministeria curruum ex Rynegom & circa mansum, id est, *op den Hoeff*, quæ Dominus Egmundensis traxit ad sua servitia, & valebant singulis annis secundum veram æstimationem septuaginta Coronas Franciæ.

[c] *Hooffchefenne.*

Septimo decem & novem gramina nuncupata [c] *die Hoffvenne* solventia omni anno viginti Coronas.

Octavo decimas in Winnem & in mansu sui castri & valent omni anno triginta quinque Coronas Franciæ. Et pro terra culta & inculta in agris & pascuis infra terminum Aremerswеet & Winnemerswеet, quæ fecundus Comes Hollandiæ donaverat monasterio Hæcmundensi, nullum jus in eisdem terminis sibi reservans, & per succedentia tempora Abbates Egmundenses exposuerunt seu locaverunt partes illius terræ aliis hominibus pro annuo censu nuncupato *Buerhuer*, & pro argento, pipere, caponibus, scutellis, & hujusmodi, & proventus illius valuerunt singulis annis septuaginta quin-

[d] Vorhuyr Fris.

que

que coronas. Et istos redditus vicini de Egmunda persolverunt ultima vice in anno Domini c1o. cccc. decimo octavo. Et registra receptionis adhuc de omnibus præteritis annis habentur in Abbatia Hæcmundensi, quæ & ego vidi. Item quando possessor illius terræ moriebatur tunc sui heredes habebant redimere terram illam ab Abbate pro valore quartæ partis illius terræ, & hoc si heredes habitarent tempore mortis in terra Hæcmundensi. Et in casu quo aliquis heredum habitaret extra terram Egmundensem, tunc Abbas retinuit sibi portionem illius extra habitantis, quia nemo poterat eis succedere in hereditate, nisi esset inhabitator villæ Egmundensis. Et ista bona valuerunt singulis annis quinquaginta quinque coronas.

CAPUT LXXVI.

Memoria Wilhelmi de Mathenes Abbatis Hæcmundensis de & super una missa perpetuis & futuris temporibus decantanda super altare Beatæ Mariæ virginis singulis feriis quartis.

Deerant in Frisico & hoc caput & quod sequitur LXXVII.

Wilhelmus *Dei & Apostolicæ sedis gratia Abbas monasterii S. Adalberti Hæcmundensis Romanæ ecclesiæ immediate subjecti Ordinis S. Benedicti Trajectensis diœcesis notum facimus universis & singulis præsentes literas visuris seu audituris, quod ad gloriam & laudem Omnipotentis Dei & Domini nostri Jesu Christi, suæque intemeratæ matris virginis Mariæ, & propter augmentandum divinum cultum volumus, nec non per modum donationis inter vivos, seu alio quoquam firmiori jure ac forma, quibus melius & efficacius possumus ad perpetuam rei memoriam præsentibus literis disponimus, quod post diem nostri obitus ad salutem animæ nostræ, nec noc parentum nostrorum, celebrabitur perpetuis temporibus in qualibet ebdomada, videlicet omni feria quarta in ecclesia Hæcmundensi in Capella Beatæ Mariæ virginis una missa, cantando ad laudem & honorem ejusdem virginis Mariæ, & si aliqua festa in ipsis feriis quartis caderent. propter quæ prædicta contingeret postergari, hoc arbitrio deservientium relinquimus, dummodo eadem missa in die proxime sequenti vel præcedenti resumatur, sed quia dignum est, ut qui spiritualia seminat temporalia & metat, & etiam ille qui altari servit merito de altari gaudere debeat, eapropter ut hæc nostra præsens ordinatio ad debitum perducatur effectum, assignavimus, contulimus, & præsentibus assignamus & conferimus certos redditus de nostris parentibus pertinentes, jacentes prope Schiedam, tam pro celebratione, quam pro chori sociis dictam missam cantantibus, videlicet*

infra ſcriptos. Item inprimis deputamus ſeu legamus certas penſiones ſitas in novo Mathenes, quas habemus ibidem ſuper quibuſdam jugeribus in proximo den Buſch *collocatis, a parte orientali verſus Schiedam, computando videlicet triginta octo ſolidos cum duabus mitis, duos groſſos pro ſolido computando, quos habemus ſuper tribus jugeribus cum medio, & unam petiam terræ dictam* anderhalff hondt ende een derdendeel honts. *Item ſecundo legamus triginta quatuor ſolidos, quos habemus ſuper uno campo jacente ad latus ſupradicti campi, tenente in quantitate* twee hont ende veertich ſchafften. *Item tertio legamus decem & novem ſolidos cum ſex denariis bonis ſuper uno campo parvo immediate jacente ad latus prioris campi tenente* twaelftalf hondt ende achtien ſcafften na den Hoefflach. *Item quarto legamus decem & novem ſolidos cum quatuor denariis bonis quos habemus ſuper uno campo jacente ad latus ſupradicti campi tenente* ellef hondt ende vier ſcafften na den Hoefflach. *Item quinto legamus pro fundatione miſſæ antedictæ viginti duos ſolidos cum ſex denariis bonis, quos habemus ſuper uno campo jacente ad latus prioris campi tenente in quantitate* anderhalf hont *cum duobus jugeribus* na den Hoefflach. *Item ſexto legamus viginti tres ſolidos cum duobus denariis bonis, quos habemus in ſitu antedicto ſuper duobus jugeribus* anderhalf hont ende drie ende veertich ſchafften na den Hoefflach. *Item ſeptimo legamus viginti octo ſolidos, quos habemus ſuper uno campo jacente ad latus prioris campi tenente* ſeventien dalff hont ende dertig ſchafften na den Hoefflach. *Item ultimo legamus triginta octo ſolidos cum duobus Anglicis bonis, quos habemus in ſitu ſuperius memorato ſuper tribus jugeribus* ende vyff hont na den Hoefflach. *Ex quibus penſionibus prænarratis habebunt Carthuſienſes montis S. Gertrudis ſingulis annis octo ſolidos, decem denarios bonos cum uno obulo. Quos quidem redditus ſive penſiones Prior dicti noſtri monaſterii pro tempore exiſtens habebit diſtribuere modo & forma infraſcriptis: Inprimis celebrans miſſam habebit annuatim quatuor bonas libras, quadraginta bonos groſſos pro libra computando. Item in qualibet feſtivitate virginis glorioſæ Chori-ſocii prædicti miſſam cantantes habebunt in bono vino valorem unius libræ in menſa ſimul conſumendo, Reliqui vero redditus qui ſupererunt memoratus Prior ad uſum luminariorum & aliorum neceſſariorum exponet pro dicto altari, prout melius ſibi videbitur expedire. In caſu vero quo Prior vel Conventuales noſtri monaſterii pro tempore exiſtentes in celebratione prædictæ miſſæ ſeu in diſtributione dictorum reddituum in poſterum remiſſi & negligentes forent, quo minus divinum officium perageretur, & divinus cultus; nec non donatio prædicta, quod abſit, poſtergaretur, extunc prout ex nunc & ex nunc prout ex tunc dictos redditus transferri volumus, & præſentibus transferimus ad domum S. Johannis Hieroſolymitani ſitam in opido Harlemenſi,*

si, committentes magna sub fiducia venerabili ac religioso viro Domino Commendatori dictæ domus S. Johannis curam prædictorum reddituum distribuendorum celebranti nec non Chori-sociis in ecclesia S. Johannis cantantibus modo & forma præscriptis, dantes & concedentes per præsentes eidem Commendatori pro tempore existenti mandatum speciale, generalem administrationem, plenam & liberam potestatem se de omnibus & singulis supra designatis intromittendi, eaque apprehendendi, & de eisdem libere disponendi, & ordinandi juxta tenorem & formam suprascriptam, reservata tamen nobis, quamdiu in humanis vixerimus, in præmissis & circa præmissa authoritate omnia & singula revocandi, interpretandi, & corrigendi, eisque addendi, vel detrahendi in toto vel in parte, mutandi & in melius reformandi, quando & quotiens nobis placuerit & visum fuerit expedire. In testimonium veritatis præmissorum præsentes literas nostro sigillo majori communivimus, & ad majoris roboris firmitatem Prior & Conventuales nostri monasterii ad instantiam nostram etiam ratificando & approbando præmissa sigillum Conventus appenderunt Anno Domini CIↃ. CCCC. *quadragesimo secundo, die sexta mensis Januarii.*

CAPUT LXXII.

Concorporatio ecclesiæ parochialis Egmundensis monasterio Hæcmundensi sitæ infra septa ejusdem.

Eugenius *episcopus Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Utget nos suscepti regiminis cura & authoritas Pontificalis inducit, ut pro fidelium præsentia religiosorum, nec non & illorum monasteriorum, & locorum quorumlibet statu salubriter dirigendo paternæ considerationis acie solliciteditantes eorum occurramus dispendiis, & indemnitatibus consulamus, ut nostræ provisionis ope prosperis jugiter proficiant incrementis. Sane pro parte dilectorum filiorum Abbatis & Conventus monasterii S. Adalberti loci Egmundensis ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis ordinis S. Benedicti Trajectensis diœcesis nobis nuper exhibita petitio, continebat, quod gravia, pro eo quod parochialis ecclesia dicti loci, quæ præfato monasterio contigua & in illius cimiterio & infra illius septa constituta, & de ejus bono-dotata exstitit, per seculares clericos gubernata fuit, dissensiones, incommoda, & scandala successerunt, Nos itaque amplioribus eorum progressibus salubriter obviare cupientes præsentis perpetuæ valituræ constitutionis edicto Apostolica auctoritate sancimus, constituimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus dicta ecclesia sub quibusvis gratiis, expectativis, seu provisionibus aut dispositionibus Apostolicis nullatenus cadat vel comprehendatur, sed Abbas dicti mona-*

ste-

sterii, qui pro tempore fuerit, præfatam ecclesiam, cum ipsam per cessum etiam ex causa permutationis, vel decessum moderni Rectoris aut alias quovismodo & ex quavis causa quomodolibet vel qualitercunque vacare contigerit, per aliquem ex monachis dicti monasterii gubernare ac regi facere, ac ipsum monachum, quotiens sibi placuerit, ab eadem ecclesia & illius regimine amovere, & loco sic amoti alium vel alios ad sui nutum valeat deputare. Omnes quoque & singulas acceptationes, nec non collationes, provisiones, præsentationes, & dispositiones, quas de dicta ecclesia per literas Sedis Apostolicæ vel Legatorum ejus, aut alias qualitercunque, quam ut præfertur, sub quacunque verborum forma dictæ literæ conceptæ, aut si aliqui super provisionibus faciendis de ejusmodi speciales, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus literas impetravit, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, & quascunque alias derogatorias clausulas in se contineant, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus præsentibus de verbo ad verbum mentio habenda foret, nec non quascunque excommunicationum, interdicti, aliasve ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas, quas contra præmissa vel eorum aliquod ferri seu promulgari, ac totum id & quidquid in contrarium a quoquam quavis authoritate scienter vel ignoranter attemptari contigerit, nullius subsistere robore firmitatis eadem auctoritate decernimus per præsentes, non obstantibus constitutionibus Apostolicis, & ordinationibus, nec non clausulis, & derogationibus, inhibitionibus, & decretis, quæ in gratiarum, expectativarum, & aliis Apostolicis literis ac dispensationibus adjecta fuerint, nec non Monasterii & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis, constitutionis, & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beati Petri & Pauli Apostolorum se noverit incursurum. Datum Florentiæ anno incarnationis Dominicæ CIↃ. CCCC. XLII. *quarto Calendas Maji, Pontificatus nostri anno duodecimo. Subscriptum erat, Concordat cum transumpto, quod protestor manu propria, N. B.*

CAPUT LXXVIII.

De violentia Alberti de Raephorst.

Deinde circa annum Domini CIↃ. CCCC. XLIV. tempore regiminis Goswini Vice Comitis Hollandiæ per Albertum de Raephorst Capitaneum

neum Alcmarienſem poſtmodum Balivum Waterlandiæ adhuc multæ moleſtationes monaſterio Hæcmundenſi inflictæ ſunt. Nam idem Albertus ſuſtentavit atque nutrivit quatuor monachos Abbati ſuo rebelles, & hic etiam una dierum venit, & cum eo tredecim viri ſatellites armati ad cimiterium monaſterii prædicti, ut ei vim atque violentiam crudeliter inferrent. Porro in præfato monaſterio nitebatur occidere Nicolaum Leydis monachum, qui evadens ſolerter mortis periculum, cucurrit citius quo potuit ad januam eccleſiæ monaſterii, ubi ſui fratres ejus præſtolantur adventum. Quo ingreſſo & oſtio clauſo inimici cum armis moliebantur infringere januam eccleſiæ, percutientes eam malleis, ſed intelligentes quod intranei erant præparati ad reſiſtendum, receſſerunt a monaſterio, & introjerunt caſtrum manſus Domini de Egmunda, ubi & recipiuntur pro defenſione, ſed tandem pœnitentes ab Abbate pacem obtinuerunt, & a judice tam ſpirituali quam temporali.

CAPUT LXXIX.

De violentia Gysberti de Heull.

Alio quoque tempore ſcilicet octava die menſis Octobris venit Henricus Weſtphalus Nuncius Domini Egmundenſis, & præſentavit Domino Abbati literas Conſulatus Ducis Burgundiæ. Quas cum Abbas reverenter ſuſcepiſſet, Nuncius ille, quærens malignandi occaſiones, ait cum indignatione Domino Abbati, *Si tu es Abbas vel Mabbas, Prior vel Myor, vos intenditis Dominum meum de Egmunda profugare & deſtruere, ſed non erit vobis tanta poteſtas.* Cui reſpondebatur, quod de Domino Egmundenſi nihil mali ſed omne bonum diceretur, ſed cum ipſe tantum eſſet Nuncius, haberet ſe verecundius, & ubique honeſtatem deberet prætendere in verbis. Et quia in introitu hujus Nuncii Gysbertus de Huell Scultetus Egmundenſis cum ſociis ſuis non fuit intromiſſus, ideo idem Gyſbertus ante portam Abbatiæ cum ſuis clamavit, quod Nuncius prædictus eis retraderetur, alioquin portam violenta manu infringere vellent. Quibus reſpondebatur, quod ſtatim per aliam portam tranſmitti deberet, ſcilicet per portam Conventus, & non per Abbatiæ portam, quod & ſtatim factum eſt. Sed interim idem Nuncius monaſterio maximas turbationes verbis & factis fecit. Nam in eccleſia extracto cultello ſuo unum de Conventualibus percuſſiſſet, niſi a circumſtantibus prohibitus fuiſſet. Semper tamen extranei ſatellites clamabant cum impetu; *habere volumus per iſtam portam Abbatiæ nuncium Domini noſtri, & ſcire volumus literarum tenorem.*

Sic

Sin; alias portam infringemus. Itaque ad tumultum cavendum extraneorum prædictus Nuncius per aliam portam emittitur, & ad eos venit. Quem & coegerunt ut rediret, & reintraret monasterium, & sic ad eos rediret per portam, per quam ingressus fuerat, scilicet Abbatiæ, ut sic illius occasione Abbatiam in suo exitu inttarent. Sed cum non intromitteretur, tunc statim Gysbertus Scultetus prædictus campanam pulsare jussit quasi ad horam. Ob quam causam Communitas de villa congregata in armis est ante portam monasterii, & accipientes currum monasterii, & currentes cum eodem cum impetu ad januam Abbatis confregerunt eam, processeruntque ulterius ac januam ante aulam fregerunt, & Dominum Abbatem cum sua familia fugaverunt super unam Cameram, in quam sagittas immiserunt, ut eundem Abbatem interficerent, & dicebant quod monasterium vellent incendere, & rapuerunt, atque destruxerunt omnia, quæ invenire potuerunt. Porro ministri Abbatis armati steterunt super Cameram Abbatis, & super solarium aulæ cum sagittis circa Dominum Abbatem, ut eum ab imminente periculo defenderent, qui cum inimicos suos sagittis vellent percutere, a Domino Abbate prohibiti sunt. Tandem extranei hospites videntes quod nihil proficerent recesserunt a monasterio. Quibus sic gestis Dominus Abbas & suus Conventus querimonias de prædictis molestiis Vicecomiti fecerunt & Consulibus, qui istam causam tractantes rebelles illos ad pœnitentiam coegerunt & satisfactionem. Nam novam portam loco novæ portæ destructæ fabricantes die festivo cum cereis accensis chorum ecclesiæ monasterii, ubi Dominus Abbas cum suis religiosis ad divinum officium peragendum venerat, veniam flexis genibus petentes intraverunt, peragentesque ulterius pœnitentiam ipsis injunctam reconciliati sunt.

CAPUT LXXX.

De quibusdam gestis Egmundensium, & obitu Johannis de Egmunda, ac Wilhelmi de Mathenes Abbatis trigesimi.

Anno igitur Domini CIↃ. CCCC. L. Philippus Dux concessit, ut Trevirensis Abbas Beati Maximini in Hæmunda faceret visitationem, & disciplinam secundum regulam S. Benedicti reformaret. Porro anno Domini CIↃ. CCCC. LI. quarta die Januarii obiit Johannes de Egmunda & Yselsteyn, & sepelitur in castello castri sui super mansum sive super Hovam, ubi constituerat sex Canonicos, & Wilhelmus filius ejus factus est Dominus de Egmunda: nam Arnoldus filius ejus

senior,

senior, ut supra dictum est, factus fuerat Dux Gelriæ. Hic itaque Wilhelmus de Egmunda filius Johannis prædicti natus fuerat anno Domini CIↃ. CCCC. duodecimo altera Conversionis S. Pauli, & factus mortuo patre suo Dominus de Egmunda & terrarum Machliniæ, qui & post mortem patrui sui obtinuit Dominium de Yselsteyn. Hic fuit vir multum prudens & dives, qui & accepit & duxit in uxorem Walburgam virginem filiam Frederici Comitis de Morsa, ex qua genuit tres filios & quatuor filias, primogenitum ipsius scilicet Johannem Dominum de Egmunda, cui eo adhuc vivente dederat Dominium de Egmunda, & hic Johannes anno ætatis suæ vigesimo quarto factus est miles Iherosolymis anno Domini CIↃ. CCCC. sexagesimo tertio. Secundogenitus ejus dictus est Fredericus, & huic cedit Dominium de Yselsteyn, qui fit miles in bello ante Nussiam in exercitu magnipotentis Ducis Burgundiæ Comitis Hollandiæ. Et hic habuit in uxorem primo Adelheidim filiam Gerardi Domicelli de Culenburch ex qua genuit Florentium sibi succedentem Dominum de Yselsteyn, Tertius filius fuit Wilhelmus Domicellus de Egmunda, qui accepit in uxorem Margaretam Dominam de Heesswyck. Prima filia fuit Anna, quam accepit in uxorem Bernhardus Comes de Benthem, ex qua genuit Erwinum Comitem de Benthem sibi succedentem, qui Erwinus natus fuit anno Domini CIC. CCCC. LXI. ipso die S. Michaelis. Secunda filia fuit Elisabeth uxor Domini Gysberti de Bronchorst. Tertia filia Walburga nomine fuit sanctimonialis inclusa in Rencken in Velua. Quartam autem filiam Margaretam nomine duxit in uxorem Johannes Domicellus de Petersen. Hic etiam Wilhelmus Dominus de Egmunda in anno Domini CIↃ. CCCC. quinquagesimo primo accepit infeodationem suam seu investituram bonorum suorum feodalium a Dn. Wilhelmo de Mathenes secundum formam & tenorem dictaminis & arbitrii illustris Principis Domini ducis Philippi Burgundiæ in die conversionis S. Pauli. Eodem anno iste Wilhelmus impetravit a Domino Papa Martino Quinto Bullam, [e] qua monasterium reformaretur, ut Wilhelmum de Mathenes Abbatem Hæcmundensem cum quibusdam aliis monachis expelleret & profugaret a monasterio. Insuper quidam Cardinalis Cusa nomine, qui ad Hollandiam visitandam venerat, etiam ad hoc plurimum laborabat. Cum ergo res prædicta fortiter ageretur per eundem Dominum de Egmunda, & fama magna esset, quod Dominus Jacobus de Poelgeest Abbas S. Pauli in Trajecto efficeretur Abbas Hæcmundensis ad reformandum jam dictum monasterium, idem Dn. Wilhelmus Abbas Hæcmundensis oportunum impetravit Ducis Philippi auxilium, ne a sua Abbatia expelleretur. Qui Dux scripsit ad Wilhelmum

e in qua Boekenb.

Dominum de Egmunda, ut desisteret ab operibus suis, & sic res sopita mansit. Anno etiam Domini CIↃ. CCCC. quinquagesimo primo feria secunda post festum assumptionis Beatæ Mariæ virginis gravis discordia, quæ diu viguerat, scilicet de ecclesia parochiali Egmundensi, quam idem Abbas incorporaverat, ac de eccl sia super mare, ac aliis de causis inter istum Dominum Wilhelmum de Mathenes Abbatem Hæcmundensem & Wilhelmum Dominum de Egmunda sopitur atque finitur per arbitrium Gisberti de Vianen Domini de Nordelos militis, Ottonis de Merensteyn, Gerardi Utenhage, & Gysberti de Huell, qui inter cetera arbitrarunt, quod locus, qui dicitur *Kryt*, jacens infra cimiterium & vicinos in Egmunda maneret & esset feodum Domini de Egmunda, salvo tamen quod Dominus Egmundensis in præfato loco non ædificabit domos, neque faciet fossata, nec plantabit in eo arbores, sed permittet eum planum & vacuum permanere. Ulterius promulgarunt, quod via illa, quæ dicitur *Zuydlaen*, in australi parte monasterii non clauderetur per Dominum Abbatem, sed quod aperta & patens maneret omnibus per eam transire volentibus cum curribus & equitibus Porro anno Domini CIↃ. CCCC. LVIII. decimo quarto Calendarum Junii obiit hic Wilhelmus de Mathenes Abbas Hæcmundensis trigesimus, & sepelitur in Capella B. Mariæ virginis. Hic autem Abbas Abbatiam multis debitis aggravatam invenit, & tamen coquinam Abbatiæ construxit et iam & dormitionis Cameram in prædicta Abbatia superædificavit, tabulam auream impignoratam redemit, & statum Abbatiæ & monasterii in multis melioravit, cujus hoc est epitaphium:

Mille quadringentis quinquaginta simul annis
Octoque carnati lapsis a tempore Divi
Abbas Wilhelmus de Mathenes vocitatus
Decessit decimo Junii quartoque Calendas.
Annis tricenis longeque magis fuit Abbas.
Solvit scuta Ducis Wilhelmi milia sex bis,
Res quoque dispersas collegit nactus ademptas,
Atque novas Abspoel ædes construxit & Hargom,
Muro subrexit, reparans Cameras, Agatalem
Argenti rutilo redimivit lumine capsam,
Missas instituit, caraisque cruces, crucis hymnum,
Hunc in sublimum Deus evehat atria passum.

Aliud epitaphium Wilhelmi Simonis de Mathenes venerabilis Abbatis tricesimi compositum a Magistro Egberto Rhetore magno:

Mille quadringentis quinquaginta simul annis

Octoque

Octoque carnati lapsis a tempore Divi
Decessit decimo Junii quartoque Calendas
Wilhelmus Dominus de Mathenes vocitatus,
Hæcmundense monasterium qui rexerat Abbas
Annis tricenis uno quoque mensibus & bis
Binis ac uno septem quoque luce dierum.
Cum tribuente Deo lectus primum foret Abbas,
Multa monasterii rerum quoque damna suarum
Comperit, & numerum distractum clenodiorum,
Invenitque Ducis Wilhelmi millia bis sex
Deberi scuta, sed debita cuncta redemit,
Ac omissa bona juri cito subdidit ejus,
Proque monasterio tutando jure fideli
f Primus erat sistens animo, mala nulla tremiscens, *f Firmus*
Reddituum numeros reparavit, quæ sibi jure
Debentur destructa prius vel pro vade rerum
Usquam deposita studuit nanciscier ipse,
Abbatisque bona solemniter amplificavit.
In Abspoel noviter ædes construxit & Hargom,
Inque locis aliis multo numismate partis
Muros erexit, Cameras lapsas reparavit,
Argenti crucibus Sacristiam redimivit
Factus & argento ceu mons est pes crucis, imo
Altaris summam summi tabulam redimivit.
Instituitque bonis carnali patre receptis
Ebdomada quaque quod pangi missa Mariæ
Debeat, & totum psalletur missa per ævum.
Abbatis Cameram probus hic Abbas paterarum
Ornavit numeris, argento Mulciber illas
Conflarat, fulvo poliit quoque desuper auro,
Cogens clenodia, lectos, ac apta gregavit
Tegmina, quo quicunque viri sua tecta subintrant
Illis velari valeant Abbatis honori,
Aut magè divinum simul officium numerosum
Illis mandavit, quos insignivit honestas,
Fratres corripuit illos quoque rite cohercens
Sanctorum f Sanctum per iter bene vadere Patrum. *f docuit Fris.*

CA-

CAPUT LXXXI.

De Jacobo de Poelgeest Abbate trigesimo primo.

Mortuo Domino Wilhelmo de Mathenes Abbate Jacobus de Poelgeest Abbas S. Pauli in Trajecto per g præsentiam Philippi Ducis & quorundam monachorum electionem factus est trigesimus primus Abbas Hæcmundensis. Hic prius fuit Canonicus Regularis & Prior in Arena Comitis, antequam Ordinem S. Benedicti intravit. Hic etiam cum Egmundensibus pacem habuit, & in Abbaria recreationis causa æstivalem domum ædificavit. Item Gerardus de Poelgeest miles Castellanus Schoonhovienſis frater ejus carnalis fuit. Anno Domini CIↃ. CCCC. LIX. Imperatrix Romanorum genuit Friderico Imperatori marito suo pulcherrimum masculum, quem Magister Antonius Hameron Ambasiator Philippi Ducis existens tunc ibi nomine ejusdem Ducis Philippi a baptisterio cum magna solemnitate levavit. Qui puer Maximilianus est vocatus, & postea duxit in uxorem Mariam unicam filiam Caroli Ducis filii Philippi jam dicti Ducis. Anno Domini CIↃ. CCCC. LVIII. in die beati Antonii Cistercienses in Heemstede prope Haerlem susceperunt monasterium eorum per fundationem Magistri Hugonis de Assendelft, & Magistri Johannis Nicolai. Anno Domini CIↃ. CCCC. LXIV. Dominus Apostolicus Pius hujus nominis secundus decrevit in propria persona cum fratribus Cardinalibus cum innumerabili exercitu expugnare Turchos paganos religionem Christianam quotidie absque ulla remissione infestantes. Qui Dominus Apostolicus cum esset in via ad proficiscendum contra Turchos præfatos obiit in quadam civitate Antonia appellata. Quopropter universi Principes ad terras proprias revertentes expeditio illa est ad nihilum redacta. Eodem etiam anno obiit hic Jacobus de Poelgeest Abbas Hæcmundensis quarta die mensis Augusti, & sepultus est in Capella B. Mariæ virginis, cujus est hoc epitaphium:

g potentiam Fris.

's Gravesande.

Militis hic gnatus isto busto tumulatus
Cui Jacobus nomen de Poelgeest nobile semen
Cum Domina Jacoba Duciſſa stans tulit arma
Claustrum post petiit, devotus Canonicus fit,
Cumque Prioratus bene rexit culmina gratus
Legatus Papæ Benedictum compulit esse,
Vi facit Abbatem Benedictorum quoque Patrem;
Urbis Trajecti sancti Pauli quoque claustri,

Illinc

Illinc transfertur Papaque jubente paratur
In Hæcmunda Abbas sex annis fert ibi curas.
In capite Augusti persolvit debita morti.
Istorum capite metrorum tempora quære.

CAPUT LXXXII.

De Gerardo de Poelgeest Abbate tricesimo secundo.

Defuncto igitur Domino Jacobo de Poelgeest eligitur trigesimus secundus Abbas Hæcmundensis Gerardus de Poelgeest, Hic non fuit de recta linea de Poelgeest, sed pater ejus habuit originem de quodam juniore filio de Poelgeest. Fuerat etiam temporibus prædecessoris sui Capellanus sui prædecessoris. Is igitur processit statim post confirmationem suam cum certis literis executorialibus contra Dominum Egmundensem & contra Capitulum castri supra mansum suum, id est, *op die Hoeff.* Sed tandem facta est compositio taliter videlicet, quod Decanus & Capitulum renuntiaverunt liti & causæ, quas habebant adversus ecclesiam parochialem villæ Egmundensis, & sic Dn. Johannes Otzeri Pastor perdidit jus suum ad ecclesiam parochialem, quia Capitulum non potuit illum defendere, ut patet in literis & instrumentis inde confectis, & ut patet etiam in libro feudorum ipsius Gerardi Abbatis. Et sic Dominus Abbas incorporavit monasterio ecclesiam parochialem Egmundensem. Et Dn. Arnoldus de Dorpe monachus Hæcmundensis factus est Pastor Egmundensis, & Dominus Johannes Otzeri præsentatus fuit ad ecclesiam super mare, ut patet in eodem libro feudorum. Insuper hic Gerardus de Poelgeest Abbas prædicto monasterio suo incorporavit ecclesias Alcmarienſem, Heyligelo, Noortwyck, & Voerhout cum bulla Apostolica, quæ adhuc habetur in Abbatia Egmundensi, quam ipse procuravit. Anno Domini CIↃ. CCCC. LXV. in profesto Juliani martyris in nocte, nona die Januarii, Arnoldus Dux Gelriæ frater Wilhelmi de Egmunda captivatur ab Adolpho filio suo proprio, uxore etiam operam dante, atque deducitur & detinetur in castro opidi de Bueren usque ad annum Domini CIↃ. CCCC. septuagesimum primum, & septimum diem Martii alias Januarii, & tunc fuit inde liberatus. Qui Adolphus deinde sibi subjiciens Gelriam suo imperio ubique persequitur patruum suum Wilhelmum de Egmunda & filios ejus. Anno deinde Domini CIↃ. CCCC. LXXII. obiit Philippus Dux Burgundiæ decimo septimo Calendarum Junii in festivitate SS. Martyrum Viti & Modesti, & Carolus filius ejus successit ei in omnibus regnis & dominiis suis & Princi-

patibus. Itemcaptio Arnoldi Ducis Gelriæ ab Adolpho filio proprio continetur in his versibus:

Anno milleno C. quater L. X. V. quoque junge
Post mediam noctem proles captat sua patrem
Geldrensis natus Dux, Egmunda generatus
Ex linea patris, Clivis prosapia matris.

Item:

Geldriæ Dux capitur, gnato mater auxiliatur,
Heu Gravæ cecidit, intense friguit.

Item: *Peccavit in conspectu Altissimi.* In quibus versibus continetur numerus annorum. Wilhelmus igitur de Egmunda patruus Adolphi conquestus est Carolo Duci Burgundiæ, & Carolus Dux Burgundiæ citari fecit Ducem Adolphum dando ei libertatem & salvum conductum ad se veniendi & redeundi fraude & dolo seclusis, & Adolphus venit in oppido de Heddinc partium Hannoniæ, & ibi Adolphus receptus fuit a Carolo Duce Burgundiæ, & Pater liber adjudicatus & dimissus per Ambasiatores ejusdem Ducis Caroli, scilicet Philippum de Wassenaer & Dominum de Parwys, & Dux Adolphus Ducatu privatus est. Tandem procurante Wilhelmo de Egmunda Carolus liberavit eundem Arnoldum a captivitate filii sui detentum in castro de Bueren. Qui etiam Arnoldus cum aliquibus diebus supervixisset, & in anno Domini CIↃ. CCCC. LXXIII. obiisset in profesto Matthiæ Apostoli idem Carolus Dux Burgundiæ in manu potenti subjugavit sibi Dncatum Gelrensem & Comitatum Zutphaniensem ducens secum captivos Carolum & Philippum proles ejusdem Adolphi captivati. Carolus igitur Dux Burgundiæ fit Dux Gelriæ & Comes Zutphaniæ tempore captivitatis Adolphi, præfuitque in eisdem annis semiquatuor. Anno itaque Domini CIↃ. CCCC. LXXVII. postridie Epiphaniorum Domini Carolus Dux Burgundiæ a Lotharingorum Duce Renato apud Nancejum occiditur, & sepelitur in ecclesia Divi Georgii. Cui successit unica filia sua Maria ex familia Burboniorum Ducum per matrem, genita Austriæ Ducissa &c. Anno Domini CIↃ. CCCC. septuagesimo sexto infra octavas nativitatis B. Mariæ virginis obiit Gerardus de Poelgeest Leydis Abbas Hæcmundensis tricesimus secundus. Corpus vero deducitur Egmundam & sepelitur in monasterio suo Hæcmundensi. Hic Gerardus procuravit monasterio suo Hæcmundensi bullam de Indulgentiis plenariis a primis vesperis Cœnæ Domini usque ad secundas vesperas octavæ ejusdem, quæ Bulla habetur in monasterio. Is etiam fabricari fecit doxale in choro satis sumptuosum cum imaginibus omnium Comitum Hollandiæ.

* *in oppido Hoding* Fris. Hesdinum apud Pontanum est *hist. Gelr. lib. 9.*

Etiam

Etiam emit terram seu paludes, id est, de Venen in terra dicta k Besoyen in Brabantia, cujus hoc est epitaphium:

Respice Gerardum Poelgeest de stirpe creatum,
Quamvis clarus avis stirpingitur hoc tumulo.
Dante Deo fuit Hæcmundæ Abbas ter quater annis,
Occidit ante dies vixerat author opum.
Thesauros aperit Sixtus, dat cuncta per octo
Crimina dimitti. Hic labor est Abatum.
Quatuor ecclesias petis harum fisque Patronus,
Solus doxale hoc construis ære tuo.
Mercaris terram in Besoyen cespite ditem
Ex Berckel decima crescat adaucta facis.
Certas judiciis, vincis, proh profuit hoc nil,
m *Succumbens fato molliter, oro, cubes.*

k *Ursoyen* Fris.

l *ut auctæ satis* Fris.

m *Succumbis fato, molliter ossa cubent.* Fris.

CAPUT LXXXIII.

De Domino Nicolao de Adrichem Abbate tricesimo tertio & Johanne Bastardo Burgundiæ volente obtinere Abbatiam Hæcmundensem.

Mortuo Abbate Gerardo de Poelgeest Abbate trigesimo secundo cum invocatione S. Spiritus eligitur unanimi electione Dn. Nicolaus de Adrichem & fit Abbas Hæcmundensis tricesimus tertius. n Hujus itaque tempore Johannes Bastardus filius Philippi Ducis Burgundiæ quondam habuit gratias expectativas & specialiter acceptandi beneficia & Abbatias in Commendis. Ut ergo audivit ecclesiam sive monasterium Hæcmundense Pastore privatum, venit ad Hollandiam, ut Abbatiam Hæcmundensem in Commendis acquireret: quam & in Commendis acquisivit bullis Apostolicis desuper & confectis & acquisitis. Quas Apostolicus tamen postea annullavit & revocavit. Nam Johannes hic Bastardus miserat ad Curiam Romanam celerrime Nuncios suos cum literis canentibus ipsum fuisse unanimiter electum in regimine Abbatiæ præfatæ, quod tamen falsum fuit. Non enim quærebat Abbatiæ profectum sed dissipationem magis & potius quam reformationem, quia volebat non regere, sed tantum acquirere redditus monasterii. Sed defuncto Domino Gerardo de Poelgeest eligitur in Abbatem monasterii Hæcmundensis Dominus Nicolaus de Adrichem ut supra. Hic igitur electus electione in se rite peracta statim vocavit de Trajecto Ludolphum de Hoern Canonicum S. Salvatoris Doctorem eximium,

n His auctior hic Codex Frisicus: *Iste Nicolaus reliquit in debitis septem millia florenorum & ista novem millia insuper consumpserat, sed habuit litem cum Johanne de Burgundia, & Maximilianus tunc Dux Austriæ erat invitatus duabus noctibus Egmundæ. Hujus igitur tempore &c.*

um, & fecit ab eo componi suæ electionis decretum. Quibus gestis statim misit decretum illud versus Curiam Romanam cum Magistro Cornelio de Edam. Quo etiam pergente statim missus est post eum Magister Nicolaus de Lyra cum pecuniis ad satisfaciendum singulis, sicut juris est. Ad hunc igitur expellendum Johannes Bastardus Ducis Burgundiæ statim acquisivit in suum adjutorium Ludovicum de Herthusen Vicecomitem, & Johannem Juniorem sive modernum Dominum de Egmunda, quorum auxilio fretus venit Egmundam, & intravit Hæcmundense monasterium, monachis tamen resistentibus possessionem obtinere non potuit Abbatiæ prædictæ. Quapropter recedens commisit totum negotium Johanni Juniori Domino Egmundensi.

CAPUT LXXXIV.

De obsidione monasterii Hæcmundensis per Johannem Dominum de Egmunda.

Hic igitur Johannes Dominus de Egmunda congregavit exercitum & expeditionem populosam ex villis suis circumjacentibus, & obsedit monasterium Hæcmundense cum Johanne de Merensteyn, ne intranei egrederentur, & extranei ad libitum intrarent, volens monachos compellere per famem ad susceptionem Johannis Bastardi Burgundiæ. Villani tamen satis involuntarii erant ad perficiendam præfatam obsidionem, timentes incurrere offensam Omnipotentis Dei & S. Adalberti, & sanctæ matris ecclesiæ, sed absentare non potuerunt, quia compellebantur per sæpedictum Dominum Johannem de Egmunda venire ad obsidionem sub pœna privationis vitæ & bonorum temporalium. Porro Theodoricus o de Riedwyck gubernans hanc obsidionem post paucos dies tangitur infirmitate, quare & in domum suam perducitur, & ab illa ægritudine minime convalescens obiit. Igitur Dominus Electus Nicolaus de Adrichem Hæcmundensis Abbas assumens secum Dominum Gysbertum de Boetselaer monachum & Florentium de Roode cognominatum filium materteræ suæ assumpsit secum omnia clenodia Abbatiæ, privilegia, & literas monasterii, & occulte se transtulit cum eisdem ad Orientalem Frisiam, ne prædicta venirent ad manus inimicorum & adversariorum suorum. Cum ergo fama de absentia prædictorum pervolasset ad aures cunctorum dissoluta est obsidio. Nihilominus Johannes Bastardus ubique tendens Domino electo insidias terrore Caroli Ducis Burgundiæ ac Comitis Hollandiæ fratris sui, & auxilio prædictorum Dominorum nitebatur ubique confiscare bona monasterii

o de Ryck Fris.

sterii & redditus. Quare & monachi sustinuerunt magnam tribulationem, Dominus namque electus pergens cum personis & rebus jam dictis per oppidum Sloten venit ad oppidum Sneeck, ubi abhinc in monasterio quodam monialium ad tempus latuit donec confirmatio a Sede Apostolica veniret. Quibus bene dispositis socii ad Hollandiam redierunt. Dominus vero electus perrexit cum parva navicula in habitu cujusdam mercatoris ad oppidum Campen per mare. Deinde per Veluam venit ad oppidum Naerden in Goylandia & tandem ad Beverwijck, ubi etiam ad tempus latuit apud patrem suum Simonem de Adrichem, qui ibidem morabatur. Tandem cum ibidem diutius non posset pacifice consistere, eo quod timuit captivari ab inimicis, nocturno tempore recessit, & transtulit se Haerlem ad monasterium Carmelitarum, ubi & ab eisdem fratribus honorifice est susceptus, & quinque circiter ebdomadas latuit.

CAPUT LXXXV.

De reditu ejusdem Domini electi ad monasterium suum Hæcmundense.

Deinde cum venissent boni rumores de Curia Romana decrevit Dn. Electus redire ad monasterium Hæcmundense, propinavitque fratribus pro gratiarum actione jam dicti monasterii solemne convivium & perpetuam suam amicitiam. Fueratque cum eodem in eodem monasterio occultatus Florentius de Rode, nepos ejusdem Domini Nicolai electi, quia Adrianus Drabbe captivandorum Procurator totius Hollandiæ instigatus a Johanne Bastardo Burgundiæ & Cabellavensibus factionibus, sicut idem Adrianus postea retulit, quærebat eundem Florentium ubique locorum captivare, & eundem decollare, nisi Dominus Electus antedictus cederet suæ electioni. Postremo Dominus electus cum nepote suo Florentio recessit de Haerlem a monasterio jam dicto in profesto Circumcisionis Domini, & venerunt pariter nocturno tempore denuo ad Simonem de Adrichem prope Beverwyck patrem videlicet ejusdem Domini Electi, ubi & manserunt paucis diebus, & ecce paucis diebus postea evolutis per totam Hollandiam volaverunt verissimi rumores de occisione Caroli Ducis Burgundiæ. Nam idem Dux Carolus apud oppidum Nanceum bellum cum suis inimicis habens occisus occubuit circa festum Epiphaniæ Domini anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVII. Post cujus necem Dn. Nicolaus Electus de die in diem magis prosperabatur, & æmuli ejus multis aliis periculis propter mortem ejusdem Ducis involuti neglexerunt eum atque dimi-

dimiserunt in pace. Adveniens autem quadragesimale tempus perrexit ad diœcesin Colonienſem in opidum Berck volens vitare epiſcopum Trajectenſem David, ſuum adverſarium, & ſuſcepit ibidem ſacri presbyterii ordinem a Domino epiſcopo Apoſtolico indulto, qui in eodem opido ſacros ordines tunc conferebat. Tandem Dn. Electus intravit monaſteriem ſuum Hæcmundenſe, & recipitur a fratribus cum omni gaudio & miniſterialibus ejuſdem monaſterii, cujuſmodi fuerunt Dn. Theodoricus de Weſalia, Iordanus de Driel, Dn. Theodoricus de Brakel, Dn. Petrus de Slingelant, & Dn. Iohannes de Boloys nepos ejus. Hi enim præ cæteris cordiali dilectione eum dilexerunt. Tandem poſt confirmationem ſuam non obſtantibus injuſtis vexationibus ſub juſtitia coloratis ſibi factis, dolo & fraude contra eum conceptis & inceptis, Chriſto Ieſu jubente, cujus poteſtati nemo reſiſtit, Dn. Nicolaus de Adrichem factus eſt Regalis Abbas triceſimus tertius monaſterii Hæcmundenſis anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVII. qui numerus in metris numeralibus infraſcriptis invenitur:

Legibus injuſtis quateris D. Adrichem Nicolae,
Regius es Abbas Rege Chriſto, non tibi quavis
Obfuit fraus texta, Domini quis facta retardet.

CAPUT LXXXVI.

De adventu Maximiliani Ducis Auſtriæ ad Hollandiam.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LXXVII. Maximilianus de Auſtria filius Friderici Imperatoris Romanorum venit in æſtate ejuſdem anni ad Flandriam, & in matrimonium duxit Mariam unicam filiam Caroli Ducis. Quare & efficitur Dominus omnium Ducatuum, Comitatuum, & Principatuum ejuſdem Ducis Caroli. Anno autem ſequenti ſcilicet CIↃ. CCC. ſeptuageſimo octavo poſt feſtum Paſchæ idem Maximilianus Dux venit in Hollandiam cum magno Comitatu Principum, miniſterialium ſuorum, & homagiatur in oppidis & locis Hollandiæ ſecundum antiquam conſuetudinem. Cum ergo veniſſet ad oppidum Harlemenſe occurrit ei ibidem Reverendus Dn. Nicolaus de Adrichem Abbas Hæcmundenſis cum omni reverentia qua decuit, & propinavit eidem bovem valentem triginta florenos, & idem Dux invitavit eundem ad prandium pro ſua reverentia, lætatique ſunt in conviviis & gaudio magno repleti, & amicitiam magnam contraxerunt ad invicem. Nam idem Dux ſuſcepit eundem Domi-

Dominum Abbatem & suum monasterium sub protectione sua, & promisit eos defendere ubique locorum contra suos adversarios. Tunc iterum idem Dominus Abbas propinavit prælibato Duci pro majoris amicitiæ cumulo aliquot cyphos argenteos deauratos, in quibus valde propter extraneum modum constructionis prænominatus Dux jocundabatur. Quibus cum gaudio maximo completis Maximilianus Dux Domino Abbati immensas gratias referens rediit cum curribus & equitibus ad Hagam Comitis, ubi cum resideret disponebat omnia ad bonum statum prout potuit, & sic tandem cum familia sua rediit ad Brabantiam. Eodem anno vicesima die mensis Aprilis Fredericus Dominus de Yselsteyn & Wilhelmus Domicellus de Egmunda fratres, & Nicolaus Bastardus frater eorundem missi sunt a Wilhelmo Domino de Egmunda patre eorum ab oppido Aernhem ad Novimagum, qui statim post ingressum eorum a Novimagensibus captivantur, & in firma custodia ponuntur in castro ejusdem opidi, ubi & permanserunt per tres annos.

CAPUT LXXXVII.

De authoritate Abbati Hæcmundensi per Sedem Apostolicam commissa super episcopum Trajectensem & civitatem Trajectensem.

Post hæc David episcopus Trajectensis incipit post necem Caroli Ducis fratris sui statim discordare cum civitate sua Trajectensi & cum nonnullis nobilibus suæ diœcesis. Petierunt enim Trajectenses & ceteri nobiles a David episcopo aliquas petitiones, quas ipse nolebat eis donare, & inter eas fuit una, ut removeret a Consilio suo Magistrum Ludolphum de Campen, & Magistrum Theodoricum Uyterweert suum Vicarium, & plures alios extraneos Flamingos, quorum ingressum non valebant sustinere in civitatem Trajectensem. Oritur ergo magna lis inter eos & contentio, quia David Antistes non veniens Trajectum pergebat deinceps cum suis consiliariis in oppido Wyck Doreſtado, quærebatque omnes occasiones contra civitatem suam Trajectensem, & protulit super eam excommunicationem. Tunc Trajectenses ad Curiam Romanam confestim appellantes placitationem inierunt contra suæ civitatis episcopum David. Dominus vero Apostolicus hanc causam cernens satis intricatam fore, neque per se rite poterant examinari omnia jura ex utraque parte allegata, nisi per vicinos Prælatos. Commisit igitur causam examinandam, utri par-

tium veritas & juſtitia ſuffragaretur, atque determinandam tribus Prælatis vicinis, & cuilibet in ſolidum, videlicet Domino epiſcopo Cæſarienſi, Dn. Henrico epiſcopo Monaſterienſi, & Dn. Nicolao Abbati Egmundenſi. Sed quia epiſcopus Cæſarienſis in civitate Trajectenſi habitabat, ideo non voluit onus prædictum principaliter acceptare, ne judicaretur judex favorabilis pro parte Trajectenſium. Etiam Pontifex Monaſterienſis, quia occupabatur illis diebus in bellis & guerris Gelrenſium, nec ipſe poterat expedire prædictam cauſam. Anno ergo Domini CIↃ. CCCC. ſeptuageſimo nono circa feſtum Beatæ Catharinæ virginis Dn. Nicolaus Abbas Hæcmundenſis acceptis ſecum quibuſdam conſiliariis Trajectum profectus eſt, & examinatis & auditis utriuſque partis juribus ad unionem & pacem prædictam controverſiam, quantum potuit, reducere conatus eſt, atque cauſam, quæ ad Curiam Romanam ventilata erat, ut ſententia hujuſmodi per Dominum Apoſtolicum promulgaretur. Abſolvit idem Abbas ad cautelam ab excommunicatione Trajectenſes authoritate Apoſtolica. Quibus geſtis rediit ad ſuum monaſterium.

CAPUT LXXXVIII.

De ſubſidio, quod idem Abbas Vicecomiti contulit pro ſuppreſſione partialitatum in Hoern.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LXXX. Jodocus de Laleyng natus Dominus de Montigni Vicecomes Hollandiæ partialitatem ſeu factiones per Hollandiam ſupprimere volens introducit quam plurimos exules in diverſis Hollandiæ oppidis, unde etiam ſe diſpoſuit accedere verſus oppidum Hoern circa feſtum Divi Bartholomei Apoſtoli ejuſdem anni, ut etiam illuc exules præſcriptos introduceret in opidum Hoeren. Quod ut quietius peragere poſſet aſcivit ſibi in auxilium & conſilium Dn. Nicolaum antedictum Abbatem Hæcmundenſem, qui in his omnibus dicto Vicecomiti opem ferre quam accuratiſſime ſatagebat. Atque tali mutuo freti conſilio Dominus Abbas ſcilicet & Hollandiæ Vicecomes illa partialitatis ſeu factionis cenſura in Hoern unitatis vinculo reſtituta exules ibidem introduxerunt. Quibus rite peractis Dominus Abbas ad ſuum revertitur monaſterium.

CAPUT LXXXIX.

De morte Nicolai de Adrichem Abbatis triceſimi tertii, & electione Domini Jordani de Driel.

Anno Domini CIↃ. CCCC. LXXXI. Dominus de Veris in Zelandia celebravit nuptias, & ob familiaritatem quam habuit cum Domino Nicolao de Adrichem Abbate Hæcmundenſi advocavit eundem ad ſuas nuptias feſtivandas & decorandas, & cum diebus aliquot ibidem moram traxiſſet, Abbas præfatus cum cæteris nobilibus vino æſtuantes ſalinaria ſeu ciphos plenos ſale & vino, ut dicitur, mixtos ſibi mutuo biberunt, & Dn. Nicolaus Abbas poſt potum ſurgens ſecretum locum ad corpus evacuandum petiit, & poſt paucas horas in eodem loco ſecreto ſedens mortuus inventus eſt. Præfuit annis tantum quinque. Quo mortuo corpus ejus ciſtæ plumbeæ imponitur, & ad monaſterium Hæcmundenſe deducitur, ſepeliturque in parte auſtrali eccleſiæ Hæcmundenſis in oppoſito altaris S. Benedicti ante Sacriſtiam, cujus epitaphium ſequitur:

Floridus ætate aſſumptus d' Adrichem Nicolaus
Hujus cœnobii ad munera ſumma Pater.
Quæ caſum minitant paſſim foris, intus, ubique,
Ingenue reparas atria, tecta, domus,
Magnanimumque Ducem Procerum turbamque receptas,
Qui induperatoris regia progenies.
Es pius in miſeros, in amicos largus, & hoſtes
Impiger, & penſans demerita officio.
Ad ſacrum genii te infauſto ſidere transfers
In veris parte heu fata ſubire jubent.
Qui patronus eras mœſtus, precor Altitonantem
Det tibi cum Divis regna ſuperna poli.

Vita igitur functo ac ſepulto præfato Domino de Adrichem Abbate Hæcmundenſi triceſimo tertio Conventus more ſolito invocatione S. Spiritus proceſſit ad electionem novi Abbatis, & vota fratrum in duas partes fuerunt diviſa. Seniores elegerunt Dominum Jordanum de Driel, Juniores vero elegerunt Dominum Iohannem de Does, & habebant æquales voces, ſed quia unus ex fratribus Gysbertus Boetzelaer nomine erat abſens, qui electioni minime interfuit, quia conſuetudo exſtitit in monaſterio Hæcmundenſi, quod Abbate defuncto & humato præſentes ad electionem procedere conſueverunt abſentibus minime expectatis aut vocatis, quos

tamen post eorum reditum interrogare & requirere solebant. Cum igitur præfatus Gysbertus Boetzelaer regressus fuisset ipsius consensum super electione facta interrogarunt, quia ex ipsius responso sive voto utriusque electi tota pendebat validitas. Tandemque post multas difficultates & tractatus etiam coram consilio Hollandiæ habitos hoc medium inveneruntquod Dominus Johannes *van der Does* unus Coelectus suo jure cederet, ac Pastor ecclesiæ Egmundensis fieret, ac perpetuus Capellanus Abbatis permaneret, quod ea tempestate valde magnum & honorificum officium exstitit, quia Capellanus talis semper & perpetuus Commensalis Domini Abbatis erat, & propriam Cameram in Abbatia, quæ nunc est Camera Abbatis moderni, habuit. Gisbertus vero præfatus ut in Jordanum consentiret officium Custodis adeptus est, quod officium magnum erat, propriam Cameram habuit, & speciales redditus ad suum officium spectantes obtinuit, & sic mediante Simone Jordanus de Driel præfatus Abbas Hæcmundensis tricesimus quartus effectus est, qui Iordanus nihil memoria dignum gessit, sed regularis disciplina valde sub ipso defecit, & magnam discordiam cum Senioribus sui Conventus habuit in tantum, ut cum matutinas aut divinum officium visitare vellet, non auderet solus comparere, sed stipatus multorum copiis ecclesiam frequentaret. Ædificavit tamen in Abspoel unam novam Cameram, & nescio siquid aliud fecit.

CAPUT XC.

De Reformatione monasterii Egmundensis.

Anno Domini CIↃ.CCCC. quinquagesimo primo Dn. Wilhelmus de Egmunda impetravit a Martino Papa hujus nominis quinto Bullam, qua ipsum monasterium Hæcmundense reformaret, quod tamen ipse tempore vitæ suæ minime ad effectum deduxit tum propter Abbatum Hæcmundensium potentiam & authoritatem, tum etiam propter partialitates in Hollandia grassantes. Cardinalis etiam de Cusa Legatus de latere, cum Hollandiam visitaret, ad hoc etiam plurimum laborabat, ac per suas patentes literas eidem Domino Wilhelmo de Egmunda commisit, quod tamen propter causas prædictas non perfecit. Filius ergo ejus Johannes primus Comes Egmundensis, & Vicecomes Hollandiæ & Zelandiæ ac Westfrisiæ progenitoris sui voluntatem ad effectum deducere cupiens opportuna jam data occasione eo quod partialitates pro magna parte erant sopitæ, & Jordanus Abbas pro tunc non Hollandinus sed Gelrensis erat, & ideo non tam multos fau-

fautores & consanguineos in Hollandia habebat, sicut prædecessores sui Abbates, qui ex magna Hollandorum procerum prosapia procreati erant, divino (ut pie creditur) spiritu ac propria conscientia stimulatus anno Domini CIↃ. CCCC. XC. anno vero octavo Domini Jordani de Driel Abbatis præfati ad Curiam Romanam quendam Conversum ordinis Prædicatorum Gerardum Ridder nomine sub Innocentio Papa octavo direxit, qui Bullam ab eodem Innocentio impetravit, ut præfatum monasterium Hæcmundense in capite & in membris reformaretur, monachis vero nolentibus reformationem acceptare pensio aliqua pro vitæ sustentaculo assignaretur, deputans duos Præsidentes Capituli Provincialis Colonienſis ad hujusmodi negotii executionem. Qui Præsidentes sive Commissarii videlicet Abbas S. Ludgeri P Werdenensis anno Domini CIↃ. CCCC. XCI. circa festum conversionis S. Pauli cum præfato Domino Iohanne Comite in villagio Egmundensi personaliter cum præfata bulla comparuerunt, sed monachi Hæcmundenses eorum adventum intelligentes & percipientes firmissime januas & introitus Conventus & monasterii obfirmaverunt nullatenus volentes præfatos Præsidentes & Commissarios ad executionem suæ Commissionis admittere. Quod cernens præfatus Comes monachis denuntiari fecit, quod aut januas aperirent, & liberum ingressum concederent, aut certe ipse violenta manu & armata fores effringeret. Monachi vero his verbis auditis amplius resistere non præsumentes ingressum Præsidentibus & Commissariis concesserunt. Quibus cum Domino Comite Egmundensi ingressis statim Domini Commissarii Apostolici totum Conventum convocari fecerunt. Quibus congregatis causam sui adventus & commissionis eisdem insinuaverunt, proponentes & persuadentes de reformatione acceptanda juxta mandatum Apostolica in Bulla contentum, & cum nullus monachorum sanis acquiesceret consiliis, aut reformationem acceptare vellet, dominus Comes Egmundensis ad instantiam & jussionem duorum Abbatum Commissariorum omnes monachos simul in quodam penore parvo infra refectorium & penu magnum per suos familiares includi fecit datis illis vitæ necessariis. Quibus ut præmittitur sic inclusis Domini Commissarii, videntes quod nullus monachorum Hæcmundensium reformationem acceptare vellet juxta tenorem Bullæ alios monachos reformatos loco amotorum monachorum & reformationem acceptare nolentium introducere & instituere deliberabant, miseruntque ad Abbatem S. Pauli in Trajecto & S. Laurentii in Oostbroeck postulantes, ut aliquos monachos reformatos ad Hæcmundam mitterent pro disciplina regulari ibidem instituenda. Abbas igitur S. Pauli Priorem suum

p Werdensis Fris.

cum

cum duobus aliis fratribus, Abbas vero de Oeſtbroeck tres fratres monachos cum duobus fratribus laicis direxit. Venerunt cum eiſdem duo alii fratres monachi ex S. Mathia prope Treverim. Qui omnes ſimul altera Purificationis Mariæ a Trajecto egreſſi ipſo die Agathæ virginis in prandio Hæcmundam intraverunt, antiquis monachis adhuc in præfato penore detentis. Sequenti vero die Domini Commiſſarii Apoſtolici cum præfatis monachis ex Trajecto directis, nec non cum duobus aliis monachis, quorum unus ex Werdena, alius vero ex Lacenſi erat, cum Notariis & teſtibus aliiſque notabilibus viris tam religioſis quam ſecularibus ac Domino Comite præſente locum Capitularem ingreſſi ſunt, factaque exhortatio per Dominum Abbatem S. Martini vivæ vocis oraculo ad omnes ſimul congregatos ſuam intentionem ac Bullæ authoritatem latius declaravit. Quo facto ad ordinationem Officialium Conventus Domini Commiſſarii proceſſerunt. Ordinaveruntque inprimis Petrum Theodoricum Boſman in Præpoſitum, Iacobum de Oudewater Priorem S. Pauli in Priorem, Ieronymum Groningen in Cellarium, nec non Simonem Huyſduynen in Cuſtodem, cæteroſque Officiales. Quibus peractis præfatus Theodoricus Præpoſitus inprimis obedientiam præſtitit Commiſſariis. Deinde omnes Officiales cum prænominatis fratribus ipſi Theodorico Præpoſito obedientiam monialem præſtiterunt, & ſic omnes prænominatos monachos ex aliis monaſteriis tranſmiſſos monaſterio Hæcmundenſi præfati Commiſſarii Apoſtolici incorporaverunt, ac inſtituerunt, authoritate Apoſtolica prædicta ſuffulti, deſuper inſtrumenta publica confici mandantes. Iſtis ſic ut præmittitur completis præfati Commiſſarii cum antiquis monachis tractatum amicabilem habuerunt. Quibus adhuc in ſua pertinacia perſiſtentibus & reformationem acceptare recuſantibus juxta Bullæ Apoſtolicæ tenorem certam pecuniarum quotam, centum videlicet florenorum communium, ſingulatim ſingulis annuatim aſſignaverunt dando eiſdem literas dimiſſorias, ut moris, ut in loco religioſo aut ſtudio univerſali moram trahere poſſent. Tenor vero Bullæ Apoſtolicæ, de quo ſupra fit mentio, ſequitur & eſt talis: *Innocentius epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis filiis Præſidentibus Capituli &c.* Vide ad longum in aliis multis locis. Deinde Domini Commiſſarii Apoſtolici ad ulteriora procedentes Dominum Iordanum Abbatem amicabiliter pet literas clauſas ad ſe vocari fecerunt, permittentes & concedentes eidem tutum & liberum acceſſum & receſſum ad tractandum cum eodem amicabiliter, ſi quo modo ipſum inducere poſſent ad reformationem acceptandam, ſed ipſe Dn. Iordanus tanquam aſpis ſurda aurem ſuam hujuſmodi

modi petitionibus minime inclinavit, nec comparere coram Dominis Commissariis per se aut per procuratorem curavit, imo auxit contemptum, ut in sequentibus latius explicabitur. Videntes igitur Domini Commissarii quod via amicabili nihil proficere possent, processerunt contra præfatum Iordanum via juris, ipsum primo, secundo, & tertio peremptorie citantes, quatenus coram præfatis Commissariis compareret mandatum Apostolicum auditurus, sed ipse Iordanus in sua contumacia perdurans nec per se nec per Procuratorem comparere curavit. Quo viso præfati Commissarii Apostolici ipsum sententialiter ab omni administratione spiritualium & temporalium suspenderunt, & insuper contumacia crescente vinculo excommunicationis innodarunt, administrationem vero spiritualium & temporalium monasterii Hæcmundensis Domino Theodorico Bosman Præposito per eos ordinato commiserunt. Audiens igitur præfatus Dn. Iordanus Abbas se sententialiter ab administratione spiritualium & temporalium suspensum, & vinculo excommunicationis innodatum, ægerrime tulit hoc factum, misitque indilate ad Curiam Romanam, ac obtinuit Bullam revocatoriam subreptitie & obreptitie prioris Bullæ, obtinuitque Commissarios & alios suæ parti faventes, qui monachos de S. Iacobo Leodienses in suum monasterium reducerent, aliosque jam introductos expellerent. Insuper obtinuit a Philippo Archiduce Austriæ & Burgundiæ diversa mandata contra Præpositum & fratres reformatos & introductos, quibus publice per janitores Curiæ omnes coloni & debitores prohibebantur, ne ipsis reformatis aliquam pecuniam solverent, & quod ipsi reformati visis mandatis monasterium exirent, præcepitque Dux Philippus sub pœna capitis præfato Domino Comiti Egmundensi, ne se de præfato monasterio Hæcmundensi aliquatenus intromitteret. Fueruntque Dominus Præpositus & sui fratres Reformati mirabiliter vexati & molestati per hujusmodi citationes & mandata. Nam modo citabantur coram judice ecclesiastico, modo coram judice seculari in diversis locis ad comparendum. Sed Dominus Deus, qui suos nunquam derelinquit, dedit constantiam & animositatem in cordibus fratrum, & licet mirabiliter, ut dictum est, vexarentur & molestarentur, attamen fuerunt in disciplina regulari perseverantes, & omnia æquo animo ferentes: maxime tamen animavit eosdem, quod Dominus Johannes Comes Egmundensis in cœpto proposito ac voluntate bona perseveravit, ita quod nec per minas nec per munera terrebatur, aut alliciebatur, & licet multæ minæ & improperia per Archiducem Philippum, ut dictum est, ac per Albertum Ducem Saxoniæ, qui eo tempore maximam authoritatem in Curia Philippi habuit, eidem inferebantur, multa-

que munera ac pecuniarum summæ ac vasa aurea & argentea eidem a diversis pollicebantur, ut partibus Domini Iordani faveret & reformatos relinqueret, ipse tamen ad nullum prædictorum respicere voluit, sed reformatos fratres pro viribus ab omni molestia & violentia defensavit, ac pecunias pro eorum sustentatione procuravit & accommodavit; alioquin via humana impossibile fuisset, ut fratres reformati in monasterio perseverassent propter nimios adversarios, quos in Curia Romana ac in Curia Principis habebant. Nam Dn. Iordanus Abbas præfatus non pepercit expensis, sed fecit sibi amicos de Mammona iniquitatis & vasa aurea & argentea larga manu distribuit hinc inde diversis. Corrupit insuper idem Iordanus per sua munera Dominum Henricum de Berch episcopum Cameracensem & Ducis Philippi principalem Consiliarium, & per eundem obtinuit mandarum & commissionem ab Archiduce Philippo, ut præfatus episcopus ad Hæcmundam pergeret, ac reformatos fratres extra portas claustri poneret, & alios antiquos monachos iterum introduceret, quod & realiter & de facto fuisset effectum, nisi Dominus Comes Egmundensis & suus germanus Fredericus Dominus de Yselsteyn, qui eo tempore in Haga Comitis erant, obstitissent. Cum igitur præfatus episcopus ad Hagam Comitis circa festum Pentecostes cum literis & mandatis Archiducis, ut ea executioni demandaret, declinasset, aliquot diebus ibidem moratus est, innotueruntque certis amicis reformatorum machinationes præfati episcopi, & comparuit ibidem Dn. Iordanus cum omnibus monachis antiquis, ac Priore S. Iacobi Leodiensis cum suis, sperantes induci per episcopum in monasterium Hæcmundense, prout habebat in commissis. Comparuerunt etiam ex adverso ex parte reformatorum Dn. Iacobus S. Pauli Abbas, & Dn. Albertus in Oestbroeck, substituti a principalibus Commissariis antedictis, ac Dominus Præpositus Hæcmundensis cum quodam Doctore in Beverwyck, cujus nomen Martinus Visscher dicebatur. Episcopus ergo fecit eosdem Patres vocari ad se insinuans mandatum & Commissionem Archiducis Philippi, interrogans eosdem Patres iteratis vicibus serioſe & ut apparebat irato animo, dicens, *Respondeatis mihi sicco pede, sicco pede*, verba congeminans, *utrum vultis obedire mandatis Principis, an non. Quod si nolueritis ponam vos ad carceres.* Ad quæ verba Magister Martinus Visscher utriusque juris Doctor ex parte Patrum sic respondit leniter & sine commotione: *Domine Episcope, isti venerandi Patres non sunt vestræ jurisdictioni subjecti, & idcirco non tenentur vobis obedire, nec potestis eosdem ponere ad carceres aut alias punire.* Et illo quidem die nihil fuit concluſum. Sequenti vero die episcopus conduci fecit omnes currus, quos habe-

habere poterat in Haga Comitis, ut versus Hæcmundam tenderet, ac mandatum Principis executioni mandaret, videlicet ut reformatos monachos expelleret, & antiquos introduceret. Quod cum Dominus Egmundensis & germanus ejus Dominus de Yselsteyn intellexissent, accesserunt episcopum, dixitque illi Dominus Egmundensis, leniter percutiens super brachium episcopi stomachando & valde irato animo dicens: *Domine Episcope, comparebo crastina die, ut Dominus Egmundensis in Egmunda.* Quo dicto irato animo recessit. Germanus vero ejus Dominus de Yselsteyn dixit ad episcopum: *ego potius sanguinem funderem quam tale facinus admitterem.* Et sine mora Dominus Egmundensis fecit quinquaginta viros armari, & in continenti dispositi se versus Egmundam profecturus. Quod cernens episcopus blande & lenirer loquebatur Domino Egmundensi dicens; *Domine Comes, ne moveamini obsecro, faciamus inter nos tractatum & amicabilem compositionem.* Et sic utriusque reysa ea die fuit suspensa. Sequentibus vero diebus habuerunt inter se tractatus diversos, & tandem fuit concluſum: Quod Præpositus cum suis fratribus reformatis haberet annuatim duo millia & ducentos florenos, & magnum pomarium, & omnia loca conventualia cum Camera extra Abbatiam, cum aliis nonnullis articulis, qui fuerunt in quodam tractatu comprehensi & ab utraque parte comprobati; reliquos vero redditus monasterii retinuit sibi Dn. Abbas. Fueruntque Domino Præposito assignati quinque de antiquis monachis, ut cum Reformatis conversarentur, qua intentione, novit Altissimus. Reliquos vero antiquos monachos Dominus Abbas ad se assumpsit, assignans cuilibet eorum sexaginta florenos currentes annuatim, nec voluit, quod amplius haberent, uno dempto, qui dicebatur Gisbertus Boetzelaer, qui solus secundum primam compositionem Patrum centum florenos retinuit, nec in Haga Comitis cum aliis comparere voluit, dum prædicta ibidem agerentur. Manserunt autem fratres reformati sub hoc tractatu usque ad mortem Abbatis. Nunquam tamen fuit verum fundamentum charitatis inter Abbatem & Conventum reformatum, sed Abbas semper clam machinabatur malum, ubicunque potuit, quamdiu vixit, malorum usus consilio: & propter timorem Johannis de Egmunda Vicecomitis Hollandiæ, ne ab eo apprehenderetur, transtulit se ad partes Brabantiæ prope civitatem Breda ad quoddam castellum, in quo & mortuus est.

CAPUT XCI.

De quibuſdam incidentibus.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XCII. facta eſt maxima cariſtia per univerſam terram, ita ut chorus ſiliginis vulgariter *een laſt* emeretur ſeptuaginta florenis aureis. Ex qua quidem cariſtia quoddam magnum malum ortum eſt in terra Hollandiæ : nam cariſtia præfata non obſtante populus valde gravabatur exactionibus & petitionibus Principis, nec ulla fiebat remiſſio more ſolito pauperibus colonis. Unde quidam nequam & trufatores conglobati & adunati fecerunt ſibi vexillum, in quo depinxerunt loco armorum caſeum & panem dicentes & cohortantes ſe mutuo, quod pro caſeo & pane habendo belligerare vellent uſque ad mortem, & ſucceſſive & paulatim hæc conſpiratio ſive rebellio ſuccrevit, donec magna multitudo tam colonorum maxime Waterlandiæ quam etiam civium aggregata eſt, & primo ingreſſi ſunt Alcmariam quorundam ibidem domos devaſtantes, præcipue Nicolai Corff, qui eo tempore Reddituarius Principis in Boreali parte Hollandiæ erat. Deinde amplius multiplicati & adunati acceſſerunt civitatem Harlemenſem, quam etiam obtinuerunt medio quorundam civium, qui vocabantur die Bekeneſſers, & ibidem Nicolaum de Ruven Scultetum cum nonnullis aliis Scabinis ſeu Burgimagiſtris interemerunt, & de Haerlem exeuntes civitatem Leydenſem occupare & intrare attemptaverunt, ſed Dn. Johannes Comes Egmundenſis & locum tenens Principis pro tunc erat in civitate Leydenſi, ſed tamen per hoc eorum rebellio & conſpiratio minime ceſſavit. Unde Vicecomes Hollandiæ timens totam Hollandiam per hos nequam & rebelles devaſtari & occupari coactus eſt advocare auxilium Principis, qui direxit eidem in adjutorium Albertum Ducem Saxoniæ cum militari copia, qui congreſſum habuit cum eiſdem prope villagium de Heemskerck, & multos eorum interfecit, multos etiam captivavit, & multi erant proſcripti & plures juſtificati, & Harlemenſes & Alcmarienſes in burſa valde puniti. Et ſic ceſſavit hæc rebellio ſive conſpiratio.

Caſen-brooſſpel.

CAPUT XCII.

De morte Domini Jordani de Driel Abbatis triceſimi quarti, ac electione Domini Henricide Wittenhorſt Abbatis triceſimi quinti, & primi reformati.

Anno Domini CIↃ. CCCC. nonageſimo tertio in die nativitatis Chriſti de mane poſt lectas matutinas horas Capellanus Abbatis Jordani diſpoſuit ſingula ad celebranda divina miniſteria tam ſolemnis diei, & cum vellet advocare Dominum Iordanum Abbatem, ejus cubiculum ingreſſus invenit ipſum in pavimento jacentem, apoplexia tactum, & nihil penitus loquentem, præter hæc verba: *Het is al verloren, tout eſt perdu*; & ſic in eadem infirmitate perſeverans & ſine ſenſu jacens ipſo die Iohannis Evangeliſtæ ab hac luce migravit in caſtello prope oppidum de Breda, cujus mortem antiqui monachi, qui apud ipſum erant, aliquamdiu celaverunt, ſed per medium amicorum ad aures Dn. Præpoſiti & fratrum reformatorum in paucis diebus deductum eſt. Cum autem antiqui monachi cognoviſſent mortem Dn. Iordani ad aures reformatorum deveniſſe, cadaver ejus plumbeo locello impoſuerunt, ac ad monaſterium Hæcmundenſe deduxerunt in octava Epiphaniæ, & ſepultum eſt in Capella Beatæ virginis in ſepulchro Wilhelmi de Mathenes Abbatis triceſimi, poſtquam præfuiſſet annis tredecim. Mortuo ergo Dn. Iordano Abbate, ut præmiſſum eſt, Dn. Præpoſitus Hæcmundenſis cum ſuis Capitulum intravit, ac Capitulariter omnibus fratribus congregatis, etiam de nonnullis antiquis, ſtatuerunt diem, in qua electionem novi Abbatis celebraturi eſſent, videlicet profeſtum Divi Anthonii, quem diem omnibus abſentibus, etiam antiquis monachis, per literas patentes ſignificaverunt, ut volentes electioni intereſſe eodem die in Capitulari domo in Hæcmunda comparerent, ut juris eſt. Dominus Ptæpoſitus cum ſuis fratribus ſano uſi conſilio mox ut mortem Dn. Iordani perceperunt, nuntium direxerunt ad Curiam Romanam, ac Magiſtrum Andream Venroede Prothonotarium in Procuratorem conſtituerunt. Fuerat enim præfatus Magiſter Andreas Venrode Procurator Iordani, quoad vixit. Promiſerat tamen quibuſdam monachis reformatis, quod Abbate Iordano defuncto libenter ſerviret reformatis, quod & fecit. Nam cum ſibi Procuratorium Præpoſiti & Conventus fuiſſet præſentatum, onus Procuratoris pro conventu acceptavit in non modicum profectum Reformatorum, quia ſine eo impoſſibile quodammodo fuiſſet habere confirmationem propter magnam auctoritatem,

tem, quam habuit in Curia Romana. Oedzerus igitur de Cralingen Prior cum cæteris monachis antiquis in oppido de Breda consistentes suam electionem celebraverunt reformatis monachis in Hæcmunda minime vocatis, & consenserunt omnes in Oedzerum de Cralingen eorum quondam Priorem, & eorum Abbas electus est. Dispositisque singulis, singulisque instrumentis & aliis ad hoc opus necessariis, nuntium miserunt ad Curiam Romanam pro sui electi confirmatione, constituentes Procuratorem Magistrum Andream Venroede solum, de quo præfati sumus, & non alium. Cum ergo præfatus Nuntius ad Romanam devenisset Curiam, præsentavit Magistro Andreæ Venroede decretum electionis cum aliis instrumentis & procuratione qua eum Procuratorem constituerunt. Quibus visis respondit: *Dominus meus Jordanus Abbas, cujus ego Procurator eram, quoad vixit, jam vita functus est, & ideo ab servitio ejus absolutus onus Procurationis pro Præposito & Conventu acceptavi, quare vobis servire nequeo.* Prævenerat enim Nuntius Conventus reformati nuntium antiquorum monachorum ad tres tantummodo dies. Quibus auditis Nuntius antiquorum stabat valde confusus, quia solum unum nomen Procuratoris in instrumento Procuratorio expresserant, quod erat admodum inconsulte actum, ordinatione tamen credimus divina, quia si alium Procuratorem habuissent, negotium electionis antiquorum fuisset expeditum, priusquam Præpositus cum suis ad urbem misissent, eo quod valde prolixum terminum ad eligendum præfixerant. Repedavit igitur Nuntius præfatus ad Dominum suum electum Oedzerum de Cralingen pro novo procuratore constituendo, & interim pro parte reformatorum omnia fuere disposita. Adveniente igitur die præfixo, scilicet profesto S. Antonii, missam de S. Spiritu solemniter de mane cantaverunt, & omnes electores secundum statuta nostra venerabile sacramentum sumpserunt, finita vero missa omnes monachi cum aliis notabilibus viris, qui plures aderant, locum Capitularem ingressi sunt, & lecto decreto Concilii Basilienſis, ac juramento ab electoribus præstito de digno eligendo, ut moris est, tractaverunt intet se publice & Capitulariter, quam viam eligendi velint assumere, & placuit omnibus electoribus quod procederetur per viam compromissi, cum tali restrictione, ut tres Compromissarii de extraneis & duo de Conventu assumerentur, & illi quinque haberent facultatem eligendi Abbatem de gremio Hæcmundensi reformato, salvo quod singulatim singula fratrum vota audirent, & tunc unum ex illis in Abbatem eligerent. Fuerunt ergo tres ordinati de extraneis, scilicet Albertus Abbas de Oestbroeck, & Magister Anthonius de Castro Sacræ Theologiæ Professor, ac Decanus Osnaburgensis decretorum

Doctor

Doctor & Canonicus ecclesiæ S. Mariæ in Trajecto, & de Conventu duo scilicet frater Jacobus Nerdis custos, & frater Wilhelmus Cantor. Hi ergo quinque accepta authoritate & commissione ab electoribus secesserunt ad unam Cameram in Præpositura, & auditis singillatim fratrum votis post aliquot horas reversi ad Capitulum, omnibus electoribus ibidem denuo congregatis, venerabilis Pater Dn. Albertus Abbas in Oestbrouck vice sua cum assensu collegarum suorum pronuntiavit publice electum Dn. Henricum de Wittenhorst pro tunc q Cancellarium conventus. Quo sic pronuntiato & publicato Dn. Wilhelmus Cantor imposuit *Te Deum laudamus*, & sic cum cantu conventualiter deductus est ad ecclesiam, & lecta super eum oratione solita per Dominum Abbatem de Oestbroeck factus est Abbas tricesimus quintus monasterii Hæcmundensis anno Domini CIↃ. CCCC. XCIV. in profesto S. Anthonii. Publicata igitur electi persona mox electionis actis cum decreto & aliis instrumentis procuratoriis, & aliis ad hujusmodi negotium necessariis exequendum dispositis & ordinatis, inprimis pro confirmatione obtinenda a Sede Apostolica mittitur frater Johannes Born, qui tempore Præpositi duobus plene annis in Curia Romana moram traxerat ad impediendum, siquid forsan Abbas Jordanus contra confirmationem machinatus fuisset, & post eum aliquo tempore mittitur Dn. Arnoldus Grundyck Decretorum Doctor & Decanus Osnaburgensis, de quo supra, cum reliquis literis & munimentis necessariis. Et interim Procuratores utriusque Electi in Curia Romana varios habuerunt conflictus, & tractatus, & judiciales actus, sed nullatenus concordare poterant, etiam dum Decanus Osnabrugensis ad Curiam Romanam devenisset. Disponente igitur divina clementia, quæ nunquam suos derelinquit in finem, licet aliquamdiu tribulari permittat, contigit Carolum Regem Franciæ maximum congregasse exercitum, & Regnum Neapolitanum velle suæ ditioni subjicere, & per urbem Romanam iter velle facere, prout & fecit, quia armipotenter urbem ingressus multa spolia contraxit. Cum igitur præfatus Rex Carolus in proximo esset, & Sanctissimus ejus timore perterritus urbem deliberasset egredi, mane cum eodem die esset recessurus, Consistorium ingressus est, & procuratoribus utriusque Electi foris sedentibus & nihil non opinantibus aut cogitantibus, dixit Sanctissimus coram cœtu Cardinalium præsentium: *Sunt nunc tempore periculosa. Necesse est, ut aliquid faciamus boni. Confirmemus igitur illum Electum de reformatione monasterii Hæcmundensis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et mox unus solus Cardinalis, qui erat partis Reformatorum, Consistorium exiit, & prædicta omnia Procuratori-

q *Cellerarium*, Bockenb.

toribus Dn. Henrici retulit. Quibus verba Cardinalis quasi divinitus prolata & miraculosa videbantur, cum talia nunquam facienda hoc modo cogitassent. Cum igitur Bullæ in urbe expeditæ fuissent, & ad manus Domini Henrici devenissent, cum magno tripudio & gaudio insolito Bullæ ad monasterium deportantur, ac cum solemnitate magna a Conventu præfatus Dn. Henricus introducitur, ac ipso die Petri & Pauli in monasterio S. Pauli Trajectensis a suffraganeo Trajectensi munus benedictionis adipiscitur. Oedzerus tamen de Cralingen, confirmatione non obstante, nuliatenus quiescebat, quia vasa argentea & aurea a Domino Jordano relicta, quæ in sua adhuc erant potestate, miracula faciebant, & animos de consilio Ducis Philippi sibi conciliabant, inter quos principalis erat Præpositus Leodiensis, qui postea factus est episcopus Bisantinus. Qui etiam aliam molestiam præfato Domino Henrico intulit. Nitebatur enim de superfluis bonis monasterii Hæcmundensis, ut ajebat, erigere collegium Cononicorum in Noortwyck, sed conatus ejus redactus fuit ad nihilum. Tandem post mulras molestias illatas per Dominos de consilio concordia facta est inter Dominum Henricum & Oedzerum de Cralingen. Nam Domino Oedzero promissa fuerunt omnia utensilia Dn. Jordani Abbatis cum vasis argenteis ad vitam suam cum sexcentis florenis annue solvendis per Dominum Henricum. Et sic Dn. Henricus factus est Abbas pacificus, Oedzerus vero remansit in Breda, quoad vixit, utens pensione sibi assignata multis annis. Præfatus ergo Dn. Henricus cum factus esset Abbas pacificus & unicus studuit cum omni mansuetudine & quicte gregem sibi commissum gubernare, quia vir quietus, & pacificus, ac humilis erat, & propterea a multis diligebatur, & licet multis oneratus esset debitis, videlicet pensionibus antiquorum monachorum & Carthusiensium in Treveri, ac pro confirmatione Dn. Jordani & ecclesiæ Alcmariensis, nec non expensis propriæ confirmationis, & aliis oneribus & expensis habitis ex reformatione, quæ omnia annuatim ascendebant plus quam ad ducentas libras grossorum, & etiam pensione Dn. Oedzeri de Cralingen, & aliis propinis hinc inde habitis in diversis locis & personis, ilico tamen post confirmationem suam in prandio & in cœna Conventui vinum concessit, quod antea non habuerunt, licet aliqui seniorum hoc ipsum dissuaderent, sed potius debita r exsolveret. Secundo anno post confirmationem suam ecclesiam testudine decorari fecit. Deinde novam domum Coloniæ in monasterio ædificavit, & novam portam Australem cum domo mulierum erexit, nec non de coquina Abbatis usque ad fossatum interius domos cum porta ædificavit, multaque debita quibus monasterium

r exsolveret Fris.

erat

erat oneratum, exsolvit, præcipue confirmationem Dn. Jordani Abbatis, de qua dabantur census annuatim in Leydis & Carthusiensibus in Treveri, multam insuper pecuniam pro reformatione monasterii Rynsburgensis exposuit, sed impedientibus Officialibus Trajectensibus intentum suum consecutus non fuit. Obtinuit etiam à Sede Apostolica confirmationem omnium actorum in reformatione monasterii Hæcmundensis cum suppletione defectuum. Cujus bullæ tenor sequitur & est talis: *Alexander episcopus Servus servorum Dei dilecto filio Henrico Abbati monasterii S. Adalberti &c.* Quære in aliis libris.

CAPUT XCIII.

De quibusdam incidentibus.

Anno Domini CIↃ. CCCC. XCVI. Dux Saxoniæ Albertus a Rege Romanorum Maximiliano factus est Potestas sive hæreditarius Gubernator totius Frisiæ, & in paucis annis subjugavit sibi totam terram excepta civitate Groningensi, quam demum magno exercitu obsidens, & ut fertur ibidem vulneratus exstitit, ex quo vulnere infirmatus diem clausit extremum. Cui successit filius ejus Dux Georgius in armis militaribus multum strenuus,& multa probitate & sagacitate præditus,& hic Georgius aliquot annis pacifice & quiete totam possedit Frisiam,& tandem civitatem Groningensem obsidione vallans oppidum Damense prope Embdam expugnavit, ubi maxima hominum strages facta est,& quia Frisiam multis exactionibus gravabat præter juramentum suum, aliqui nobiles Frisonum Ducem Gelriæ in suum advocaverunt auxilium, qui satellitum copiis directis oppida Sneeck & Sloten intraverunt. Quod audiens Dux Georgius civitatem Groningensem confusione & damno infinito dereliquit, ac Archiducem Austriæ & Burgundiæ Carolum accessit, cui præfatam terram Frisonicam accepta magna pecuniæ summa resignavit. Carolus autem Archidux Austriæ & Burgundiæ primam profectionem ad Hispaniam parans, ante tamen profectionem suam cupiens sua Dominia relinquere quieta & pacifica, ne Hollandia & alia sui juris Dominia a Frisonibus turbarentur in sua absentia maximum exercitum ad recuperandas Frisonum civitates per Gelrenses invasas direxit, in quo quidem exercitu tanta nobilium erat copia, ut mille calcaria aurea, ut ferebatur, haberentur, & licet maximus esset exercitus, ut præfatum est, nihil tamen profecerunt, quin Frisones aggeres interceperunt, & totam terram aquis, ut ipsis moris est, operuerunt, & sic omnes ad sua infecto negotio redierunt. Dere-

lictæ tamen sunt militum copiæ in Leowardia, Franeker, & Bolswardia, qui varios conflictus & congressus cum Gelrensibus in oppidis de Sloten, & Sneeck, & Dockinga derelictis habuerunt. Facta quoque est longa concertatio inter Ducem Burgundiæ & Ducem Gelriæ. Tandem post multa bella hinc inde inter præfatos Duces habita mittitur Dominus de Wassenaer ad Frisiam cum exercitu magno, qui paulatim per suam magnanimitatem totam terram Frisonum Carolo Duci Burgundiæ subjugavit, & in præsentiarum a Burgundis pacifice & quiete possidetur. Ipse autem Dominus de Wassenaer ante oppidum de Sloten in brachio vulnus accepit, ex quo quia debite non fuit curatus diem clausit extremum. Anno Domini CIↃ. IↃ. sexto Philippus Rex Castellæ terram Gelrensem armipotenter inttavit, ac civitates multas scilicet Arnhem, Herderwyck, Elburch, Doesburch obtinuit, sed medio Domino de Montfoert & Præposito Trajectensi treugæ factæ sunt, quæ tamen non diu duraverunt, sed cum Rex Philippus in Hispaniis vitam finisset, eodem die Franci cum Gelrensibus oppidum de Thienen invaserunt, & expugnaverunt, & spoliaverunt, sed prædones a rusticis interempti sunt omnibus spoliis eorum sublatis. Anno Domini CIↃ. IↃ. octavo Dn. Johannes de Egmunda Vicecomes Hollandiæ obsedit cum exercitu magno castrum de Pyroien in terra Gelrensi, sed traditus a Capitaneis suis eum confusione & scandalo magno & damno inexpugnatum reliquit, quod tamen pauco tempore postea per Comitem de Anholt funditus destructum fuit, quia magnam molestiam civitatibus & villagiis ac viatoribus inferebant, qui castrum præfatum inhabitabant. Sed dum per Comitem de Anholt Pyroien expugnabatur & obsidebatur, Dux Gelriæ collecta militum multitudine fraudulenter ac traditorie oppidum de [v] Wesep invasit & exspoliavit. Fecerat enim naves cespitibus repleri, sub quibus milites abscondit, & sic per naves milites in oppidum de [x] Wesep induxit. a quo tamen per Comitem de Anholt post expugnationem & destructionem castri de Pyrojen expulsus fuit.

[v] *Wesop.* Fris.
[x] *Wesop.* Fris.

CAPUT XCIV.

De morte Abbatis Henrici de Wittenhorst Abbatis tricesimi quinti, ac electione Meynardi Man Abbatis tricesimi sexti.

Anno Domini CIↃ. IↃ. nono prima die Septembris fœno minus bene siccato & in horreum posito factum est incendium in horreo

horreo non modicum, ita ut domus Coloniæ cum horreo & molendino favilla tenus concremaretur. Eodem quoque tempore facta est corruptio aggerum circa Putten, ita ut aqua monasterium circumflueret, ex quibus monasterium plus quam in sexcentis florenis damnificatum fuit. Ex quo incendio & timore venerandus Pater Dn. Henricus de Wittenhorst Abbas præfatus febres quartanas incurrit, quibus in eo perseverantibus usque ad tricesimum diem Octobris ipso die circa horam octavam diem clausit extremum, postquam præfuisset annis quindecim, cujus anima requiescat in pace, sepultusque est in australi parte ecclesiæ ante altare Angelorum propter Dn. Gerardum de Poelgeest, cujus hoc est epitaphium:

Hic sunt Henrici Wittenhorst ossa sepulta
Qui Aernsburgi Comitis stemmate clarus erat.
Virtutum exemplar vivum, quinquennia sanctus
Vir tria regali præfuit officio.
Primusque instituit mores vitamque probatam
Rector conspicuus religione pia.
Justitia insignis nulli pietate secundus
Vixit cœnobii gloria magna sui.
Infausta illa dies atro carbone notanda
Quum rapuit sanctum Parca severa virum.
Corpus habet tellus, petiit mens libera cœlum,
Gaudet & æterno semper adesse Deo.

Mortuo igitur & sepulto præfato Domino Henrico Conventus Capitularirer more solito congregatus præfixerunt diem ad novi Abbatis electionem, scilicet professum S. Martini, miseruntque literas, ut moris est, ad vocandum absentes, tam reformatos quam non reformatos, ut die præfixa ad electionem faciendam Hæcmundæ comparerent. Adveniente igitur die ad electionem præfixa, scilicet profesto S. Martini, finitis primis, Conventus missam de S. Spiritu solemniter decantavit, sub qua omnes Electores venerabile sacramentum, ut ceremoniæ nostræ decernunt, sumpserunt. Finita autem missa omnes pariter locum Capitularem intraverunt cum venerabilibus Patribus & Abbatibus S. Pauli in Trajecto, & S. Laurentii in Oostbrouck, nec non Magistro Martino Grundyck utriusque juris Doctore, ac aliis notabilibus viris ac Notariis & testibus, factaque exhortatione & admonitione per Magistrum Martinum Grundyck ad Conventum super concordi & unanimi electione facienda tractaverunt Capitulariter, secundum quam eligendi

viam procedere placeret, placuitque omnibus ut procederetur per viam compromissi, cum tali restrictione, ut quinque compromissarii ex conventu eligerentur, qui auditis fratrum votis illum pronuntiarent, qui voces majoris partis Conventus haberet. Electis namque Compromissariis, præstitoque juramento solito omnes Electores Capitulum exierunt, remanentibus ibidem Compromissariis cum Patribus, Abbatibus, & Notariis, & testibus. Auditis igitur singulorum votis plures fuere electi, sed solus unus habuit voces majoris partis Capituli, qui secundum formam compromissi erat publicandus. Revocatis igitur omnibus ad Capitulum Abbas de Oestbrouck exhortationem fecit ad Conventum pro unanimi & concordi electione procuranda, ut omnes sua vota darent illi, qui majoris partis Capituli voces haberet. Quod cum omnibus placuisset pronuntiavit idem Dominus Abbas esse electum Dn. Meynardum Man Sacerdotem ac monachum, ac ecclesiæ parochialis in Hæcmunda Pastorem. Quo pronuntiato & publicato Wilhelmus Cantor *Te Deum laudamus* intonuit, & sic cum cantu ad ecclesiam deducitur, lectaque super eum oratione solita per Abbatem de Oestbroeck factus est Abbas tricesimus sextus monasterii Hæcmundensis anno Domini CIↃ. IↃ. nono. Dispositis autem singulis necessariis pro confirmatione obtinenda in Romana Curia mittitur frater Johannes Born Sacerdos & monachus, qui alias etiam missus fuit pro confirmatione Domini Henrici de Wittenhorst, & sine difficultate obtinuit, quia nullus contradictor exstitit. Recepta igitur confirmatione Apostolica cum aliis Bullis consuetis præfatus Dn. Meynardus benedictionis munus accepit Antwerpiæ in monasterio y Petri ab episcopo Trinopolitano ipsa Dominica Passionis, & Dominica Palmarum solemniter & processionaliter a Conventu susceptus est, ac in possessionem pacificam introductus. Duxit autem hic venerandus Pater originem ex magna & honesta familia sed non nobili in Wormaria. In Graft prope Alcmariam Vicecuratus fuit ante Ordinis ingressum, & non diu post suam professionem factus fuit Pastor ecclesiæ Egmundensis, & non multo post directus fuit a Domino Henrico Wittenhorst ad regendum & gubernandum Dominum Oedzerum de Cralingen in Breda, qui totus in pueritiam deductus fuerat, ex qua domo in Abbatem electus est. Factus autem Abbas maximam diligentiam adhibuit in restaurandis ædificiis, reædificavitque magnum horreum pretiosius & sumptuosius, quam fuerat prius, cum molendino equorum, quod combustum fuerat. Ædificavit insuper novum pistrinum ac cameras hospitum de porta inferiori super fossatum interius

y Petri Pot. Frif.

usque

usque ad domum Comitis, decoravitque tres partes ambitus Conventus pulcherrima testudine, & vitris novis & imaginibus Sanctorum Ordinis nostri. Multum etiam exornavit Abbatiam, reædificans sive perficiens domum antiquam ex parte occidentali Conventus, quæ domus continebat quartam partem ambitus, in boreali etiam parte ambitus novas cellas construxit, in ecclesia quoque multa ornamenta aurea, & sericea, & alterius panni dispositi. Altare quoque summum exaltavit, & magnam tabulam fieri fecit, in qua continentur omnes reliquiæ & capsæ Sanctorum, fecitque eandem tabulam z depingi, & variis picturis exornavit. Turrim etiam magnam super medium ecclesiæ fieri fecit, in qua quatuor novas campanas dispositi. In turri quoque occidentali duas novas magnas campanas fieri jussit, & duas absides ecclesiæ testudine decoravit, & multas tabulas altarium emit & fieri fecit, imagines etiam duodecim Apostolorum in navi ecclesiæ dispositi. In libraria etiam nova scamna sive pulpita fieri fecit, & multos libros emit, quia valde magnum ad librariam habuit affectum, ac sedilia satis sumptuosa & multum ornata variis imaginibus sculptis in choro fieri fecit. De patrimonio tamen a crucifixi & substantia monasterii reformavit quoque organum, & fecit in eo fieri novum positivum. Ad instantiam etiam episcopi Cameracensis monasterium de Cortenberge suscepit regendum & visitandum, ponendo ibidem Confessorem cum socio monacho. Monasteria quoque Haffligense & Eyatense ex suis monachis reformavit. Multos etiam labores & expensas fecit plus quam trecentorum florenorum pro monasterio S. Winoci reformando, sed frater ille monachus, qui ipsum negotium sollicitabat, negligenter se habuit, & propterea ad effectum non deduxit, sed mansit ut ante fuit. Et multa alia præclara gessit, quæ brevitatis causa pertranseo.

z depingi variis picturis. Turrim etiam Fris.

a crucifixi substantiam monasterii reformavit, organum quoque reparavit, & in eo fieri fecit. Fris.

CAPUT XCV.

De quibusdam incidentibus.

Anno 1510. decimo sexto fuit magna mortalitas monachorum & laicorum fratrum in Hæcmunda, licet ante multos annos opinio seu confidentia in eodem monasterio exstitit, quod nullus ex peste ibidem inficeretur, ut ipse tam a senioribus monasterii monachis quam etiam a secularibus frequentissime audivi. Etiam ipso mortalitatis tempore quidam ætatis gravissimæ secularis Simon Johannis nomine accessit quosdam de Conventu dicens in hæc & similia verba: *Fatui estis vos monachi, qui opinamini aut timetis quempiam ex peste in monasterio isto infici posse,*

ego tantorum sum annorum, & nunquam talia audivi, immo a Senioribus hujus cœnobii nunquam aliquem peste infectum intellexi. Istis non obstantibus quidam monachus Henricus Lovanius nomine, qui venerat de Vlierbeke prope Lovanium, qui reformationem quidem receperat, sed male consummaverat, quia extorta licentia monasterium exivit, & post aliquot menses necessitate compulsus peste infectus omnibus tamen ignorantibus ad monasterium rediit. Quem quia nullus peste infectum novit vitare curavit, sed omnes ferme monachi paucis demptis, qui eidem approximabant, perierunt, aut infecti sunt, & in tantum hæc lues prævaluit, ut brevi temporis spatio octo monachi & tres fratres laici tollerentur e medio, & regulariter ferme accidit, ut semper quinto decimo die duo mortem subirent, inter quos Dn. Jacobus Abbas Stauriæ, qui illic exulabat, mortem obiit Hæc breviter perstrinximus, ut nullus de pestis libertate confidat, sed semper in timore Domini ambulet, quia judicia Domini Dei sunt abyssus multa, & qui pœnitenti veniam spopondit, peccanti diem crastinum non promisit. Anno vero Domini CIↃ. IↃ. decimo septimo Carolus Dux Gelriæ direxit ad Hollandiam plus quam quinque millia peditum armigerorum, qui omnes navigiis in profesto Joannis Baptistæ prope opidum de Medenblick littori applicuerunt, & ipsum oppidum spoliantes cum vicinis villagiis ecclesias & monasteria in toto oppido concremaverunt. Deinde in nocte Sanctorum Johannis & Pauli Martyrum civitatem Alcmarienſem intraverunt, quam etiam spoliaverunt, aliquibus domibus in suburbio igne concrematis. Accesserunt insuper Egmundam, & plus quam [b] octoginta domos combusserunt, monasterium & villagium etiam spoliantes. Deinde procedentes villagia de Limmen, Beverwyck, & Sparendam cum aquæductu magno ibidem favilla tenus ignibus tradiderunt Postea circa civitatem Trajectensem transeuntes territorium de Arckel invaserunt, & civitatem de Asperen manu valida expugnaverunt, omnibus quasi habitatoribus civitatis interfectis eandem spoliaverunt. Dominus vero de Nassou Vicecomes Hollandiæ, collecta magna militum multitudine præfatos Gelrenses armigeros de Asperen profugavit, & eosdem etiam in terra Gelrensi insecutus fuit, & civitatem Arnhemensem circumdedit, & multa jacula in eandem misit, sed per literas Caroli Archiducis Austriæ & Regis Hispaniæ revocatus ad ulteriora procedere prohibitus exstitit, procurantibus, ut dicitur, aliquibus nobilibus ex Francia, qui ea tempestate in Arnhem præsentes erant. Anno Domini CIↃ. IↃ.XXII. Magister Adrianus de civitate Trajectensi oriundus, Decanus S. Petri Lovanienſis, Vicecancellarius

[b] *Octuaginta* Fris.

rius Universitatis, postea vero episcopus Derthusensis & Cardinalis Sanctorum Johannis & Pauli in Summum Pontificem divina disponente gratia est electus, & cum Curiam Romanam pro viribus reformare satageret, omnes in suum odium concitavit, vixque ad unius anni spatium Pontificatu potitus veneno vitam finivit. Anno Domini CIↃ. IↃ. vigesimo quarto more Gallicano Rex Franciæ Franciscus hujus nominis primus bellum agens in Italia contra Carolum Romanorum & Hispanorum regem ac Imperatorem Romanorum electum Mediolanum recuperavit, ac maximo exercitu civitatem Papiam obsedit. Cujus castra Dux Borboniæ Magister generalis vicem Regis gerens in Apulia, & magnus Capitaneus Hispanorum de Pescara cum aliis militaribus copiis ex parte Imperatoris circumvallavit, & anno quo supra mensis Februarii die vicesimo quarto castra Regis Franciæ armata manu invaserunt, ac ipsum Regem Franciæ & Regem Navarræ cum aliis multis nobilibus & potioribus totius Regni Franciæ usque XLIV. numerum captivarunt, nec non & albam rosam, qui se gerebat pro Rege Angliæ, cum aliis multis nobilibus & militibus, ut fertur, ad quindecim millia interfecerunt. Benedictus Deus per omnia per quem nostris est concessa victoria, Amen, Amen, Amen.

THEODORICI a LEYDIS ET LEONIS MONACHI EGMUNDENSIS BREVICULI.

Isti sunt Breviculi parvi, quos olim Theodoricus filius a Leydis Clericus monasterii Hæcmundensis posuit super sepulchra Comitum & Comitissarum Hollandiæ in monasterio Hæcmundensi quiescentium, & obtexit eos vitris, ut longius durarent, & ne tactu manuum vel putredine aliqua deperirent.

Anno Domini nongentesimo pridie Nonas Octobris obiit Theodoricus primus Comes Hollandiæ, qui cum uxore sua Gena nomine sub hoc lapide jacet tumulatus.

Anno Domini Dccccl xxxviii. secundo Nonas Maji obiit Theodoricus Comes Hollandiæ secundus. Hujus uxor nomine Hildegardis inter cætera dona auream tabulam tradidit S. Adalberto, quorum corpora sub hac petra sunt pariter collocata.

Anno Domini Dcccc xc iii. decimo tertio Calendas Octobris obiit Arnulphus Comes tertius a Frisonibus occisus habens uxorem Lurgardam nomine filiam Theophani Constantinopolitani Imperatoris, quorum corpora in hoc sepulcro pariter requiescunt.

Anno Domini M. xxx ix. sexto Calendas Junii obiit Theodoricus Comes Hollandiæ quartus sub hoc lapide sepultus. Uxor vero ejus Othildis nomine in Saxonia, unde orta fuerat, est tumulata.

Nonis Iunii obiit Sifridus, qui & Sicco Præses, frater Theodorici quarti Comitis Hollandiæ, qui sub hac petra jacet tumulatus. Hic habuit uxorem Thetburgam nomine, quæ obiit sexto Calendas Februarii, & cum marito sub hoc lapide quiescit.

In hoc tumulo jacent sepulti duo fratres, videlicet Theodoricus Comes Hollandiæ quintus apud Dordracum occisus anno Domini cio. quadragesimo

simo octavo Idibus Januarii, non habens uxorem neque liberos, & Florentius frater Comes Hollandiæ sextus similiter apud Hamert interfectus anno Domini CIↃ. LXI. XIV. Calendas Junii. Hujus Florentii uxor Gertrudis nomine post mortem mariti sui Comitissa Flandriæ effecta, & ibidem sepulta est.

Anno Domini CIↃ. XCI. decimo quinto Julii obiit Theodoricus Comes Hollandiæ septimus, qui cum fratre suo Florentio adhuc puerulo sub hoc lapide jacet sepultus.

Anno Domini CIↃ. C. XXI. sexto Nonas Martii obiit Florentius cognomento Crassus Comes Hollandiæ octavus sub hoc lapide positus. Hujus uxor Petronella nomine filia Theodorici Ducis Saxoniæ ac soror Lotharii Imperatoris, fundatrix cœnobii Sanctimonialium in Rynsburch. & ibidem in boreali parte chori sepulta est.

Anno Domini CIↃ. C. LVII. nonis Augusti obiit Theodoricus Comes Hollandiæ nonus, qui sub hoc lapide est sepultus. Hujus uxor Sophia nomine Hierosolymis est tumulata.

Hic jacet sepultus Theodoricus Præses cognomento Peregrinus filius magnifici Comitis Hollandiæ noni e Sophia veraciter sancta Ottonis de Reyneg Palatini Comitis filia. Hic Theodoricus c duodenus extitit & ante patrem obiit anno Domini CIↃ. C. LI. nono Calendas Januarii.

c *duodennis.*

His autem parvis Breviculis sive Epitaphiis postea per aliqua temporum curricula putrefactis, & vitris quibus obtecti fuerant confractis, Leo monachus Hæmundensis supposuit majores breviculos, quos jussu Domini Johannis de Hillegom Abbatis tunc existentis ideo fecit majores cum epitaphiis suis, ut aliqua cognitio de eorum gestis & bonis eidem monasterio traditis & de cæteris curiositatibus ibidem factis haberetur.

Forma majorum BREVICULORUM cum epitaphiis Comitum & Comitissarum in monasterio Hæcmundensi quiescentium.

Anno Domini nongentesimo pridie Nonas Octobris obiit Theodoricus Comes Hollandiæ primus, qui cum uxore sua Gena nomine sub hoc lapide jacet tumulatus. Iste Theodoricus Princeps egregius, primus Hollandiæ Comes, ac Dominus magnæ partis ulterioris Frisiæ de regali prosapia Francigenarum extitit oriundus, & jurisdictionis suæ terminos contra Danorum & Normannorum incursiones potestative rexit, habens in uxorem venerandam & nobilem matronam Genam nomine, ex qua genuit filium Theodoricum scilicet Iuniorem, multis probitatibus insignitum. Hic vero Comes hic sepultus ex magno devotionis affectu ligneum construxit in Egmunda cœnobium in loco, qui Hallem prius vocabatur, in quo Sanctimoniales Ordinis S. Benedicti primitus instituit, quibus de suis facultatibus vitæ necessaria copiose tradidit, offerens Deo primitiva bona ad eundem locum, scilicet in Vrolen mansus novem, in Almere mansus 11. in Kallinge medietatem totius possessionis, & alia bona quamplurima obtulit eidem pro comparanda perpetuæ hereditatis portione. Ex eodem collegio Sanctimonialium quædam puella Wlffit nomine divinitus inspirata Theodoricum ter monuit sarcophagum B. Confessoris Adalberti quantocius aperire, & sanctas reliquias ad monasteriam puellarum honorifice transferre, & ecce quamprimum clerus sepulchrum ejusdem almiflui Patris aperuit, pallium quo sacrum corpus velabatur ab omni corruptionis labe immune apparuit. Fons insuper limpidi liquoris sub ipsius tumba confestim exiluit, qui usque ad præsentem diem copiosius emanavit. Venerandus vero Comes sic jussa divina complens ad monasterium Sanctimonialium sanctum deduci fecit thesaurum, in quo venerabili deportationis officio multa & valde stupenda miracula contigerunt. Accidit quodam tempore hiemali hunc Theodoricum Comitem vehiculo residentem trahi super profundissimi cujusdam lacus terga glaciali rigore contecta, sed glaciei tenuitas minus solida deficiens spem vivendi abstulit. Unde cunctis timore fugatis Comes relictus est, qui cum humanum deesse videret auxilium ad expertum B. Adalberti confugit patrocinium, per cujus interventum celerem promeruit impetrationis obtentum. Nam mirum est dictu, ubi fundus habebatur, summo tenus pendentem limpha sorbere non valuit,

luit, cinguli tantum usque finitima lambere præsumpsit. Sic Comes liberatus est, qui tandem post aliquot annos felici fine migravit ad requiem cœlestis patriæ.

Anno Domini Dcccc. nonagesimo octavo secundo Nonas Maji obiit Theodoricus Hollandiæ Comes. Hujus uxor Hildegardis nomine tertio Calendas Aprilis requievit in pace, quorum corpora sub hac petra sunt pariter collocata. Iste Theodoricus post decessum patris in eodem Comitatu hereditarie sublimatus genuit ex uxore sua Egbertum Treverensem Archiepiscopum, Arnulphum succedentem sibi Comitem, ac Erlindam puellam venustatis eximiæ. Præfatus Egbertus cum esset Subdiaconus, & Erlinda soror ejus monocula, ambo per S. Adalberti merita lætificantur, illa validarum febrium liberatione, ista oculi sui restitutione. Iste Theodoricus cum Frisonibus discordare cœpit, & varias lites cum eis habuit, quos tandem triumphali gladio ditioni suæ subegit. Quapropter & idem Comes destruens ligneum ædificavit in Hæcmunda lapideum monasterium in honorem S. Adalberti Confessoris Christi, & amotis monialibus plantavit ibidem de religione S. Benedicti monachorum collegium, qui continue Deo devotum impenderent obsequium, quia moniales, quas pater suus ibi prius congregaverat, ob asperitatem duræ gentis Frisonum monasticam non poterant ducere religionem. Hic ergo Comes reverendus pro remuneratione beatitudinis æternæ Hæcmundensem ecclesiam largis totando possessionibus obtulit beato Adalberto unum textum quatuor Evangelistarum, auro fulvo pretiosisque lapidibus circumtectum. Nihilominus Hildegardis Comitissa similiter obtulit tabulam totam auream cum multimodis gemmis incomparabilis pretii valde fulgidam, de cujus cacumine lapis, ut dicitur, Ostulanus dictus furtive sublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum sacrarium radiis emicantibus illustravit, ac etiam se querentibus invisibilem reddidit. Theodoricus vero Comes de liberali munificentia tradidit adhuc monasterio Hæcmundensi ecclesias multas cum decimationibus aliquarum terrarum ad easdem spectantium in Sassenem, Voerhout, Nortwyck, & Heyligelo, cum aliis ecclesiis tunc temporis ipsas sequentibus. Donavit etiam terram cultam & incultam inter Vinnem & Arem jacentem, & in Velsen altare ejusdem ecclesiæ a nona usque ad nonam, in die S. Agathæ, item omne teloneum in Alcmaer, insuper & villas & possessiones, mancipia, piscationes, mansus, hobas, & reditus quamplures, ac bona multimoda in Hollandia, Kennemaria, & Westfrisia, & circa Hæcmundam in diversis locis remotis & propinquis sita, quorum privilegia etiam a successoribus suis confirmata

& corroborata in præsenti Hæcmundensi cœnobio continentur. Iste Princeps magnificus per diœcesanum episcopum transtulit reliquias S. Jeronis martyris ipso revelante de villa Nortwyck vocata in Hæcmundam. Hunc S. Jeronem Dani & Normanni quondam Trajectum & Dorestadum penitus destruentes, & in clero & in populo stragem magnam facientes pro fide Christi viriliter certantem crudelissime trucidarunt. Prædictus vero Comes postquam cum Patre suo Comitatum Hollandiæ centum & xxv. annis strenue rexisset quievit in pace.

Hic jacet sepultus Theodoricus Comes Hollandiæ quartus, qui obiit anno Domini cIↃ. xxxIx. sexto Calendas Junii. Iste Theodoricus filius Arnulphi Comitis tertii apud Wenckelmade a Frisonibus occisi fuit strenuus & bellicosus in vita sua, & duxit in uxorem Othildim filiam Ducis Saxoniæ, de qua duos filios genuit, videlicet Theodoricum sibi succedentem Hollandiæ Principem, & Florentium Orientalis Frisiæ Comitem. Is Theodoricus locum Hæcmundensem aliquando devote visitabat, B. Adalbertum venerandum Christi confessorem quem dilexit, oblationibus condignis, scilicet ornamentis pretiosis, terrarum redditibus, & aliis donis multiplicibus honorando. Anno vero Domini cIↃ. decimo septimo gravis bellorum tumultus extitit inter Adelboldum Trajectensem episcopum decimum nonum, & hunc Theodoricum Hollandiæ Comitem hac de causa: Quidam Comes Theodoricus Bavo dictus beneficiatus fuit juxta Bodegraven ab Adelboldo Pontifice ut Theodoricum Comitem Hollandiæ infestaret quotidiano certamine. Hollandiensis autem Comes cum eo bellum iniit, & hunc victoriose subegit, & a possessionibus suis violenter ejecit. Episcopus hoc ægre ferens & vasallum volens pristinæ ditioni restituere anno sequenti iterum Comiti Hollandiæ se opposuit. Cui Comes cum Simone fratre suo & coadjutoribus suis potenter occurrit, & eum bis in uno mense honorifice devicit, scilicet quinto Idus Julii & die xxIx. subsequenti, qui est quarto Calendas mensis Augusti. In his duobus bellis robur episcopalis exercitus maxime attritum est in occasione magnanimorum Principum, Comitum, militum, & plurimorum nobilium, quorum nomina in Cronicis scripta habentur. Theodoricus ergo Comes ex hac triplici victoria non tamen sine gravi dispendio suorum obtenta quam plurimum inanimatus proposuit recenter eodem anno in vindictam patris sui debellare Frisones occidentales, in cujus adjutorium Imperator Henricus cum Godofredo Duce Mosellanorum expeditos equites destinavit, sed campestri bello commisso quædam vox ab hemispherio ætheris horribiliter intonuit Fugite, Fugite, Fugite, & confestim Hol-

Hollandiæ populus ex formidine terrisonæ vocis pro magna parte cæsus est, & Godefridus Dux Mosellanus ibidem ab hostibus apprehensus, ab hostibus captus, & vinculatus est. Sic Comes perpendere potuit, quod unus & idem Deus est, qui exaltat & humiliat. Hic Theodoricus cum Hollandiam XLVI. annis potentissime gubernasset quievit in pace. Othildis autem Comitissa ad Saxoniam reversa est, quæ anno Domini CIↃ. quadragesimo tertio VIII. Calendas Martii ibidem tumulata est.

Epitaphium istorum trium Comitum Hollandiæ, ac duarum Comitissarum hic in pace quiescentium.

Theodoricorum tria corpora magnificorum
Hic sita sunt titulis quæque notata suis.
His Comitissarum sociantur membra duarum
Virtus & est quarum non celebranda parum.
Gena prior dicta, tum præcipue benedicta
Hildegarde suo digna legi titulo,
Ast Othildis erat tertia, dum fuerat,
Auro præclaram tabulam dum struxit ad aram,
Multimodis donis jure sequenda bonis.
Progenies horum mores imitare tuorum,
Quos cœli regio sumpsit ab exilio.

Anno Domini Dcccc. nonagesimo tertio XIII. Calendas Octobris obiit Arnulphus Comes Hollandiæ tertius filius Theodorici secundi Comitis a Frisonibus occidentalibus apud Winckel in æde occisus habens in uxorem Lutgardim filiam Theophani magnipotentis Imperatoris Græcorum, vel Constantinopolitani, sororem Theophanæ Imperatricis Græcorum, quæ scilicet Lutgardis obiit tertio Idus Maji, quorum corpora in hoc sepulcro pariter requiescunt. Hic Comes Arnulphus genuit ex uxore sua Theodoricum Comitem Hollandiæ quartum, & Siphridum Præsidem, qui & Sicco vocabatur. Cum vero iste Comes campestri bello in planicie pratorum de Winckel apud pagum Westfrisiæ cum Frisonibus occidentalibus paratus esset decertare, Hollandienses electi pugiles ardore sitis inæstimabilis illic nimis affligebantur, quoniam modicam aquam & eandem silvaticam ad potandum invenerant. Arnulphus autem pius Comes oratione præmissa locum sibi divinitus inspiratum indicavit, ubi fosso puteo recentis aquæ copiam magnam habuerunt. Interea Frisones cum magno strepitu ad præliandum se vertentes, Comes cum suis viriliter ac potenter eos insiluit, & bellum cum eis egit, sed fortuna adversante post stragem plurimorum aggravatum est bellum adversus Comitem, qui ibidem Deo

permittente pro Republica peremptus imo martyrizatus est, anno suprascripto, postquam Comitatui Hollandiæ quinque annis præfuisset. Accidit quodam tempore, quod cum in cœna Domini ad Hæcmundensem ecclesiam diversæ nationes catervatim advenerant, ut secundum antiquam consuetudinem generalis absolutionis gratiam ab Abbate perciperent, quædam ruina sarcophagi præfati Comitis ex antiqua vetustate rupta fuit, de qua virgula fumi velut ex aromatibus myrrhæ & thuris ad mensuram duorum cubitorum desuper exhalavit.

Epitaphium Arnulphi Comitis & uxoris suæ.

Gloria carnalis pernicibus evolat alis
Et quasi non fuerat cum moriente perit.
Hic Comes Arnulphus patriæ tutela sepultus
Expectat requiem judiciique diem.
Iste venustavit sancta hæc, locumque beavit
Terris, mancipiis, ædibus, ecclesiis.
Qui bis septenas Octobre rotante Calendas
Hostili gladio transiit e medio.
Laudibus & merito similis Lutgarda marito
Complexu fidei consepelitur ei.
Per Tauri sydus ternas Majus regit Idus
Dum Comitissa piis fungitur exequiis.

Obitus Syfridi Præsidis.

Circa annum Domini 1170. tricesimum nonis Augusti obiit Syfridus, qui & Sicco cognomine Præses & frater Theodorici Comitis Hollandiæ, qui cum uxore sua Thetburga nomine sub hoc lapide jacet tumulatus. Iste Syfridus pro salute animæ suæ obtulit Deo & S. Adalberto quamplures reditus annuales de patrimonio suo, & multa bona in diversis locis prope monastetium Hæcmundense sita. Uxor autem ejus inter continuas curialitates, quas fecit huic monasterio consimili modo contulit ad altare Beati Adalberti scrinium aureum cum aliis oblationibus devotis.

Epitaphium Syfridi Præsidis

Sæpe statu morum status immutatur honorum,
Quod Comes exegit quem lapis iste tegit
Sicco genus Comitum Comitatum ponit atratum
Dum quod amat sequitur se minor efficitur.
Sed fundis, servis, ærisque nitebat acervis,
Inferior solo Principe fratre suo.
Qui dum perpendit quo mundi gloria tendit
Juris multa sui tradidit huic domui.

Stirpa

Stirps de Siccone processit in hac regione
Florens divitiis, viribus, ingeniis.
Julius in Nonis tulit hunc ut conditionis
Cui sit vera quies perpetuusque dies.

Obitus Florentii Comitis quinti & Florentii Comitis Hollandiæ sexti duorum fratrum in hoc loco quiescentium.

Hic jacent sepulti duo fratres ambo Comites Hollandiæ, quorum prior sive primogenitus extitit Theodoricus Comes Hollandiæ quintus filius Theodorici quarti Comitis ac Othildis Comitissæ filiæ Ducis Saxonum. Iste Theodoricus Comes quintus dum quodam tempore exercitum adversariorum suorum per Dordracum transire prohibuisset, minus caute se custodiens ab inimicis ibidem latenter & inhoneste neci datus occubuit anno Domini CIↃ. XLVIII. Idibus Februarii, cum per spatium novem annorum Hollandiæ terminos gubernasset, cujus corpus Hæcmundæ devectum est, & in loco præsenti lugubribus exequiis tumulatum. Hujus possessio ad fratrem pervenit, quia nec uxorem neque liberos legitur habuisse. Occiso itaque Theodorico Comite Florentius frater ejus tunc Comes & Dominus ulterioris Frisiæ anno eodem Comes Hollandiæ sextus efficitur, ducens in uxorem Gertrudim filiam Hermanni Ducis Saxoniæ, de qua genuit Theodoricum succedentem sibi Comitem, & Florentium, qui in puerili ætate obiit, & in introitu chori ab australi parte jacet tumulatus, insuper & unam filiam venustatis eximiæ, Machtildem nomine, quæ præordinante gratia divina post obitum patris facta est Francorum regina. Iste Florentius vir bellicosus & strenuus ob honorem Dei sanctique Adalberti ac pro salute animæ suæ auxit bona hujus monasterii, sicut & antecessores sui, tam in reditibus quam in cæteris oblationibus & operibus pietatis. Quodam autem tempore anno scilicet Domini CIↃ. LXI. iste Florentius Princeps imperterritus ob vindictam fratris sui contra quosdam Comites superiores sibi adversantes validam expeditionem eduxit, quos omnes occisis plurimis triumphali laude subegit. Sed cum idem Comes victor de Bovilo revertitur ad propria, nimis confisus in virtute suæ fortitudinis obdormiret lassus apud Hamerts meridiano tempore sub ramis umbrosæ salicis, non bene custodiens se post victoriam, & militibus suis sub eo dispersis, ac ad mansiones suas reversis, ecce fugitivi, quos idem Comes paulo prius in bello devicerat inopinate supervenerunt, qui eundem cum multis armigeris condormientibus XIV. Cal. Iunii trucidarunt. Qui ad monasterium Hæcmundense honeste devectus in loco præsenti novissimam expectans

ctans tubam cum fratre suo jacet tumulatus. Is Florentius rexit Frisiam annis xxi i. & postea vero circa annum Domini c io. c. xxx. tempore Theodorici noni Comitis Hollandiæ, ac Dominos & quondam Comites de Ruve & de Arensburg longo tempore discordantes, ab Hermanno de Ruve tunc Comite fundatum est monasterium in insula beatæ Mariæ virginis pro anima ipsius Florentii in Hamerts occisi, & allati sunt ibidem monachi de Linden Præmonstratensis ordinis, qui sub monastica disciplina Deo devote servirent, & pro anima Florentii Comitis sanctis precibus exorarent:

Epitaphium istorum duorum Comitum Hollandiæ:

Ecce jacent fratres, regni spes, gloria patris,
Regni stirpe sati vermibus esca dati.
Bello magnificus prior horum Theodoricus
Hostibus in patriam jure negando viam,
Per capræ sydus dum Janus volveret Idus,
Cæsar erat fomes, quod cadit iste Comes,
Florens flos florum, Florentius alter eorum
Splendidus eloquio, viribus, ingenio.
Morte viri flendas quarto decimoque Calendas
Iunius axe gerit dum Comes ense perit.
Destructor mortis vitæ reparatio fortis
Raptos valle soli collocet arce poli.

Anno Domini c io. xci. xv. Cal. Iulii obiit Theodoricus Comes Hollandiæ septimus, sub hoc lapide sepultus, postquam huic Comitatui præfuisset annis triginta. Hujus etiam uxor Othildis nomine, filia Ducis Saxonum, hic penes maritum in eodem sepulchro est tumulata. Iste Theodoricus confirmavit privilegio speciali omnia jura & omnes donationes ab anteceſloribus suis antea monasterio Hæcmundensi traditas. Insuper dedit Dn. Stephano Abbari hujus loci quinto prece Othildis Comitissæ Alcmariensem ecclesiam cum multis decimis & reditibus apud eundem locum jacentibus, Donavit etiam privilegio patenti omnibus hominibus ad jus Hæcmundensis ecclesiæ pertinentibus firmam & securam libertatem pergendi cum bonis & negotiationibus suis sine aliqua exactione teloneorum per totum Hollandiæ Comitatum. Præfatus adhuc Princeps adjutorio vitrici sui Roberti Frisonis Comitis Flandriæ devicit gravi & memorabili prœlio Conradum Trajectensem episcopum xxi i. apud Yselmonde. Quo fugato destruxit funditus castrum ibidem a Trajectensibus ædificatum. Post hunc conflictum xv. pacifice vivens annis positus est ad

patres

patres ſuos, cujus anima requieſcat in pace, Amen.

Epitaphium hsjus Comitis

Viribus haud modicus ſitus eſt hic Theodoricus
Qui pulſus patria e ut redit in propria — e mox
Nam Dux gibboſus puero fuit inſidioſus
Sed Ducis interitus ſit juveni reditus.
Urbs Trajectenſis fulmen tremit ipſius enſis
Mortes multorum dum gemit omne forum.
Capto Pontifice Comes inclytus egit amice.
Non quod ut poterat ſed quod honoris erat.
Hoſtibus iſte gravis patriæ tutiſſima clavis
Quem decuere bene verba, ſtatura, genæ.
Juli quindenas te producente Calendas
Quæ Comitem rapuit mors lachrymoſa fuit.

Obitus Florentii Craſſi octavi Comitis hic quieſcentis.

Anno Domini M. c. xxi. vi. Nonas Martii obiit Florentius Craſſus Hollandiæ Comes octavus ſub hoc lapide ſepultus. Hic habuit in uxorem Petronellam filiam Theodorici Ducis Saxoniæ ſororem Lotharii Imperatoris, ex qua genuit tres filios Theodoricum, Florentium, Simonem, ac Hadewigem virginem. Iſta Petronella fundatrix cœnobii Sanctimonialium in Rynsburg, & ibidem in boreali parte chori jacet tumulata. Præfatus vero Comes Florentius dum vixit fuit vir gratioſus, pacificus, largus, magnus elemoſinarius, cunctis proficuus, & nemini nocivus, qui progenitores ſuos in potentia & divitiis anteceſſit. Hic pius Comes una cum legali conjuge ſua auxit cum largifluo affectu præbendas ac bona hujus monaſterii. Obtulit inter cætera bona ornamenta pretioſa ad ſervitium Dei apta, ſcilicet cappas quatuor, Dalmaticam excellentem, caſulam bonam, calicem argenteum bene deauratum, & ad ſcrinium Sancti Adalberti marcam auri puriſſimi & unum monile, ipſe vero in flore juventutis deceſſit ex hac vita, poſtquam annis triginta cum magna tranquillitate rexiſſet Hollandiæ Comitatum.

Epitaphium hujus Florentii.

O florens ſpecies lege, cerne, quod hoc cito fies,
Quod te res tumuli, forma docet tituli.
Floruit ut palma ſerie Florentius alma
Cultor juſtitiæ jura tuendo pie.
Duxerat uxorem claram Regiſque ſororem,
Ambo præclari, par bene juncta pari.

Larga manus dantis altare ſacrum venerantis
Donis non minimis, præcipue decimis.
Tempus ei pacis labor & victoria patris
Attulit optato ſub pede Martè dato.
Cum ſenas Nonas ſol Martis tempore donas
Contigit hanc lucem morte notare Ducem.

Obitus Theodorici Præſidis filii Theodorici noni Comitis Hollandiæ.

Hic jacet Theodoricus Præſes cognomento Peregrinus filius magnifici Principis Theodorici Comitis Hollandiæ noni. Hic duodecimus extitit & ante patrem obiit anno Domini CIↃ. C. LI, nono Calendas Ianuarii, cujus hoc eſt epitaphium:

Pompas mundanas animadvertens homo vanas
Quære quod eſt & erit, nam ſtatus iſte perit.
En caro glorifici duodennis Theodorici
Inſtar abit fumi, tabida putret humi.
Hunc Comitum nonus noſtrorum Theodoricus,
Spem patriæ genuit, ſpes ſimul itque ruit.
Iſte Calendarum Iani nono lachrimarum
Extractus puteo vivat in æthre Dei. Amen.

Obitus Theodorici noni Comitis hic ſepulti.

Anno Domini CIↃ. C. LVII. Nonis Auguſti obiit Theodoricus Comes Hollandiæ nonus, filius Florentii Craſſi, poſtquam Hollandiæ Comitatum XXXVI. annis valde ſtrenue gubernaſſet, qui ſub hoc lapide jacet ſepultus. Hic Sophiam venerabilem Dominam & ſanctam Ottonis de Rinegge Comitis Palatini filiam duxit in uxorem, quæ relicta omni frequentia cognatæ nobilitatis pro Chriſto exulans, poſtquam Iheroſolymis tertio eſt profecta, ibidem moritur anno Domini CIↃ. C. LXXVI. ſexto Calend. Octobr. & ad hoſpitale Teutonicorum ſepelitur. Genuit autem prædictus Theodoricus Comes ex ea filios & filias, videlicet Florentium Comitem Hollandiæ decimum, Baldewinum epiſcopum Trajectenſem viceſimum nonum, Theodoricum ejuſdem eccleſiæ Præſulem triceſimum primum, Theodoricum Præſidem, qui & Peregrinus appellatus eſt, & duodennis extitit, Ottonem Comitem de Benthem, Sophiam præclaram virginem poſtea in Rynsburg Abbatiſſam, Hadewidim Sanctimonialem ibidem, & Petronellam pulcherrimam Domicellam. Anno Domini CIↃ. C. XXXVIII. Theodoricus Comes Ieroſolymam peregre proficiſcens, & anno ſequenti verſus Italiam revertens Domini Papæ præſentiam adiit, ubi ſub annuali tributo quatuor ſolidorum Friſingenſis monetæ

Beato

Beato Petro tam Hæcmundenſe monaſterium quam Rynsburgenſe cœnobium obtulit, quæ ſui progenitores a fundamentis ſuperædificarunt, & regalibus prædiis honorifice dotaverunt. Dn. autem Innocentius Papa hujus nominis ſecundus ex tunc eadem venerabilia loca cum ſuis poſſeſſionibus habitis & habendis in proprietatem eccleſiæ Romanæ ſuſcepit, & ea cum ſpeciali libertatis & exemptionis privilegio communivit. Harbertus vero epiſcopus Trajectenſis XXVI. executor hujus gratiæ veniens ad Hæcmundam Apoſtolicum privilegium in eadem eccleſia legi fecit, & quantum in eo fuit per patentes ſuas literas roboravit.

Epitaphium Theodorici Comitis Hollandiæ

Collige vive cinis, quam ſit caro plena ruinis,
Quid ſit & ad quid eat, quam cito diſpereat.
Pandit honorifici Comitis caro Theodorici
Quis tibi ſit finis incinerande cinis.
Hic Comitum nonus patriæ Pater atque Patronus
Ingenio viguit victor ubique fuit.
Auguſti Nonis ſigno currente Leonis
Depoſuit quod erat, eſſe quod eſt videat.

Obitus Theodorici Comitis Hollandiæ undecimi hic ſepulti.

Anno Domini CIↃ. CC. III. pridie Nonas Novembris apud Dordracum obiit Theodoricus Comes Hollandiæ undecimus ſub hoc lapide ſepultus, cujus pater Florentius in Antiochia tumulatus eſt, mater vero Ada nomine Henrici Scotorum regis extitit filia. Iſte Theodoricus Comes inclytus duxit In uxorem Aleydim filiam illuſtris viri Theodorici Comitis de Clivo, de qua excellentis formæ ſuſcepit filias, videlicet Aleydim & Adam. Aleydis autem Henrico Domicello Gelriæ deſponſata fuit, Ada vero Ludovico Comiti de Loen contra voluntatem pene totius Hollandiæ populi, ſed conſenſu matris ſolummodo eſt conjugio copulata, unde quis tumultus, quantæ diſſenſiones, quanta rerum diſcrimina illis temporibus pro hoc conjugio totam Hollandiam occupaverunt, non facile poteſt exprimi. Nam præfatus Comes Theodoricus in extremis laborans queruloſa voce contriſtabatur de abſentia Wilhelmi Comitis Oeſtfriſiæ fratris ſui cognomento Sonderlant, quod de proviſione Comitatus cum ipſo ante mortem nihil egiſſet, aut certe quod unicam filiam ſuam nobilem Adam videlicet tutelæ ſuæ minime commendaſſet. Quam honorifice & bellicoſe iſte Theodoricus annis tredecim Comitatum ſuum rexerit geſta Dominorum Hollandienſium ſcire volentibus manifeſtant.

Epitaphium hujus Theodorici Comitis

Terricus jacet hic peperit quem filia Regis
Ada, Comes Comitem genuit Florentius istum.
Qui clausus tumulo virtutum pondere micans
Siccatur, meritoque doles Hollandia tantum
Amisisse virum, per quem suffulta labores,
Insidias, rapidos sopisti tuta tumultus.
Quem pietas, quem vera fides probitate magistra,
Virtutumque cohors tutum servavit inermem,
Solvitur in cineres corpus, solvitque tributum
Carnis, & antiquæ redit in primordia matris.
Hic binas Nonas volvente Novembre relinquens
Exilium mundi Sanctis conregnat in astris.

Hos versus continet lapis monumenti.

Hic Terrice jaces Comes & caro regia, mœstus
Morte tua populus; largus, discretus, honestus,
Et fortis bellator erat victisque modestus.
Milite pro tanto fundantur cum prece questus.

A D

AD
ANNALES
EGMUNDANOS
NOTÆ & OBSERVATIONES.

Spectatissimo, Amplissimo, & Consultissimo

VIRO

D. PETRO VAN DAM,

Societatis Indiæ Orientalis Consiliario Pensionario, rerum prosperos successus, valetudinem, salutem, & quicquid ultra in votis, fausta omnia & felicia.

Nobilissime, Amplissime, & Consultissime Vir

Cui inscriberem potissimum, quod commentatus sum ad Annales, qui in lucem jam primum prodeunt, & res non dicam Egmundanas sed Hollandicas vel inprimis perfundunt non levi luce, anxie circumspiciendum & operosius non fuit. Vetus admodum amicitia, insignis erga me affectus, ingens rerum experientia, & præclara tua eruditio, qua unus omnium optime de his quæ edidi judicabis, eo me perpulerunt, ut quicquid id tandem sit lubens, vir Amplissime, offerrem tuæ Amplitudini. Operæ pretium si placuerit me consecutum putabo, si inter tot curas, inter tot graves & laboriosas vigilias, quibus dies noctesque pro statu Indiarum, pro statu Societatis, cujus tam vastum per Orientem imperium, obsessus & impeditus es, ad hæc, quæ fessum & fatigatum nonnihil forsan recreabunt, animi interdum causa & si supersit quid nonnunquam temporis subsecivi, digneris advertere. Plura ut addam non necesse est. Vale Nobilissime & Amplissime Vir. Affatim Deus Amplitudini tuæ & perpetuum benedicat, ætati ætatem addat, & Illustri Societati, qua nil majus Sol aspexit, imo patriæ & Reipublicæ salvum diu te præstet. Vovet sic, sic optat (& faxit utinam ita Deus) qui virtutum tuarum cultor & admirator non e paucis, qui tuus totus & ex asse,

ANTON. MATTHÆUS.

Lugduni in Batavis
Propridie Kal. Januar.
Ann. CIↃ. DC. XCII.

AD
ANNALES EGMUNDANOS
Notæ & Obſervationes.
Ad libri princ.

Regalium Abbatum. Regales non alii, quam qui omni epiſcopali juriſdictioni exempti præter Papam & Principem ſuperiorem non agnoſcunt. Caroli Calvi charta apud Baluzium in *append. ad Capitul. n.* 61. *Et poſtmodum veniens in memorati genitoris præſentiam prædictum monaſterium contulit, ut ſub defenſione atque mundeburdo piiſſimi genitoris noſtri conſiſteret, & perpetuo ibidem monachi famularent, ita ut nullius ditioni ſubditi eſſent, niſi ſolius Dei, & ſemper ſub defenſione atque immunitate Regis conſiſterent.* Duplicia hinc monaſteria exempta & non exempta. Exempta etiam Regalia, Imperialia, libera, βασιλικά, ut apud Conſtantin. de *adm. imp. cap.* 20. ἀυτεξούσια, ἀυτοδέσποτα, acephala, autocephala. Sed acephala ab epiſcopis, qui oderant exemptiones, potiſſimum olim dicta. Synodus Pariſienſis apud Ivonem *p.* 6. *Tales Acephalos, id eſt, ſine capite priſcæ eccleſiæ conſuetudo nominavit.* Albert. Abbas Stadenſ. *ad Ann.* 1051. Anaſtaſ. Biblioth. *de vit. Pontific. in Dono.* Ut dixi, nihil his cum epiſcopis, jugo omni epiſcoporum (& hinc libera etiam dicta) & poteſtati exempta. Goffridus Abbas Vindocinenſis 1. *epiſt.* 18. *&* 29. *&* 2. *epiſt.* 7. 9. *&* 27. Clodovei II. charta apud Chifflet, *diſſert. de ann. Dagobert. cap.* 6. Innocent. VIII. in charta, quam Michael Germanus habet in *probat. hiſt. monaſt. Sueſſion. ad Ann.* 1490. Boſquet. *ad Innocent.* 3. *epiſt.* 7. Miræ. *don. Belgic. lib.* 2. *cap.* 45. *& diplom. Belg. cap.* 5. *& ibid. p.* 35. *in fin.* Baluz. 2. *miſcell. p.* 147. *& p.* 189. *& ſeq.* Brouwer. *antiq. Fuldenſ. lib.* 3. *cap.* 8. Heda *in Heribert.* Debebant Principi tantum dona, interdum dona, & orationes, interdum tantum orationes, interdum ſimul militiam, & dona, & orationes, Abbateſque & ad militiam & ad ſerviendum *Regalitati* obſtricti, ut eſt in diplomate Henrici Imperatoris, quod habet Ducheſne *in hiſtor. Limburgenſ. p.* 29. Catalogum habet Sirmondus ad *to.* 2. *Concil. Gall. p.* 785. Sub ſummi Pontificis & ſub regia tuitione terrirorium univerſum, vel quæ phraſis occurrit etiam, in *mundio Palatii.* Lex Longobard. *lib.* 3. *cap.* 19. *Monaſteria virorum ac puellarum, quæ in mundo palatii*

Chronicon Senonienſe *cap.* 16. *Sed quia idem monaſterium ſicut & alia circumjacentia imperio Romano ſubiacebant, & in expeditione Imperatoris armatorum cuneos de ſa-*

re mittere solebant, præliis crebrius innovantibus ecclesiæ miserabiliter opprimebantur.

palatii esse noscuntur &c. Add. Goffrid. Vindocin. 2. epist. 11. Alteserr. 1. rer. *Aquit.* 8. Biblioth. Sebusian. 1. *cap.* 67. Capitulare apud Baluz. Ann. DCCC. XIX. *cap.* 5. Dicta etiam alodia & patrimonium B. Petri. Abbates alodiarii. Vid. Sirmond. *ad Goffrid.* 1. *epist.* 2. Qui & ipsi summi judices episcopo debebant nihil. Nec jus ei visitandi, nec ibi missam cantandi, nec quicquam pro imperio imperandi, agendi, & si forsan visitaret permittente id conventu, nec procurationem, nec annonam, nec quid aliud petendi, nisi cautum sic expresse, & nisi forsan ea lege exemptio olim facta, *cap.* 11. *&* 16. *ext. de præscript. cap.* 14. 17. *&* 24. *ext. de censib.* Charta apud Chiffletium in *probat. hist. monast. Trenorcienf. p.* 441. *& seq.* Gregor. Papa 7. *epist.* 18. Fr. Florens *jur. Can. diff.* 4. Facta enim plerumque hæc episcopi consensu, & nisi dato aliquo vel promisso, nisi certis pactionibus consensum hic accommodabat vix. Fr. Florens *jur. Can. diff.* 2. Exempla siquis quærat suppeditabit Miræus *Cod. piar. don. cap.* 56. 73. *&* 78. Add. Luc. d' Achery ad Guibert in not. p. 607. Quod si forte ab episcopo impetrari non posset impetranda aut a Principe aut a Summo Pontifice, *cap.* 17. *ext. de præscript. cap. ex ore ext. de privil. & excess.* Et sic exemptio fiebat eo etiam invito, *cap. auditis ext. de præscript.* Ioannis VIII. Papæ charta in *Probation. hist. monaster. Trenorcienf.* apud Chifflerium *p.* 224. *& seqq.* Caroli Simplicis & Ludovici Transmarini chartæ apud eundem *ibid. p.* 273. *&* 278. Paschalis II. apud Luc. d' Achery ad Guibert. *in not. p.* 589. *&* 607. Calixti II. apud Miræum 2. *don. Belg.* 37. Ottonis Cæsaris II. apud Maderum in *antiq. Brunsvic.* In Anglia olim frequens. Viginti novem Abbates & quatuor Priores sic exemptos Spelmannus refert ex actis publicis *glossar. in voce Abbates.* Exempla etiam in Gallia & varia habet Juretus ad Ivon. *epist.* 38. *&* 195. Ingens autem hic effectus. Plerumque enim episcopi abutentes potestate bonis tantum inhiabant, & visitandi prætextu cum equitatu numeroso advenientes dissipabant facultates, pecuniam, & annonam monasterii. Imo & violenter diripiebant nonnunquam. Quæ & causa præcipua cur exemptio impetrata. Concil. Toletan. 4. *can.* 21. *Nuntiatum est præsenti concilio, quod monachi episcopali imperio servili operi mancipentur, & jura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione usurpentur, ita ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam servitutemque deveniat.* Tho. Cantipratan. *apum lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 2. Luc d'Achery *ad epist. Lanfranc. cap.* 29. Iac. du Breul ad Aimoin. 3. *hist.* 2. Exemptio emancipatio etiam. Etiam manumissio. Et exempti emancipati. Bertold. Constantiensis ad Ann. 1093.

Charta Wilhelmi episcopi Trajectensis Ann. 1057. *Duas*

Idem-

Idemque monasterium in possessionibus centum pene mansis melioravit, steque melioratum & de sua potestate emancipatum S. Petro sub jure tributario contradidit. Bernard. *de consider. lib.* 3. *& epist.* 42. Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 73. 78. *&* 93. Nec mirum. Non exempti in episcopi potestate. Cujus etiam si peccassent cognitio, coercitio, *c. de persona* 11. *qu.* 1. *c. hoc tantum, c. Abbates c. monasteria* 18. *qu.* 2. Concil. Aurelian. 1. *cap.* 2. Lex Longobard. *lib.* 3. *tit.* 8. Anonym. apud Pistorium *de Landgrav. Thuring. cap.* 43. *Anno Domini* 1232. *Sifridus Archiepiscopus Moguntinus a monasterio Reinsburn aliquam summam pecuniæ extorquebat. Et quia Abbas dare recusabat ipsum pœnæ gravioris culpæ subjecit, & in Capitulo in Erffordia Canonicorum S. Mariæ tribus diebus disciplinam recepit. Ultimo vero accidit, quod Conradus Landgravius Thuringiæ frater Heinrici casu veniens Erffotdiam, & Missam audiens in ecclesia beatæ Mariæ hora illa, dum prædictus Abbas deberet se præsentare ad disciplinas. Et nudus in superiori parte corporis virgas in manibus bajulans intravit &c.* Gesta Abbat. Autissiod. *cap.* 18. Vadian. 1. *rer. Alamann. p.* 20. Bosquet. ad Innoc. 111. *lib.* 1. *epist.* 7. Altesert. *ad cap. quanto ext. de offic. jud. ord.* Monasterium si exemptum Abbatem Princeps constituebat, aut si monasterium in quo electio habebat locum facta hæc expetito prius Regio consensu. Car. du Fresne *glossar. in Monasteria.* Contra episcopo inconsulto, si non exemptum, non facta. Omnis Abbas consecrandus & ab episcopo consecrandus. Sed exemptum non necesse, ut consecraret episcopus, in cujus is diœcesi, Possin. *gloss. ad Pachymer. p.* 383. Quivis recte id faciebat & cujusvis provinciæ, ut quivis recte in cœnobio consecrabat altaria, chrisma, oleum, & ejusmodi. Infr. *cap.* 85. Chron. *mont. Seren. p.* 85. *pr. & p.* 91. Vita S. Udalrici *cap.* 25. *in fin.* Et ut verbo addam consecrabat Pontificali ornatu qui consecrabat ut moris. Sed eo extra eum casum, quod jam rursum notandum, non licebat intrare ei locum exemptum. Guilielm. de Nangis de gestis Philippi Tertii apud du Chesne *to.* 5. *hist. p.* 525. Exemptio si impetrata non cessatum a sacris diœcesi ab episcopo supposita interdicto. Cessatum ad fulmen tantum Summi Pontificis. Goffrid. 2. *epist.* 9. *Famulos nostros asseritis vos excommunicasse, quod valde miramur, cum in loco nostro nulli episcopo nisi soli summo Romano Pontifici excommunicare seu interdicere liceat, vel quamlibet potestatem vel dominationem exercere.* Proximus hic ut vocant exemptorum Superior, *can. nulla dist.* 93. Nec invito eo qui exemptus potest aut abdicare se, *cap. ult. ext. de renunc.* aut compromittere de exemptione *cap. cum tempore ext. de arbitr.* aut privilegium exemptionis cum effectu abjicere *cap. cum dilectis ext. de religios. domib.* Altesert. *ad cap. cum venerabilis*

ecclesias pertinentes ad episcopatum Trajectensem &c. has idem D. Balduinus emancipavit & liberas reddidit ab omni servitio episcopali, quod debebant vel sibi vel suis successoribus &c.

Civiliter etiam hac in parte necesse est habeant se exempti. Indignum existimatur, si quem tempore interdicti in casibus non concessis,

bilu ext. de consuet. Id episcopis tantum datum, ne durante interdicto, ut nonnullis in more, apertis januis sed clausis, nec alta voce, sed submissa, & non pulsatis campanis ejectis excommunicatis sacrorum fieret λειτουργία c. *cum inter ext. de consuet. c. terrarum ext. de privil. c. ex frequentibus c. alma mater ext. de sent. excomm. in 6.* Vid. diploma quod Loureshamensi coenobio concessum in Chronico Laureshamensi *in fin.* quod concessum Ann. 1239. monasterio Trenorciensi apud Chifletium in *probat. hist. monast. Trenorciens. p.* 466. quod Majori monasterio in diœcesi Suessionensi apud Luc. d'Achery ad Guibert. *in not. p.* 589. Fr. Flotens *tr.* 4. *ad decretal. tit. de consuet.*

ut siquis publice excommunicatus, aut usurarius manifestus, in cœmeterio sepeliant *clem.* 1 *ext. de sent. excomm. cap. cum & plantare* §. *excommunicatos x. de privil. c. episcopum eod. tit. in* 6. Alteserr. *ad clem. eos qui x. de sepult.*

Circumeuntibus ut dixi diœcesin nihil datum, nec circada, nec procuratio, nec tectum, nec annona, nec pabulum, nec quid aliud. Bosquet. ad *Innocent. 2. epist.* 18. Multo minus cathedraticum, quod in signum subjectionis alioquin solvendum, & solvendum quotannis. Car. du Fresne glossar. *in Cathedraticum.* Et nec solemni processione ingressi locum exemptum, nequa uspiam extaret subjectionis suspicio, ab Abbate recepti. Matth. Paris ad Ann. 1163. *Eodem anno Clarenboldus benedictionem a Thoma Cantuariensi Archiepiscopo accipere quærebat, sed in sua ecclesia, & sine processione, ut suspicio subjectionis in posterum prorsus adempta esset.* Non exempti edebant professionem Antistiti, professionem scilicet obedientiæ, reverentiæ, & subjectionis. Formula est in *cap. ne Dei ecclesiam ext. de Simonia: Ego frater Abbas Cistercienſis ordinis subjectionem, & reverentiam, & obedientiam a sanctis Patribus constitutam secundum regulam S. Benedicti tibi Domine episcope tuisque successoribus canonice substituendis, & S. Sedi Apostolicæ salvo ordine meo perpetuo me exhibiturum promitto.* Alia apud d'Achery est ad Lanfranc. *in not. p.* 370. Aliæ apud Usserium in *syllog. epist. Hibernic. in fin.* Juratus etiam edebat reliquiis tactis aut signo crucis. Arnulfus Lexovienſis ad Abbatem S. Ebrulfi: *Nosse siquidem debes in eo qui religionem professus est inobedientiam crimen esse, ipsumque ad exactissimam diligentiam teneri, qui obedientiam Prælato suo viva voce & scripto, juramento etiam corporaliter interveniente, adhibita salutiferæ crucis impressione signavit.* Exempti non edebant, nec ut ederent necesse. Pulsus olim a monachis Guilielmus Abbas S. Germani de Pratis quod benedictionem ab episcopo suscipiens professionem fecisset. Continuator Aimoini *lib.* 5. *hist. cap.* 51. Benedictio necessaria, sed exempto eam Antistes præstabat etiam invitus. Si moraretur, si nollet, a Papa ut benediceret etiam poterat compelli, *cap. monasterium ext. de accus.* Synod. Ticinens. apud Canis. *to.* 5. *antiq. lect. cap.* 18. Strauch. 2. *amæn. jur.*

jur. Can. cap. ult. in fin. Necessaria autem, quod electo faciendi quæ sunt ordinis potestatem tribuebat, ut officia ecclesiastica & tonsuram conferendi. Priusquam enim benedictus id Abbati non licet. Quod seculare est ei licet. Revera enim Abbas etiam antequam benedictus. *cap. cum contingat extr. de ætat. & qual. & ord. præf.* Gloss. *in clement. attendentes ext. de stat. monach.* Ostiens. & Jo. Andreas *in cap. tuam ext. de æt. & qual.* Oldrad. *cons.* 14. Fr. Florens *ad decretal. tr.* 4. p. 197. Alteserr. 2. *ascetic.* 15. Alia etiam benedictio. Alia installatio, inthronizatio &c. Installatio a stallo. Stalli sedes in choro spondis invicem distinctæ. Innocentius III. 2. *epist.* 54. *Cum olim de præbenda Tullensi canonice investitus stallum in choro & vocem in Capitulo non haberes.* Add. Herbert. *de miracul. lib* 3. *cap.* 4. Petr. Vallisarnens. *hist. Albigens. cap.* 4. Sed ne eo quidem nomine quod deductus in stallum exemptus quicquam solvit. *Inthronisticum* id dicebant. Ἐνθρονιαστικὸν Imp. vocat *nov.* 123. *cap.* 3. *cathedraticum* Julianus nov. 115. cap. 42. *Relevium*, ἐισδεκτικὸν alii. Selden. ad Eadmer. *p.* 154. Nonnunquam quidem datum quid, palafredus, aut pastus, aut cappa serica, aut quid aliud. Sed extortum potius quam datum. Aut si forsan non extortum Simoniacum tamen prorsus & totum facti tamen fuit. Severe etiam vetitum decretis Pontificum *d. cap. ne Dei ecclesiam.* Vid. Innocent. III. 1. *epist.* 104. *&* 2. *epist.* 18. 207. *&* 366. Alteserr. 2. *ascetic.* 15. *in fin.* Siquid fiscus extorsit id similiter tantum facti Et ipse & omnis familia ejus, nisi aliter convenisset, cum exemptio primum facta, ut & quivis de monasterio, immunis a pontatico, navatico, cespitatico, rotatico, salutatico &c. Vid. *gloss.* Dn. du Cagne & apud Chiffletium Caroli Calvi, Ludovici Balbi, & Caroli Simplicis diplomata pro monasterio Trenorciensi *p.* 214. 229. *&* 273. Fateor interdum datum quid, sed datum respectu parochialium ecclesiarum, quæ monasterio subjectæ. Nam & evenit ut monasterium in capite quidem liberum, sed in membris non item, *cap. sane c. cum Capella c. ex ore ext. de privil. & excess. privil.* Innoc. III. 2. *epist.* 7. *&* *seq.* *&* 1. *epist.* 129. Pro exemptione etiam scio recognitio quædam data. Sed signum id exemptionis. Nec episcopo tantum data, sed & Regi aut Principi. Ratpert. *de orig. & casib. mon. S. Gall. Et in eadem carta conscribi jussit regis dona sibimet ipsi secundum consuetudinem aliorum monasteriorum securitate præditorum quotannis ventura, id est, duos caballos & duo scuta cum lanceis.* Idem *cap.* 6. *Excepto quodam censu, quem de monasterio ad episcopatum persolvi debere singulis annis, hoc est, unum equum & unam unciam auri &c. carta asserebat.* Miræ. *Cod. piar. don. cap.* 93. Nam hi tantum qui eximebant

Nam & olim Abbatiæ Abbatiis subjecti, & quod mireris interdum etiam ipsi episcopatus. Tho. Cantipratan. *apum lib.* 1 *cap.* 20. *in fin. Venienti autem mox a Papa præcipitur, ut regimen Abbatiæ montis Cassini susciperet, quæ utique maxima erat in totius Apuliæ & Campaniæ parti-*

bant Episcopus, Papa, Princeps. Sed episcopus qui tenacior non semper quem eximebat eximebat in totum. Interdum tantum pro parte *c. dilectus ext. de capell. monach. c. cum ex ore ext. de privil. & excess. privil. c. cum contingat ext. de decim.* Etiam pactionibus nonnunquam extortum quid. Sæpe iis expressum quoties jus visitandi esset, quando missam dicendi, & an dicendi potestas etiam tempote interdicti, quid ex mulctis, ex oblationibus, Antistiti cederet, quid Abbati, *can. Eleutherius* 18. *pr.* Chronic. Beccense ad Ann. 1174. Heda *hist. Ultraj.* p. 140. & 145. Gregor. 6. *epist.* 12. Miræ. *Cod. piar. don.* 45. & 50. Fr. Florens *tr.* 4. *ad decretal.* p. 150. Alteserr. *ad d. cap. auditis.* Nonnunquam temporis præscriptio etiam aliquid hic effecit. Præscripsit jura episcopalia interdum Abbas quoad quædam, quoad quædam non item *c. cum olim ext. de præscript.* Stricti juris præscriptio est, nec plus præscriptum quam possessum. Alteserr. *ibid. & ad cap. cum dilectus ext. de capell. monach.* Add. Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar.* p. 66. Discrimen etiam non leve utrum Princeps an Papa eximat. Quod Princeps spectat, cum eximit, jurisdictio est temporalis. Et hæc datur tum Abbati & in res & in personas quæ ditionis monasterii. Alteserr. *ad d. cap. cum auditis ext. de præscr. & r. rer. Aquit.* 1. Quod Papa, ecclesiastica est. Et hic juri episcopali tantum eximit siquem eximat. Sed plerumque hæc concurrebant. Beka in Herbert. episcop. *in fin.* Exemptus quis an non exemptus etiam habitus declarabat. Territorium autem cruces. Sacer bannus etiam dictus. Innocent. 111. 2. *epist.* 127. & 3. *epist.* 124. Bosquet ad Innoc. 2. *epist.* 105. Crucis fixio σταυροπήγιον. Possin. *gloss. ad Pachymer.* p. 415. Cappa ei qui exemptus aquila imperiali insignita & acu picta. Ekkeard. Iun. *de orig. & casib. mon. S. Gall. cap.* 5. *ut mos nobis est cappa illa aquilifera indutus &c.* Ibid. *cap.* 10. *S. Galli locus imperialis libertatis quum sit, meique regiminis, immunitatis privilegio pollet &c.* Sed exemptio an impetrata dubitari non potuit. Nam in promtu diploma, quo recognitio etiam inter cetera quæ debebatur expressa. Paschalis 11. charta apud Baluz. 2. *miscell.* p. 191. *Ad indicium autem perceptæ a Romana ecclesia libertatis solidos quinque denariorum Lucensium quotannis Lateranensi palatio persolvatis &c.* Add. p. 192. Solvebat solidos duodecim Abbas Cluniacensis sed quinto quoque anno. Auriliacensis quotannis. Vindocinensis similiter. Chronic. Auriliac. apud Mabillon. 2. *analect* p. 238. Alteserr. *lib.* 8. *rer. Aquit. cap.* 10. Quatuor quotannis solvebat Abbas Rynsburgensis. Quatuor item Egmondensis. Auctor expresse *cap.* 24. & *Chron. Holl. lib.* 17. *cap.* 16. Ren. Snoyus. *lib.* 6. *rer. Batav. in Theod.* VI. Beka *in Herbert. episcop. in fin.* Boxhorn. *theatr. urb.*

bus Prælatura. Septem enim episcopatus illius Abbati subjacent, qui & ipse Pontificale officium in omnibus administrat. Souchet. *ad vit. S. Bernard. Tiron. cap.* 52. *p.* 314.

urb. Holl. p. 220. Byzantium unum Hirſaugienſis. Alteſerr. 3. *diſſ.* 11. Unum aureum Anhauſienſis, ut in Bulla Papali, quæ eſt apud Conring. *cenſ. diplom. Ludov. cap.* 9. *in fin.* Alii aliud ſolvebant. Vizeliacenſis Abbas quotannis libram argenti. Sirmond. *ad Goffrid.* 1. *epiſt.* 9. Chron. Vizeliacenſ. apud d' Achery *to.* 3. *Spicil. p.* 461. Montis Sereni aut unum aureum aut fertonem argenteum. Chronic. Montis Seren. ad Ann. 1127. Simigienſis fertonem auri. Innoc. III. 1. *epiſt.* 109. *Ferton* vox Germanica eſt. Idem *Ferton* ſeu *Verton*, nam & ita ſcribunt, quod *ein virthiel.* Quarta pars erat marcæ, & denarios Hungaricos faciebat quatuor & octoginta. Sambuc. *in Indice voc. Pannonic.* Guntherus *hiſt. Conſtantinop. cap.* 8. *Perſolvebat nummum aureum, qui propterea vocari ſolet* Ferthoni, *id eſt, quartæ parti unius marcæ æquivalens.* Add. Paralipom. Abbat. Urspergenſ. *p.* 282. Bangert. *ad Arnold. Lubecenſ.* 7. *Chron.* 12. Et levis cenſus hic præ eo, quem alioquin ſi non exempti debebant epiſcopo, de quo vid. Innoc. 2. *epiſt.* 20.

Paulo latius deduxi hæc, ut conſtaret cujuſmodi olim Abbas Egmundenſis, & cur dictus Regalis, item Regius, ut ſupra *cap.* 68. Regalis non tantum ipſe, verum etiam eccleſia, ut Regalis alibi etiam dicta eccleſia Altinenſis in charta Ann. 1281. Regalis an exemptus utrum dicas nihil refert. Chronic. Andrenſe apud d' Achery *to.* 9. *Spicil. ad Ann.* 1232. *Deinde Regalia & exempta monaſteria per totam Galliam & Angliam per Ciſtercienſes & alios viſitata, &c.* Quod Regalibus prædiis dotata eccleſia Egmondenſis quod exempta jam dixi. Vid. *infr. cap.* 24. Bekam in *Herbert. in fin.* Quod Abbati juriſdictio, & quod utraque juriſdictio, eccleſiaſtica & ſecularis, paſſim & ad oculum hi Annales oſtendunt. Verum rixis & controverſiis inter Dominum de Egmont & ipſum perpetuis juriſdictio ſecularis & temporale Dominium, poſtquam diu diſceptatum, ſententia arbitrorum, in quos a partibus compromiſſum, ei tandem ablata Ann. 1437. Vid. *ſupr. cap.* 74. *& ſeqq.* Dominium Advocatia olim, ut ex Annalibus his patet. Olim tantum Advocati, qui poſtquam præpotuerunt Domini, & ex Dominis dein Comites de Egmont. Nam Dominium in Comitatum erexit Maximilianus Rex Ann. 1486. Diploma habet Bockenbergius in *Dynaſt. Egmond. p.* 147. Sed cum anguſtis eſſet terminis circumſcriptus hic Comitatus Maximilianus ſequenti anno rogatu Comitis eum auxit codicillis hujuſmodi.

Maximiliaen *by der gratie Godts Roemſch Coninck altyt Vermeerder s'Ryck ende* Philips *by der ſelver gratie Eerts-Hertogen van Ooſtenryck, Hertogen van Bourgoingen, van Lothryck, van Brabant, van Limburch, van Lutzenburch,*

burch, ende van Gelre, Graven van Vlaenderen, van Bourgoignen, van Tirol, van Artois, van Bourgoignen, Palatynen van Henegouwe, van Hollant, van Zeelant, van Namen, ende van Zutphen, Marcgraven des Heylichs Rycx, Heeren van Vrieslant, van Salins, ende van Mechelen, doen condt enen ygelick tegenwoordich ende toekomende, dat van wegen onsen lieven ende getrouwen Neve Johan Grave tot Egmont, Heere tot Baer es ons vertoont geweest, hoe dat wy Coninck overmerckende die groote getrouwigheyt, sijne loflicke ende Ridderlycke feyten wesende in sijnen persoon, ende omme hem in sijne loflycke ende deuchdelycke wercken in eere ende oorboirlicheyt te vergelden in tegenwoordigheyt van eenige van onsen bloede, van onsen grooten Raede, ende groote menichte van Prelaten, Graven, Baenreheerten, Ridderen, Edelmannen, ende Knechten van onse Landen ende Heerlycheden hieromme voor ons geroepen ende vergadert, ende by goeden ende rypen Rade ende deliberatie hier op gehadt, hebben die voersz. Heerlicheyt van Egmondt, die van ouden tyden ende tot hier toe is ende geweest heeft een oude Baner ende Baenrods stamme ons lands ende Graefschaps van Hollant verheven ende geerigeert in een Graeflicheyt ende van der selver Graeflicheyt Grave gemaeckt onsen voersz. Neve, gelyck dese saecken breeder begrepen ende verclaert staen in onse opene besegelde brieven daer op geexpedieert, Nu ist waer dat de voorsz. Graeflicheyt van Egmont van cleenen begrype ende bevange is, luttel versien ende verciert van ondersaten, toebehoorten, ende appendentien, mits welcken onsen voersz. Neve ons neerstelycken gebeden ende versocht heeft, gemerckt dat ons gelieft heeft de voorsz. Graeflicheyt van Egmont so heerlick te verheffen, ons oock believen wille om die noch meer te vercieren ende te vermeerderen in eere, in machte, ende nutschappen, daer aen te voegen, vereenigen, ende aen te vestigen die Stede ende Slot van Purmereynde met sijnen aencleven ende toebehoorten, mitsgaders twee Dorpen, t'een geheten Purmerlandt ende t'ander Ylpendamme geheel ende al toebehoorende den voersz. Grave van Egmont, uytgesteecken die hooge justitie, die ons als Grave van Hollant aldaer toebehoort, hem oock deselve hooge justitie te willen gunnen ende geven in de voersz. Stede, Landen, ende Prochyen van Purmereynde, Purmerlant, ende Ylpendamme, ende voort te bevryden alle inwoonende ende ondersaten van de voersz. Heerlicheyt ende Graeflicheyt van Egmont, ende van den toebehoorten ende annexen ven diere, mitsgaders heur goeden, waren, ende Coopmanschappen van allen onsen tollen ende tolrechten van alle onsen Landen ende Heerlicheden, ende te vestigen ende confirmeren alle de privilegien ende vryheden, die der voersz. Graeflicheyt van Egmont met heur toebehoorten, Heerlicheden, ende annexen by onse Voorvaderen gegeven ende geconsenteert

hebben

hebben geweeſt, ende mits by ons doende ende accorderende t' gunt dat voerſz is die voerſz. Heere van Egmont preſenteert ende ſal te vreden ſyn die voerſz. Graefliceyt, die tot nu toe gehouden ende verheven is geweeſt van den Abt van Egmont, voortaen by hem, ſynen erven ende nacomelingen, Graven ende Gravinnen van Egmont te houden, te verheffen, en te verlienen tot ewigen dagen van ons, onſen erven, ende nacomelingen Graven ende Gravinnen van Hollant in ſulcker vryheyt ende manieren als onſe voerſz. Neve ende ſyne voorſaten, Heeren off Vrouwen van Egmont, deſelve Heerlicheyt van Egmont van den voerſz. Abt van Egmont tot nu toe gehouden hebben, ende den ſelven Abt te doen ſcheyden ende afgaen van alſulcken Leenrecht ende ander, als hy aen de voerſz Heerlicheyt van Egmont hebben mach, Waeromme wy Maximiliaen *ende* Philips *overmerckende de ſaecken voerſz en begeerende de voerſz Graefliceyt van Egmont te vercieren ende te meerderen in eere, in machte, ende in nutſchappen hebben aen t' ſelve Graefſchap gevoecht, vereenicht, aengeknoopt, geincorporeert, voegen, aenknoopen, ende incorporeren mits deſen tot ewigen daghen die voerſz Stadt ende Slot van Purmerende met ſynen aencleven ende toebehoorten, mitſgaders de voerſz twee Dorpen Purmerlant ende Ilpendamme toebehorende den voerſz Grave van Egmont, ende hem gegonnen, gegeven, ende overgedragen, gonnen, geven, ende overdragen mits deſen de hooge juſtitie, die ons in de voorſz twee Dorpen tot nu toe toebehoort heeft, om by onſen voerſz Neve, ſynen erven ende nacomelingen, ofte ſaecke van hem hebbende, Graven ende Gravinnen van Egmont, te hebben ende te houden de voorſz Stede ende Slot van Purmereynde, ende oock de voerſz twee Dorpen by ons gevoecht ende geannexeert totter voerſz Heerlicheyt ende Graefliceyt van Egmont, ende van als te gebruycken een eynlicke ende geheele Heerlicheyt ende juſtitie als van ſaecken hem toebehoorende, gelyck hy gedaen ende heeft mogen doen van de voerſz Heerlicheyt van Egmont met heur toebehoorten, ſonder dat wy in de ſelve Graefliceyt ende Dorpen voorſz yet gehouden ofte gereſerveert hebben tot ons, onſen erven, ende nacomelingen, Graven, ende Gravinnen van Hollant, Zeelant, Heeren ofte vrouwen van Vrieſlant, dan alleenlyck t'leen, manſchap, reſſort, ende opperheyt aldaer, ende voort uyt onſer breeder gratie hebben gevryt ende gelicht, vryen, ledigen, ende houden quyte tot ewigen daghen voor ons ende onſen voorſz erven ende nacomelingen alle de inwoenende ende onderſaten van de voerſz Graefliceyt van Egmont, ende heuren nacomelingen, die heur reſidentie ende woonſtede houden ende woonachtich weſen ſullen binnen der ſelver Graefliceyt, mitsgaders alle heur luyder goeden, waren, ende coopmanſchappen van allen onſen tollen ende tolrechten binnen onſen Landen ende Heerlicheden, Ende noch boven deſen heb-*

ben wy geconfirmeert ende geveſticht, confirmeren ende veſtigen mits deſen onſen brieve alle de privilegien, vryheden, ende liberteyten hier voortyts by onſen Voorvaderen ſaliger gedachten geconſenteert der voerſz. Graeflicheyt, Lande, ende Heerlicheyt van Egmont, den Landen ende Heerlicheyt daer aen geannexeert ende gevoecht, ende den Inwoenenden der ſelver, daer af ſy deuchdelyck gebruyekt ende geuſeert hebben, Behoudelyck dat den voerſz. Grave van Egmont, ſynen erven ende nacomelingen, Graven ende Gravinnen van der ſelver Graeflicheyt gehouden worden voortaen tot euwigen daghe deſelve Heerlicheyt van Egmont geerigeert ende verheven in een Graeflicheyt te houden in een enckel leen, ende die te verheffen ende verlienen van ons ende onſen erven ende nacomelingen, Graven ende Gravinnen van Hollant, Zeelant, Heeren ende Vrouwen van Vrieſlant, in der voegen ende manieren, ende oock in ſulcker vryheyt, als die altyts te voren gehouden, verheven, ende verlient is geweeſt van den voorſz. Abt van Egmont, ende den ſelven Abt als nu te doen ſcheyden ende afgaen van allen rechten, die hy daer aen hebben oft pretenderen ſoude mogen, ende daer off te vercrygen ſyne opene geſegelde brieven in goeder ende deuchdelycker formen, om die bewaert te weſen in onſe Camere van de Reeckeninghe in den Hage in Hollant tot profyte ende behoeve van ons ende onſen voerſz. erven ende nacomelingen Graven ende Gravinnen van Hollant, Zeelant, Heeren ende Vrouwen van Vrieſlant, Ontbieden daerom ende bevelen onſen hard-lieven ende getrouwen Ridder ende Cancelier die Heere van Thambans ende van Sorre, onſen lieven ende getrouwen, die andere luyden van onſen grooten Rade neffens ons weſende, de Gecommitteerden van onſe Domeynen ende finantien, den luyden van onſe Cameren van Reeckeninge te Ryſſele, te Bruſſele, in onſen Lande van Gelre, in den Hage in Hollant voorſz, allen onſen Rentmeeſters, Bailjuwen, tolnaren, ende andere onſe juſticieren, officieren, ende onderſaten, tegenwoordich ende toekomende, dien dit raken off aengaen mach, dat onſe tegenwoordige gratie, vereeninge, gifte, octroy, vryheyt, executie, confirmatie, ende al den inhouden van deſen, gelyck ende in der maneren als voerſz. is, ſy ende elck heurer, alſo verre alſt hem aengaet, onderhouden ende doen onderhouden in alle ſyn artyckelen naer haer formen ende inhouden, ende doen ende laten den voerſz. Iohan Grave tot Egmondt, ſynen voerſz. erfgenamen ende nacomelingen vredelyck, volkomelyck, ende t' euwigen dagen genieten ende gebruycken, Want het ons alſo belieft. Ende op dat dit vaſt ende geſtadich ſy ende blyve tot euwigen dagen, ſo hebben wy onſen ſegel hier aen doen hangen, Behouden in anderen ſaecken ons rechts ende eens ygelicken recht in allen. Gegheven in onſer Stede van Brugge in der maent van Junio int jaer ons Heeren duyſent vier hondert ſeven ende tachtich, en des Ryx

van

van ons Coninck in den tweeſten jare. Aldus geteyckent opten ploy, By den Coninck, *mynen Heeren* Philips *van Cleve*, Ghye *de Abt van St. Bertins Cancelliere van der Oerdenen, den Grave van Naſſau eerſte Camerlingh, de Heere van Beveren, de Heere van Polham, de Heere van Volckeſtain, de Heere van Mangoual groot Hofmeeſter, Meeſter* Pieter Lanckhals *Hofmeeſter, Meeſter* Tybout Barredot, *ende meer andere jegenwoordich.* Ende opten rugge ſtont geſchreven: *De Committeerde opt ſtuck van Domeynen ende finantien onſes aldergenadichſten Heere den Roomſch Coninck conſenteren in alſo verre alſt in hen luyden is, dat t' inhouden int witte van deſen volcomen ſy in der forme ende manieren alſt onſen voornoemden alregenadigſten Heere dat beveelt ende gedaen wilt hebben. Geſchreven onder t' hantteycken van een van ons Gecommitteerde den 12. dach van Septembris int jaer duyſent vier hondert ſeven ende tachtich. Geteyckent* Lanckhals.

S. Wigbertum. Vicbertum etiam vocant. *Victbercht* apud Bedam eſt. *lib. 5. hiſt. eccleſ. cap. 10. At vero unus de ſociis ejus vocabulo Victbercht &c. aſcendit navem & Friſiam perveniens duobus annis continuis genti illi & Regi illius Rathbodo verbum ſalutis prædicabat nihil proficiens.* Idem *lib. 5. cap. 11. Ut autem vidit vir Domini Egberht, quia nec ipſe ad prædicandum gentibus venire permittebatur &c. nec Victberht illas deveniens in partes quicquam proficiebat, tentavit adhuc in opus verbi mittere viros ſanctos & induſtrios, in quibus eximius Willebrordus presbyterii gradu & merito præfulgebat.* Cap. 1.

S. videlicet Willebrordum. Felicius rem geſſit hic. Chronic. S. Benigni Divionenſ. ad Ann. 699. *Pipinus devicta Friſia, atque ipſius Regni fugato Rege nomine Ratbodo miſit illuc ad prædicandum ſervos Dei venientes ex Britannia, Willebrordum & ſocios ejus, qui non parvam populi multitudinem ad Chriſtum converterunt.* Add. Chron. Beſvenſe *ibid p.* 502. Wandalberti *Martyrolog. to. 5. apud eund. p.* 338.

a Romano Pontifice Sergio. Anonymus apud du Cheſne *to. 1. hiſt. Willebrordus Ann. Dcc. xxvi. a Sergio Papa Archiepiſcopus ordinatus genti Friſonum prædicans virtutibus floruit.*

tertium Brabantiæ ducem. Secundum vulgi opinionem, ſed cujus nullum fundamentum. Major domus Francorum. Secundus nulli niſi Regi. Tres autem Pipini olim. Pippinus de Landis, Carolomanni filius ex Ermengarde, Major domus ſub Clothario & filio ejus Dagoberto ſecundum Divæum & alios ſcriptores. Pippinus Herſtallus ſecundum Sigebertum factus Major domus circa Ann. 691. Nepos hic Pippini de Landis ex S. Begga & Anſegiſo filio S. Arnulphi epiſcopi Metenſis. Vid. Henſchen. *diatrib. ad to. 3. SS. April. cap. 1. & cap. 4. n. ult.* Alius etiam fuit locus, quem Carolus Magnus ab exercitus & caſtrorum poſitione.

Her-

Herſtallus ſeu de Herſtall ab arce ejuſdem nominis non procul a Leodio ad Moſam. Radulph. de Rivo apud Chapeavill. *hiſt. Leodienſ. to. 3. cap. 9. in pago Herſtallio, quod vix medio miliari a Leodio diſtat.* Io. a Leidis. *lib. 1. cap. 20.* Et tertius hujus nepos Pippinus Brevis ſeu Puſillus, filius Caroli Martelli, Francorum rex circa Ann. 752. Childeberto ejecto & detruſo in monaſterium. Charta apud Miræum *notit. eccleſ. Belg. cap. 20.* Willibrord. Boſſchaerts *d. tr. diſſ. 57.*

Heriſtelli vocari juſſit. Vulgo jam *Heerſtelle* ditionis Paderbornenſis. Anonymus Poeta, quem Reineccius primus edidit ad Ann. Dcc. xcvii. *Ergo ſuo ſecum comitatu protinus omni Aſſumpto, Wiſaræ poſitis in littore caſtris, Sedit, Heriſtellique locum juſſit vocitari.* Add. vit. Car. Magn Auctoris incerti ex Pithæi *edit. p. 158.*

Archiepiſcopus Trajectenſis primus. Et primus & ſolus. Nam ſtatim poſt deceſſum ejus de eo contentio, utrum ſedes Trajectina ſubjecta Colonienſi an Papæ immediate. Ad Papam retulit Bonifacius. Et extat epiſtola ejus, digna admodum lectu, inter eas quæ editæ xcvii. Sed viſus is pronior in partes Colonienſis. Nec rem etiam apud Papam urſit ſatis ut oportuit qui Bonifatio ſucceſſit vel ob humilitatem & ſingularem modeſtiam, vel quod impar expenſis, nam Papa vacuos non exaudit, ob vaſtatam & exhauſtam a Danis provinciam. Et hinc eſt quod Colonienſis ſuam vocet Trajectenſem eccleſiam & ſe metropolitanum, cum ea epiſcopo deſtituta commendaret clero Henricum Bavarum, in charta Ann. 1524. quod contractum epiſcopi cum majori eccleſia ut metropolitanus confirmans eam dicat in *ſua provincia* & ſub *ſua metropolitana poteſtate ſituatam* in charta Ann. 1501. quam in notis invenies ad Anonymum a me editum *p. 47.* quod eccleſiæ Colonienſis Trajectenſem vocet Suffraganeam Bonifacius Papa ix. in charta Ann. 1423. quod ad Colonienſem appellatum ab epiſcopo Trajectenſi, ab Officiali Trajectenſi ad Officialem Colonienſem, & ſic deinceps ad Papam, Apoſtolis etiam a Colonienſi ad Papam petitis, ut in charta adhuc inedita Ann. 1354. & in alia Leonis Papæ Ann. 1517. quod indicto a Colonienſi Provinciali Concilio inter reliquos ſuffraganeos, ut erant Oſnabrugenſis, Leodienſis, Mindenſis, Monaſterienſis, citatus etiam Trajectenſis, & quod citato comparendum aut per ſe aut per alium, ut in alia item inedita Ann. 1322. quod in cauſis eccleſiaſticis, deficientibus propriis, ad ſtatuta Colonienſia recurrerint Trajectenſes, ut in alia Ann. 1293. quod Trajectenſis a Colonienſi conſecratus, benedictus, ut exemplum in Baldrico apud Hedam *hiſt. Ultraj. p. 75.* Ex his autem eluxit tantum metropoliticum jus. Ius eccleſias viſitandi, perſonas caſtigandi, coercendi non fuit. Nec quæ data alioquin viſitanti procuratio unquam data. Tempus quidem quo petita, ut anno verbi gratia 1263. Sed nunquam quicquam impetratum, conatum clero eludente & unanimiter reſiſtente. Philippo poſtea ii. id agente apud Papam, poſtquam in Belgio multiplicati epiſcopatus, epiſcopus Trajectenſis Archiepiſcopus evaſit,

Sic & Petrus Capucius Legatus Papæ per Alemanniam, cum eſſet Ultrajecti, Ann. 1248. *Quia vero decens eſt & honeſtum, & nos etiam plurimum affectamus, quod prædicta Trajectenſis eccl-*

fit, & omne in eum jus Colonienſi ademptum. Primus autem qui ſic dictus & qui titulo hoc inſignis Fredericus Schenck a Tautenburch.

tunc temporis Hallem dictus. Vita S. Adalberti apud Mabillon. *ſecul. 3. Benedict. cap. 15. Prædictus vero Comes in loco, qui Hallem nuncupatur, ex ligni materia conſtruxit Oratorium &c.*

Factum eſt autem. Vid. *ibid. cap. 5.*

Eccleſiam ſive Capellam. Capella templum, eccleſia, & eccleſia quamvis ingens. Monachus Comitis Nuenarii ad Ann. DCCCXXVIII. *Aquisgrani terræ motus noctu factus, ventuſque tam vehemens coortus eſt, ut non ſolum humiliores domus, verum etiam ipſam S. Dei genitricis Baſilicam, quam Capellam vocant, tegulis plumbeis tectam ex parte non modica denudaret.* Barth. *ad Guil. Brit. lib. 3. Philipp. v. 742.* A cappa S. Martini, quam ob *ſui tuitionem & ob hoſtium oppreſſionem*, ut loquitur Monachus Sangallenſis *lib. 1. de geſt. Car. Magn. cap. 4.* Reges olim Francorum præliaturi ſumebant ſecum. Anſelm. Gemblac. ad Ann. 1124. *Capella* proprie ubi cappa hæc. Qui cuſtodes *Cappellani.* Walafrid. Strabo *de reb. eccleſ. cap. 31. Dicti ſunt primitus Cappellani a cappa beati Martini, quam Reges Francorum ob adjutorium victoriæ in præliis ſolebant ſecum habere, quam ferentes & cuſtodientes cum ceteris Sanctorum reliquiis clerici Cappellani cœperunt vocari.* Progreſſu autem temporis crevit vocis ſignificatio. Et quodvis templum tum *Capella. Capellani* ſacerdotes qui ſervitio ejus adſcripti. *Capellania* præbenda. Ulgerii epiſcopi Andegavenſis relatio ad Innocentium II. Papam apud Baluz. *2. miſc. cap. 5. Hoc autem conceſſerunt Cappellani ſervitio ipſius eccleſiæ attitulati, & ſe ipſos, & ſuas capellanias, ſive mavis dicere præbendas in manu Abbatis & diſpoſitione ejus reddiderunt.* Et hinc Archicapellanus, qui plerumque & Cancellarius, ſeu quod idem Notarius, Archiepiſcopus Palatii, & Palatii Abbas etiam dictus. Anaſtaſ. de vit. Pontific. in vita Adriani: *Donationis promiſſionem Carolus Francorum rex adſcribi juſſit per Etherium religioſum ac prudentiſſimum Capellanum & Notarium ſuum.* Alteſerra *ibid. & lib. 7. rer. Aquit. cap. 1.* Pithæus de Palatinis, quem vertit Latine, & Originibus Palatinis adjunxit Freherus. Nam & alibi *Capella* Chartophylacium, Archivum, in quo epiſtolæ, mandata Principum, tabulæque publicæ, & monumenta. *Capellanus* qui ei præeſt, Scriba Principis, Cancellarius. Vid. Spelmann. *gloſſar.* Lambec. *comm. de Biblioth. Cæſar. lib. 2. p. 324.* Alibi etiam oratorium quod eccleſiis adjunctum. Chronic. Virdunenſ. apud Labb. *to. 1. Biblioth. p. 132. Ad Novam villam eccleſiam unam cum duabus capellis ſuis.* Cujuſmodi oratoria dicta etiam cubicula. Anaſtaſ. in Sergio: *Hic tectum & cubicula, quæ circum-*

ſia dignis moribus adornetur, volumus & præſentium auctoritate mandamus, quod in ipſius eccleſiæ tractatibus ejuſque Capituli metropolitanæ mores eccleſiæ obſerventur. Cap. 2.

quaque ejusdem basilicæ sunt, studiosius curavit. Alteserr. ad Anastas. *in Symmach.* Unde & alibi cubicularii iidem qui æditui. Anastas. in Leone: *Hic constituit super sepulcra Apostolorum custodes, qui dicuntur Cubicularii ex clero Romano.* Alibi etiam significat ministerium ecclesiasticum, sacram scilicet supellectilem, vasa sacra, & ornamenta. Eginhart. in vita Caroli Magni: *Capellam id est ecclesiasticum ministerium.* Bertold. Constantiens. ad Ann. 1093. *Ad quod monasterium maritus ipsius Dux Capellam ipsius tradidit, quæ ex auro & argento & pretiosissimis paramentis mille librat pene valuit.* Anastas. in Hilaro: *Ministeria ad baptismum argentea.* Idem in Gregorio: *Ambonem etiam marmoreum in eadem ecclesia fecit, eumque diversis ditavit linteis & ministeriis &c.* Add. eund. in Sixto III. Helgaldum Floriacens. de vita Roberti regis apud du Chesne *to* 4. *hist. p.* 74. Sugerium Abbat. *de vita Ludovici Grossi in fin.* Miræum *Cod. piar. donat. cap.* 21. Lib. Diurn. *Rom. Pontific. cap.* 2. *tit.* 9. Poetam Anonymum, quem Reineccius primus edidit *lib.* 5. *p.* 77. *vers.* Turres etiam, & quævis alia instrumenta, quibus si res exigat, structa ara vel ex terra vel quavis obvia materia, possint sacra celebrari. Vett. Gloss. *Capella sub qua defertur eucharistiæ sacramentum in processionibus fieri solitis, & dicitur sic, quod olim fiebat de pellibus caprarum.* Chronic. S. Benigni apud d' Achery *to.* 1. *Spicil. p.* 442. *Ut nobilem decebat nobiliter veniens cum multis thesauris, inter quos altare onychinum auro & argento decenter ornatum, & quicquid ad Capellam pertinebat, ornamentum scilicet ecclesiasticum, secum detulit.* Unde & locus Basilica, ubi ara hæc extructa. Ekkeard. *d. loc. Parat illico basilicam & aram: parat tapetes & pallio dorsili caminatam.* Turres thecæ erant sacræ in modum turris fabrefactæ, aut turriculæ, ut ita dicam, in quibus sacra eucharistia pro viatico asservata. Vid. carmen Fortunati 23. *lib.* 3. ad Bituricensem episcopum scriptum in turrem ejus. Turrita hinc theca, in qua caput S. Joannis, ut testis Le Moyne in *Prolegom. ad Varia Sacra* x. 15. 1. Add. Ademar. Chabanens. ad Ann. 917. Acta Cenomanens. episcop. apud Mabillon. 3. *analect. p.* 322. Mabillon. *in not. ad Testamentum S. Aredii* 2. *analect.* Abbonis Abbatis canones apud eund. *ibid. cap.* 3. Passion. S. Philippi apud eund. 4. *analect. p.* 65. Narration. combustionis Gemblacensis monasterii apud Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 906.

Ekkeard. Iun. *de casib. & orig. monast. S. Gall. cap.* 1. *Capellam qua itinerans utelbatur cum reliquiis & libris & omnibus utensilibus suis.* S. Ludgerus de S. Gregorio. *Maxime in eleemosynarum sacra purificatione fuit semper intentus, in tantum, ut nihil sibi auri, nihil argenti, præter ecclesiæ necessaria ministeria reservari unquam voluisset.*

Cap. IV. *Ut montem arenosum.* Colles ergo arenarii, qui ad littus Hollandicum, seculo jam nono, quo vixit Roric Normannus. Haud dubie etiam jam octavo. Initio enim noni in Annalibus Bertinianis eorum jam mentio ad Ann. DCCCXXXIX. *Præterea*, ajunt, *die septimo Kalendas Januarii &c.*

&c. tanta inundatio contra morem maritimorum æstuum per totam pene Frisiam occupavit, ut aggeribus arenarum illic copiosis, quos dunos *vocitant, fere coæquaretur.* Cæterum de miraculo vid. vit. S. Adalbert. apud Mabillon. *sec. 3. Bened. cap.* 12.

Anno Domini octingentesimo quinquagesimo sexto &c. Non hoc sed sequenti anno contigit devastatio hæc. Annales Bertiniani ad Ann. DCCCLVII. *Alii Danorum emporium, quod Dorstatum dicitur, vi capiunt, totamque Batavorum insulam, & cetera loca contermina diripiunt.* Rorico ut quiesceret & pacem tandem amplecteretur dono dederat Dorstadum & quosdam alios Comitatus Imp. Lotharius. Iidem ad Ann. DCCCL. *Rorich nepos Herioldi, qui nuper a Lothario defecerat, assumptis Normannorum exercitibus, cum multitudine navium, Fresiam, & Batauum insulam, aliaque vicina loca per Rhenum & Vahalem devastat. Quem Lotharius cum comprimere nequiret, in fidem recepit, eique Doreſtadum & alios Comitatus largitur*: Quiescebat tum Roruc. Movebat nihil adversus Francos. Sed Dani Danis adversi. Bonis invicem se exuebant, profligabant, cædebant. Et ne Roric quidem ipsi quieta possessio hæc. Ne sequenti quidem anno. Iidem ad Ann. DCCCLI. *Post hac pyratæ Danorum Fresiam & Batavos populantur. Sed & usque ad monasterium sancti Bavonis, quod Gant dicitur, debacchantes idem monasterium incendunt.* Ad annum DCCCLII. *Normanni* CCLII. *navibus Fresiam adeunt, acceptisque multis, prout ipsi statuerunt, ad alia divertunt.* Iidem ad Ann. DCCCLIV. *Dani intestino inter se prælio dimicantes adeo tridui concertatione obstinatissima bacchati sunt, ut Orico Rege & ceteris cum eo interfectis Regibus pene omnis nobilitas interierit.* Vid. *lib.* I. *de Nobilit. cap.* 29. Cap. V.

itaque solus S. Hungerus. Eodem anno hoc, ut vult Beka, nactus episcopatum Synodo Tullensi a Carolo Calvo indictæ Ann. DCCCLIX. interfuit, ejusque etiam decretis inter ceteros subscripsit, ut est apud Goldastum *to.* 3. *const. imp. p.* 281.

& apud Noortwyck S. Hieronem. Meminit Nordwige Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 876. Hieronis & historiæ hujus Heda in *Hunger.*

Regis quondam Arundulii apud Voerburg. Dederunt fabulæ occasionem numismata Aureliani & alia aliquot monumenta, quæ effossa ibi antehac Vid. Buchel. *ad Hed. in Hunger. lit. a.* Sed stultius adhuc Auctor *lib.* 5. *Chron.* 24. *Arindalii*, inquit, *videlicet Eseloer.* Ægri somnia & nihil aliud.

Hollandiam omnino denuo depopulatam. De Hollandia nihil constat. De Frisia constat, quod hoc anno rursum cladem accepit, ex Annalib. Bertinian. *Dani*, ajunt, *mense Januario per Rhenum versus Coloniam navigio ascen-* Cap. VI.

condunt, & depopulato emporio quod Doreſtatus dicitur, ſed & villam Nonmodocam, ad quam Friſii confugerant, occiſis multis Friſiorum negotiatoribus, & capta non modica populi multitudine, uſque ad quandam inſulam ſecus caſtellum Noveſium perveniunt. Hollandiæ nomen nondum notum, ut id latius oſtendi *lib. 1. de Nobilit. cap. 12.*

Eccleſiam Hacmundenſem & totam Hollandiam. De Hollandia ne gry quidem in Caroli codicillis. *Eccleſiam,* inquit, *Hacmunde cum omnibus ad eam jure pertinentibus.* Hollandia ergo an pertinuit ad eccleſiam Egmondenſem & Hollandia olim tota? An quid dictu abſurdius? Caroli Calvi Hollandia, ſeu tractus is terrarum, qui Hollandiam jam continet, ut *lib. 1. de Nobilit. cap. 11.* dixi, non fuit. Et qui ergo quæſo quod non habuit conceſſit? Friſiam pater Ludovicus Carolo Calvo non dedit. Annal. Bertinian. ad Ann. 837. Et ſi Friſiæ pars Hollandia, Lotharingiæ autem Friſia, & quidem Friſia univerſa, ut oſtendit Conringius *de finib. imp. cap. 7.* qui fieri quæſo potuit, ut quod non Caroli ſed Lotharii fuit, Theodorico tamen Carolus, ut nugantur, conceſſerit? Sed dixi ibi quod ſufficit. Non neceſſe eſt, ut hic repetam.

Hic itaque Theodoricus primus Comes. Primus Comes non fuit. Et alii ante eum plures, ut ſimiliter jam oſtendi *lib. 1. de Nobil. cap. 29.* Et deinde etiam utut Comes, Hollandiæ tamen non fuit. Nec ſic dictus nec ſalutatus. Nec ipſe, nec qui ante eum, nec aliquot etiam qui ſecuti eum. Hollandia adhuc nondum nota. Ubi autem innotuit, Hollandia proprie, quæ Auſtralis jam. Argumento eſt, quod excerpſi ex libro Cameræ Trajectenſis ad Anonymum à me editum *cap. 41.* Habetur prima & antiquiſſima, nec quiſquam id diffitetur, Hollandiæ urbs Dordracum. Sed ſi quæratur quo jure, cum annis ſuperent & Rynsburgh & Fladirtinga & Lugdunum, an quicquam aliud poteſt dici, quam quod prima in eo tractu, quæ Hollandia primum dicta? Scio Archiepiſcoporum Colonienſis & Trevirenſis communis poſſeſſio olim quiequid circa Dordracum, ut dixi ex Ditmaro *lib. 1. de Nobilit. cap. 31.* Sed hi ejecti a Theodorico qui Tertius ejus nominis. Ditmar. *lib. ult. hiſt.* Scio etiam, quod dixi, quod Hollandia a vico Hollant *d. lib. cap. 12.* Sed ut ejectis Jebuſitis Hieroſolyma Judææ caput, quidni & temporis progreſſu Hollandiæ ſic Dordracum ejectis quos dixi?

aureo annulo ſigillatam. Id eſt, aurea bulla. Bulla idem quod ſigillum. Bullare quod ſignare. Βυλλοῦν dicunt Græci. Ἀβύλλωτον non ſignatum. Cedren. in Conſtant. Monomach. ἐδέξατο τὸν λόγον ὁ βασιλεὺς ἢ χρυσοβύλλοις γεγραφῆς ἐπιστολαῖς, *Conditionem Imperator accepit aureaque bul-*

bulla firmavit. Et Græci ea usi & translato ad Germanos imperio Germani. Vita S. Meinwerci *cap.* 30. *Regio auctoritatis præcepto aureo sigillo bullato confirmavit & corroboravit.* Leo Ostiensis 2. *Chron. cap.* 22, *Hic primo ordinationis suæ anno præceptum confirmationis ab Othone Tertio Imperatore susceptit aureo sigillo bullatum.* Idem *lib.* 2. *cap.* 67. *Hic Conradus Imp. apud Beneventum præceptum aureo sigillo bullatum juxta priorum Augustorum morem de universis monasterii juribus fecit.* Add. eund. *lib.* 1. *cap.* 60. Phranz. *lib.* 3. *hist. cap.* 4. Goffrid. Vindocinens. 2. *epist.* 28. Petr. de Vineis *lib.* 6. *epist.* 26. Colvener. *glossar. ad Cantipratan.* Roswеyd. *glossar. ad Vit. Patr.* Sirmond. *ad Goffrid. ibid.* Strauch. *de statut. th.* 73. Bosquet. *ad. Innocent.* 111. *lib.* 1. *epist.* 121. Rotunda autem bulla. Nec semper aurea indistincte. Argentea etiam, cerea, plumbea. Prout potens quisque & illustris, usus quisque qua veller. Princeps aurea vulgo usus. Sed ut puto non semper. Eorum ratio etiam habita, ad quos literæ erant scriptæ. Aurea usus ad Reges, ad Sultanos, ad Toparchas. Cerea ad uxorem, ad matrem, ad filium. Plumbea ad Patriarcham, ad Despotas, ad ceteros, Codin. *de offic. Constant.* Nec tantum Imp. Alii aurea etiam usi, Aurea usus Dux Capuæ, ut in Chronico Casinensi est *lib.* 2. *cap.* 67. Plumbea Dominus de Thorre & de Villars & Prior Nantuaci, ut in Bibliotheca Sebusiana *cent.* 1. *cap.* 25. Plumbea etiam Papa. Alteserr. *de Ducib. & Comitib. lib.* 3. *cap.* 4. Charta Ann. 1402. *Habens in suis manibus literas &c. ipsiusque domini nostri Papæ vera bulla plambea in filis sericis rubei & crocei coloris more Romanæ Curiæ sigillatas &c.* Charta Ann. 1442. *Literas Apostolicas sanas & integras ac omni vitio & suspicione carentes vera bulla plumbea cum cordula canapis bullatas &c. reverenter &c. recepimus.* Apud Miræum *diplom. Belgic. lib.* 1. *cap.* 9. *Literas vera bulla plumbea ejusdem domini Papæ cum filo canapis bullatas &c.* Haud dubie quod Petrus, cujus Papa successionem jactat, petenti cæco eleemosynam, ἀργύριον, inquit οὐχ χρυσίον οὐχ ὑπάρχει μοι in *Act. Apost. cap.* 8. *vers.* 6. Certe ac si sibi proprium Papa id usurpavit, singulari beneficio signandi etiam plumbo data Venetis potestate, ut refert Henr. Mutius *lib.* 18. *hist. in fin.* Verum utut id usurpavit etiam alii tamen passim, & vel citra licentiam ejus, sic signarunt, ut Græci, ut est apud Freherum ad Petrum de Andlo *de imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 5. De Patriarcha Athanasio Pachymer. *de rebus gest. Andronici lib.* 2. *cap.* 22. *Chartam non simplicem & authenticis destitutam reliquit signis sed manu rite propria subscriptam bulla insuper plumbea munivit.* Episcopi Trajectensis semper cerea olim bulla. Varia autem cera. Viridis, rubra, alba, prout cuique olim visum. Florentius Comes VI. cera alba signa-

Abbas Clarevallensis apud Tengnagelium *epist.* 60. *Octavianum in Papam per nuntios suos & literas auro bullatas susceperat Imperator.* Henrici VI. charta apud Miræum. *notit. eccles. Belg. cap.* 201. *& confirmando sigillo aureo sublimitatis nostræ corroboravimus.* Χρυσόβουλλον, *bulla aurea.* Κηρόβουλλον, *cerea.* Vid. Meurs. *glossar.*

Charta apud Baluz. 2. *misc. p.* 187. *& ad extremum sigillo nostræ imaginis ipsam chartam signavimus, & charactere nostri nominis corroboravimus.*

signabat habitu equestri. In scuto & ad collum equi erat leo Hollandicus. *Habitu* dico *equestri*. Nam & vultus & nomen & signantis insignia etiam vulgo expressa. Apud Petrum de Vineis *lib. 6. epist. 26. Ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum præsens privilegium fieri & bulla aureæ typario nostræ majestatis impressa jussimus communiri.* Flodoard. *hist. Remens. lib. 3. cap. 17. epistolam suo nomine ad Nicolaum Papam dictari in contrarietatem Hincmari fecit, quam & bulla sui nominis sigillavit.* Etiam Regum insignia olim cerea apud Gallos, ut Jac. de Breul notat ad Aimoin. 2. *hist. cap.* 20. Idque ut ait observatum usque ad Ann. 1110. quo ad regnum admotus Ludovicus Crassus, qui primus per fila aut corrigiam appendit, ejusque hoc argumentum habet, quod & patris Philippi & Regum anteriorum chartæ, quas in S. Cermani chartophylacio asservari ait, affixa habeant sigilla cera chartam utrimque ambiente & amplexa. Bulla autem haud dubie quod bullæ formam referret, id est, supra paulo elevatam, extantem, & prominentem. Angel. de Nuce *ad Chron. Casinens. lib. 4. cap.* 109. Et præstat si id dicas quam quod bulla a βαλή, quod Princeps quid ea statuat, aut det, aut decernat. Coler. *parerg. cap.* 4. Per synecdochen demum bulla, seu sigillum, quod idem est, pro ipso diplomate. Princeps Capuæ Landulfus apud Angel. de Nuce *ad Chronic. Casinens. lib. 2. cap. 2. Sigillum factum a Mariano Antipato Patritio & Stratigo Calabriæ & Langobardiæ, & datum vobis Aligerne venerabili Abbati sancti Benedicti.* & mox: *Cum plumbea bulla nostra istum præsentem sigillavimus sigillum nostrum, & concessimus prædicto Abbati.* Ex Registro Casinensi *ibid. Sigillum factum a Pyrrho protospathario.* Item *: Ut faceremus ei robustiorem sigillum.* Sic & sæpe apud Græcos. Constant. Porphyrog. *de adm. imp. cap.* 49. ἐπολησε δὲ ἡ σιγίλλιον λεών. Petr. Siculus *hist. p.* 50. ἡ λαβὼν παρὰ τῦ βασιλέως σιγίλλιον, *acceptis literis a Principe.* Add. Meibom. *ad Bullam Andronici p.* 14. Per synecdochen dixi. Nam bulla proprie est ἔκτυπον, imago literis vel affixa vel ab iis dependens, & dependens vel nuda, vel thecæ seu tympano, ut vocant, inclusa. Guilielmus Siliciæ Rex apud Robert. de Monte ad Ann. 1176. *privilegium per manus Alexandri notarii nostri scribi & bulla aurea tympano impressa roboratum nostro sigillo jussimus decorari.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Carolus. Non Carolus Calvus, ut vult Auctor, sed Carolus Simplex ut Dousa *lib. 5. annal. p.* 196. Eo enim regnante Hagano hic, cujus meminit, & quem quidam Theodorici avunculum etiam ajunt, sed nulla nixi ratione, quam maxime floruit. Frodoard. ad Ann. 920. *Fere omnes Franciæ Comites Regem suum Karolum apud urbem Suessionem, quia Haganonem consiliarium suum, quem de mediocribus*

cribus potentem fecerat, dimittere nolebat, reliquerunt. Idem Flodoard. *hist. Remens. lib. 4. cap. 15.* Fragmentum Gallici scriptoris apud du Chesne de Henrico Saxone 11. *hist. Dixisse fertur aut Haganonem quandoque cum Carolo regnaturum, aut Carolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deventurum.* Subscriptio tantum obstat. Datum dicitur diploma anno octingentesimo sexagesimo tertio XVII. Kalend. Julias, quo Carolus Simplex nondum natus. Aimoin. 5. *hist. 40. in fin. & 42.* Sed Dousa errorem in notis putat, & pro DCCCLXIII. rescribendum DCCCCXIII. quod notis anni denotati, & vitio exscriptorum potuerit haud difficulter mutari C in L. Vid. *lib. 1. de Nobil. cap. 11.*

" *Manu propria.* Subscribebat olim Princeps atramento purpureo, quod vocabant *encaustum*, *l. 6. C. de div. reser. l. 9. C. de agric. & cens.* Et proprium Imperatoris id *dd. ll. l. 1. C. Qui res ven. n. poss.* Georg. Logoth. ἐρυθροῖς γεγράμμασι τὰς ἑαυτῶ γεγραφὰς ἐπέκυρου. Ann. Comnen. *lib. 2. hist.* Διὰ χρυσοβούλλου λόγου ταῦτα γίνεσθαι δι' ἐρυθρῶν βεβαιωθέντα γραμμάτων ἠτεῖτο, *Institerunt, ut diplomate rubris literis scripto & bulla aurea munito talia ipsis firmarentur.* Vasculum, quod continebat, a forma *caniculus.* Et a *caniculo* qui ei præerat & id Principi ministrabat. Anastas. Biblioth. *Præpositus caniculi est, qui curam & custodiam gerit caniculi, id est, atramentarii, ex quo Imperator Phœniceas literas scribit in chartis.* Phœniceas literas, φοινικικὰ γεγράμματα. Sic φοινικόχροα πέδιλα, Principum calcei, Tzangæ alibi, campagi, ἀληθινὰ ὑποδήματα. Idem ἀληθινὸν & ὀκκοβαφὲς. Freher. *comm. ad donat. Constant.* Frequens item in Occidente cum superstitio invaluisset, ut nominis subscriptioni vel præfigerent, vel postponerent, vel interponerent signum crucis, ut in Monastico Anglicano *to. 1. p. 28. Ego Sigiraed Rex Cantiæ hanc donationem meam signo sanctæ crucis roboravi* †. *Ego Eadberht Rex Cantiæ propria manu confirmavi* †. *Ego Bregonvine Archiepiscopus consensi & subscripsi* †. *Ego Aldhuan Abbas subscripsi* †. *Signum manus Suithhuun* †. *Signum manus Ædilhuun* †. *&c.* Ibid. *p. 38.* †. *Ego Eadgar Rex hanc donationem concessi.* †. *Ego Dunstan Dorobernensis ecclesiæ Archiepiscopus consignavi.* † *Ego Ælhelwold episcopus consignavi.* † *Ego Ælfwold episcopus corroboravi.* † *Ego Elstan episcopus consolidavi.* † *Ego Osgar Abbas.* † *Ego Ethelgar Abbas.* † *Ego Elfric Abbas* † *Ego Elfhere Dux.* † *Ego Ethelwine Dux* † *Ego Ethelweard Minister* † *Elfrige Minister.* † *Ego Elfwald Minister.* CYROGRAPHUM E † R. Capitulare Triburiense apud Baluzium *lib. 1. Capitul. in fin. Et si omnibus vobis*

Fuerunt etiam qui subscriberent (& quis quæso non miretur, sed ea superstitionis vis) sanguine eucharistico in atramentum intincto. Baron. *ad Ann.* 648. n 15. *to. 8. annal.*

p. 405. Mabillon. *de re diplomat. lib. 2. cap.* 22. Difenb. *de mort. Henr. VII. sect. 3. n.* 11.

bis ista complacuerint dicite. Et tertio ab omnibus conclamatum est, Placet. Et Imperator & pene omnes Galliæ & Germaniæ Principes subscripserunt, singuli singulas facientes cruces. Theophan. *hist. p.* 493. *Appositisque crucibus ad subscriptiones scriptis sibi mutuo fidem fecere nunquam se ab invicem separandos.* Add. idem Monasticum *p.* 76. *& p.* 211. Brouwer. *1. antiq. Fuldens. cap.* 4. Nec integrum semper nomen, sed sæpe initium ejus tantum, interdum per characteres seu siglis *l.* 1. §. 13. *C. de vet. jur. enucl.* expressum. Vita S. Baboleni apud du Chesne *to. 1. hist. p.* 665. *Sed & Rex ipse favens subscripsit, & suo monogrammate facto annulo regali insigniri jussit.* Vulgo qui subscripserant, sigillum etiam apponebant. Sed non simul semper & indistincte. Sæpe hic variatum. Ingulfus Abbas: *Ante Normannorum adventum in Anglia chirographa firma erant cum crucibus aureis absque signaculis, sed Normanni cum cerea impressione per uniuscujusque speciale sigillum sub installatione trium vel quatuor testium conficere chirographa instituerunt.* Faciebant testes interdum neutrum. Cujusque tantum nomen subnotabat Notarius & testabatur præsentiam. Sic in Monastico Anglicano *p.* 688. *Testibus † Archiepiscopo Cantuariensi, Roberto episcopo Lincolniensi, Hilario episcopo Cicestrensi.* Sic alibi sæpe: *Hujus rei testes sunt. Hujus donationis testes sunt.* Vid. & passim Antiquitates Fuldenses. Ughell. *Ital. sacr. to.* 2. *col.* 748. 755. 779. & Angel. de Nuce *ad Chron. Casinens. lib.* 1. *cap.* 16. Interdum non omnes sed quidam tantum signabant. Interdum alii pro aliis ad signandum admissi. Chatta Ann. 1408. *ende want wy lantghenoten ende buyren selve ghene segelen en hebben op desen tyt, so oerconden wy dit ende tuygen onder ons Schouten segel, ende hebben hem gebeden dit mede over ons te besegelen* &c. Charta Ann. 1252. Ego *Walterus quia sigillum proprium non habeo, utor sigillo Gisilberti.* Chronicon Andrense apud d' Achery *to.* 9. *Spicil. p.* 364. *Cum usque hodie oculata fide videamus, & pro certo sciamus per totam Italiam scripta Tabellionum, licet laicorum & sigilla non habentium, in omni Curia sive seculari sive ecclesiastica per quasdam figuras firmitatem obtinere.*

Hagano Notarius. Quid ergo: An tabellio vir tam præpotens, tam illustris? Notarii olim an non viles? An non servi olim publici, *l.* 2. *ff. rem. pup. salv.* §. 3. *Inst. de adopt.* ub. Theoph? An non jussi demum sunt liberi esse *l.* 3. *C. de tabul?* Cancellarii etiam dicti. Sed an idcirco aut digniores aut majoris momenti? Scribæ Principis, Prætorum, judicum, & hunc modum non egressi. *l. nullus. C. de adsess.* Anian. *ad l.* 1. *C. Th. ad l. Corn. de fals. Tabellio vero, qui admanuensis nunc, vel Cancellarius dicitur.*

citur. Gregor. 1. *epist.* 67. *Quatenus cum Fausto, qui Romani viri magnifici ex prætore Cancellarius fuerat, loqui debeat. Cancellarii* a cancellis. Locus enim ubi judex a turba hominum & multitudine, quæ conveniebat ad audiendum, secretus cancellis. Et hinc etiam † *secretum l.* 14. *C. de testib.* Ammian. Marcellin. *lib.* 30. *Cum intra cancellorum venerint septa, & agi cœperint alicujus fortunæ vel salus &c.* A secreto *Secretarius.* A cancellis *Cancellarius.* Unde & idem Cancellarius, quod scriba, & actuarius, ut *lib.* 2. *de scrib. & Cancell. ll. Longobard. nov. Constant. Porphyrog.* 10. Vopisc. *in Carin. Præfectum urbi unum ex Cancellariis suis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquando nec dici.* Possin *ad Pachymer. gloss. in* Αντιγράφ. *to.* 1. Idem quod notarius, exceptor, γραμματεύς, & qui notis acta excipit, *l. ult. C. Th. de asses. Domest. & Cancell.* Lex Longobard. *lib.* 2. *tit.* 41. *cap.* 12. *Ut Cancellarii boni electi & veraces chartas publicas conscribant ante Comitem, & Scabinos, & Vicarios ejus. & seq. cap. De Cancellariis, qui veraces electi sunt, ad homines infirmos veniant, & secundum legem instrumenta chartarum conscribant, & a testibus roborentur.* Unde & vetat Synodus Cabillonensis 2. *can.* 44. Presbyteros fieri Cancellarios, ne forensibus se immiscent, etsi monachi tamen passim eo munere olim functi. Libellus de gestis Abbatum Gemblacensium apud d' Achery *to.* 6. *Spicil. Et annuimus Abbatem Cancellarium constituere quemcunque voluerit ex suis.* Charta Fuldensis *lib.* 1. *antiq. Hradutimbrun monachus cancellarius hanc chartulam scripsi & superscripsi.* Alia *eod. libr. ego Hruodulf Cancellarius scripsi & coram testibus confirmavi.* Revera non alii quam quos hodie vocamus *Clercken.* Domestici etiam dicti, *d. l. ult. l.* 3. *C. Th. de asses.* Vales. ad *Ammian. lib.* 15. Cassiod. 11. *var.* 6. *Militiam domesticam Cancellorum tibi dicus attribuit, ut consistorii nostri secreta fideli integritate custodias &c.* & infra: *Respice quo nomine nuncuperis. Latere non potest, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, claustra patentia, fenestratas januas &c.* Et quod ibi Cassiodorus *militiam domesticam, scriptoris officium* vocat Chronici montis Sereni Auctor ad Ann. 1200. *Conradus Hebipolensis episcopus Henrici Imperatoris & post ipsum Philippi Regis Cancellarius eidem regi in suspicionem venerat eo quod parti Ottonis Regis consentire pro favore summi Pontificis ferebatur. Hinc occasione & consequendi sumpta fiducia Henricus majoris ecclesiæ Magdeburgensis Decanus cancellarii officium ambiebat &c.* & mox: *Cum itaque Decanus prædictum agens negotium die quadam ad Regem pergeret, Gerhardus frater Cancellarii juxta claustrum Haldisleve ex insidiis cum armatis ei occurrens oculos ejus eruit, ut ad scriptoris officium ad quod anhelabat deinceps inutilis haberetur.* Add. Petr. Pithæ. 2. *adverss.* 12. Fr.

Græci σέκρετον etiam dicunt. Tribunalia in quibus lites de tributis & vectigalibus δημοσιακὰ σέκρετα. Qui iis præerat, ὁ ἐφορικὰ δήμενος τῶν δημοσιακῶν σεκρέτων. Σέκρετον τῦ γενικῦ. Λογοθέτης τῦ γενικῦ, Secreti hujus Præses. Γενικὸν locus destinatus recondendis tributis. Σεκρετικὰ πράγματα, res judiciales. Du Cange ad Ann. Comnen. *p.* 263. Σεκρετικοὶ, Senatores. Σεκρετικὸν ἀξίωμα, dignitas Senatoria. Secretarium, Curia, locus, in quo Senatus. Du Cange *ibid. p.* 269.

Pithæ. *gloſſar. ad leg. Salic. verb. Cancellarius.* Sirmond. *ad Capit. Car. Calv. tit.* 28. Iuret. *ad Symmach. auct. epiſt.* 28. Sed crevit paulatim dignitas, præſertim poſtquam Principes eorum opera etiam uſi in legationibus & aliis quæ majoris momenti. Gregor. 6. *epiſt.* 2. *Nam & vir excellentiſſimus filius noſter Gennadius Patritius ſuum ad nos pro cauſa eadem Cancellarium deſtinavit.* Caroli Magni vitæ Auctor: *Miſsi Imperatoris fuerunt duo Abbates Hratfridus notarius & Nantarius de ſancto Othmaro.* Ingens hinc auctoritas & quæ aucta paulatim etiam media ætate. Loquor jam nimirum de Principum Cancellariis, non de privatorum, aut judicum, de quibus ſupra. Et hi recte adhuc Cancellarii, quod etſi miniſterium non amplius tam vile intra cancellos tamen negotiis intenti reddendiſque & excipiendis ſupplicantium libellis. Plures etiam non unus. Nec conditio eorum una. Vid. Chifflet. *Childeric. cap. 9. in fin.* In Imperio Germanico, ut notum, jam olim tres, Moguntinus nimirum Cancellarius Germaniæ, Galliæ Trevirenſis, & Colonienſis Italiæ. Petr. de Andlo *de imp. Rom. lib. 2. cap. 1.* & Freher. *in not. p.* 165. Archicancellarius, qui eis præerat univerſis. Sic apud Chiffletium in *probation. hiſt. monaſt. Tyenorcienſ.* Lotharius Imp. in charta *Ann.* 842. *Agilmarus ſanctæ Viennenſis eccleſiæ vocatus Archiepiſcopus & ſacri palatii noſtri Archicancellarius.* Apud Pontan. *hiſt. Gelr. p.* 70. *Willigiſt Cancellarius ad vicem Ratperti Archicancellarii recognovi.* In Viennenſibus Antiquitatibus quas Joannes de Boſco edidit tabulæ extant Ann. 1151. in quibus ita: *Videlicet ut in regno Burgundiæ ſacri Palatii noſtri Archicancellarius & ſummus Notariorum ſemper exiſtas & poſt te ſucceſſores tui,* Etiam apud Romanos Notariorum erat ſchola. Primi & præcipui Notarii erant Principis, qui & Τελεβονοτάριοι Notarii ac Tribuni. Secundi Tribuni & Notarii Prætoriani de quibus Caſſiod. 6. *var.* 3. & 11. *var.* 18. & 12. *var.* 1. Tertii vulgo dicti Domeſtici & Notarii. Et hi Notarii erant Præſidum *l.* 2. & *l.* 3. *C. Th. de Primic. & Notar.* Valeſ. ad *Ammian. lib.* 11. *p.* 96. Etiam in eccleſia eorum certa erat ſchola. Curæ iis acta & inſtrumenta eccleſiaſtica. Solennes per eos preces & litaniæ denuntiatæ. Scribæ, exceptores, & ab initio non tanti. Qui primus, primicerius. Ennod. in vit. B. Antonii. *Qui eum inter eccleſiaſticos exceptores cœleſtem militiam juſſit ordiri.* Paul. Diacon. 4. *hiſt.* 34. *Apud Gradus ordinatur Patriarcha Epiphanius, qui fuerat primicerius notariorum ab epiſcopis &c.* Anaſtaſ. in Julio: *Hic conſtitutum fecit, ut notitia quæ omnibus pro fide eccleſiaſtica eſt per notarios colligeretur, & omnia monumenta in eccleſiam per primicerium notariorum confecta celebrarentur.* Idem in Leone III. *Cum ſecundum olitanam traditionem a Notario ſanctæ Romanæ eccleſiæ in eccleſia S. Geor-*

Qui jam urbi a ſecretis Notarius etiam olim, idcirco quod quæ acta aut quæ dicta in Senatu notis ſtatim excipiebat. Vid. Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. p.* 272. Charta apud Gelen. *ad vit. S. Engelb. p.* 325. *Ego Ingebrandus Notarius Ducis in Limburg & Comitis de Monte &c. notum facio. ibid. p.* 326.

Georgii martyris in ejus natali ipsa letania prædicata fuisset. In ecclesia Romana eorum genera erant duo: Scriniarii & Regionarii. Scriniarii inserviebant scribendis Paparum actis. Eorum primus Cancellarius, & quia simul hic curabat ecclesiæ bibliothecam, *Bibliothecarius* etiam dictus. Cujusmodi Anastasius etiam, qui vitas scripsit Pontificum. Regionarii a Clemente qui successit Lino instituti. Divisa olim urbs in regiones quatuordecim. *l. 3. pr. ff. de offic. præf. vig.* Contraxit Clemens ad septem, & Notarios dedit singulis, qui gesta martyrum exciperent. Anastas. *in ej. vit. Hic fecit septem regiones dividi notariis fidelibus ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicite & curiose unusquisque per regionem suam diligenter perquirerent.* Sed iidem deinceps, postquam desiit persecutio & fundi desiit sanguis martyrum, conversis jam Romanis ad religionem Christianam, Regionarii & Scriniarii. Alteserr. *ad Anastas. in Iul.* Velser. *ad Miracul. S. Udalr. cap. ult. in fin.* Unde interdum in chartis: *Scriptum per manum &c. Notarii, Regionarii & Scriniarii sacr. Rom. eccles.* Onuphr. *in explic. voc. obscur. eccles.* Strauch. *1. amœn. jur. Can. cap. 2. n. 17. & 1. amœn. 4. cap. 5.* Saccularii etiam alibi. Alibi Chartularii, Notarii sacri palatii. Regionarii item aut Scriniarii simpliciter. Charta apud Baluz. *2. misc. p. 119 Scriptum per manum Gregorii Scriniarii atque notarii sacri palatii.* Alia apud eund. *ibid. p. 181. Scriptum per manum Petri notarii regionarii sacri palatii.* Etymolog. Magn. Ζκρινιάριος τῆς δουκικῆς ὑπάρχων τάξεως λατίνων φωνῇ, ὅ ἐστι νοτάριος ἑλληνικῶς ἢ χαρτοφύλαξ. Bosquet. *ad Innoc. 2. epist. 73.* Notarii ergo plures. Nec idem ipsorum status. Vis omnis penes eos, qui Notarii erant Principum, cujusmodi etiam Eginhardus, qui gener Caroli magni etiam vitam ejus scripsit. *Ego*, inquit Cancellarius Lotharii Imperatoris apud Petr. Diacon. *lib. 4. Chron. Casinens. n. 1937. sum os & lingua Regis, per me loquitur, & sua jura disponit.* Στόμα βασιλῆος, ut incertus testatur Auctor;

Οφρ' εἴην στόμα πιστὸν ἐριθενέος βασιλῆος.

Donec erum os fidum præpotentis Imperatoris. Idem etiam qui Quæstor & qui postea Logotheta. Nicet. *lib. 1. hist.* Ως ἡ λατίνων βούλεται φωνὴ καγκελλάριον, ὡς δ' Ελληνες εἴποιεν λογοθέτην, *Ut Latine exprimitur Cancellarius, ut Græci dicerent Logotheta.* Cassiod. *1. var. 12. & 6. var. 5.* Iuret. ad Symmach. *2. epist. 8.* Savaro *ad Sidon. carm. 1.*

indictione undecima &c. Absunt verba hæc, usque ad *Actum Pladella villa &c.* ab exemplo quod habet Dousa *lib. 5. annal. p. 178.* Nec habet Auctor in Chronicis *lib. 6. cap. 4.* Adjecta tantum ad marginem. An

Auctoris nec ne sint, an nasutuli aut semidocti, non necesse ut inquiram. Sensum habent nullum. Nec in eo eliciendo ullum operæ pretium.

Zuterdeshaga. Ubi Zuterdeshaga, ubi olim Fortrapa, Dousa ipse non satis scit. Vid. *lib. 3. annal. p. 215.* Forsan loca hæc ad Flevum jam a mari absorpta, & in insulis illis forsan, quarum meminit Plinius *lib. 4. hist. cap. 15. In Rheno ipso prope C. millia passuum in longitudinem nobilissima Batavorum insula & Caninefatum, & aliæ Frisiorum, Chaucorum, Frisiabonum, Sturiorum, Marsaciorumque sternuntur inter Helium & Flevum, ita appellantur ostia &c.* Facit charta Arnulfi Regis Ann. 889. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap. 44. Dedimus ei inter Rhenum & Sutherdeshage, in Comitatu ipsius, in locis Northa & Ospretashem, & in loco qui dicitur Bedekenlo, hobam unam.* Alioquin si referas ad Fortrapam Zelandiæ (nam & ibi Fortrapa, ut in charta Wilhelmi Comitis Ann. 1345. & in alia Ann. 1337. *Voirtrappe int Nieuwe-land &c.*) quæ quæso concessio, quæ locorum descriptio hæc? A Zutherdeshaghe quæ in insulis circa Flevum quam ingens distantia ad insulas Zelandorum? Quisquamne tam credulus, ut terrarum tractum tam ingentem existimet pertinuisse ad ecclesiam Egmondanam? Hollandiam etiam ipsam, aut saltem maximam ejus partem?

Kynhem est quidam fluvius. Dousa *Kynhem* Kenmerlandiam ait. Et id satis verisimile. *Chinheim* apud Reginonem est *lib. 2. Chron. ad Ann. 884. Eodem anno Nortmanni, qui in Chinheim e Danemarca venerant. Kinnim* in Supplemento annalium Pithæi apud Lambec. *lib. 2. comm. de Biblioth. Cæsar. ad Ann. 882. Comitatus & beneficia, qua Roricb. Nordmannus, Francorum Regibus fidelis, in Kinnim tenuerat, eidem hosti suisque hominibus ad inhabitandum delegavit. Kennemers* ejus incolæ. Caninefatum progenies, ut non leves Auctores sunt. Alii in alia eunt omnia. *Kennefars* & *Kennevers* reperisse ait in manuscriptis se Corn. Haemrodius, libro cui titulus: *Batavia omniumque inter Helium & Flevum gentium atque urbium brevis descriptio.* Unde & facili deflexu Caninefates a Romanis dicti, ut quidem putat Pontanus *discept. chorogr. cap. 21.*

feudali jure. Ubi pictum aut scriptum hoc? Mox *cap. 8.* an non sibi contrarius? *qui locum eundem*, inquit, *ut patet in prædictis capitulis, proprietatis jure possidebat.* De feudo ne gry quidem in Caroli charta quæ supra. Nec ad rem quicquam facit Ottonis Tertii diploma. Aliud Carolus enim dedit. Aliud postea Otto III. Jure hereditario quod Carolus dedit datum. Fiduciario prius titulo quod Otto Tertius possessum. Vitæ S. Adal-

berti.

berti Auctor apud Mabillon. *sec. 3. sanct. ord. S. Bened. cap. 13. Quæ ne stringeretur inobedientiæ reatu, Theodorico primo Comiti, qui locum eundem, sicut nunc posteri ejus retinent, proprietatis jure possidebat &c.*

ligneum construxit in Hæmunda. Pleræque olim ecclesiæ usque ad annum a Christo nato millesimum ligneæ. Sensim deinceps splendidiores & de ligneis lapideæ. Adam. Bremens. *lib. 1. cap. 19. Ecclesias ubique per episcopium congruis erexit in locis. Tres vero Bremæ, quarum primam scilicet domum sancti Petri de lignea lapideam fecit.* Beda *lib. 2. hist. eccles. cap. 14.* de Eduino Anglorum rege: *Baptizatus est autem Eboraci die sancto Paschæ pridie iduum Aprilium in ecclesia sancti Petri Apostoli, quam ibidem ipse de ligno, cum catechizaretur &c. citato opere construxit.* Eugipp. *in vit. S. Severin. cap. 15. Ecclesiam etiam loci ejus mensores extra muros ex lignis habuere constructam, quæ pendula extensione porrecta desixis in altum stipitibus sustentabatur. &c.* Add. Hed. *in Volcmar. episcop.* Wendelin. *in gloss. Salic.* Schobinger. *ad Vadian. 1. rer. Alemann. pr.* Et id ritus Barbarici, quod ligneæ primum passim. De Cisa Dea Augustæ Vindelicorum Velleji fragmentum apud Goldastum: *Cujus templum ex lignis Barbarico ritu constructum &c.* Cap. VII.

mansus dicitur een Hoeff. Hoeff idem quod *Hoba.* Ab *hoba* hobarii. A *manso* mansoarii, manentes, mansarii. *Servitiales* vocat Heda in Baldrico episcopo. Vid. *lib. 4. de Nobilit. cap. 23.*

simulque crux aurea super pectus. Veldenaer *Chron. Holl. pr. Ende als die Priesters dat graft op deden, so vanmen dat heylige lichaem van sinte Aelbrecht, ende dat cleet, daer des heyligen vaders lichaem in gewonden was, al heel ende onverteert. Ende oock wert daer gevonden een gulden cruys op syn borst, dat medicyn ende salicheyt was tegen menigerhande siecten.* Crucis ingens veneratio. Divinam vim adscribebant. Incendio, hosti, diabolo, tempestatibus opponebant. Deferebant in prælium. Reduci ibant obviam. Muniebant ea supellectilem, cellas, villas, prædia, & homines etiam ipsos & vivos & mortuos. Historia monasterii Selebiensis in Anglia *cap. 9. Quod cum crux quædam, quæ in eadem adoratur Capella, foris contra ignem fuisset allata, continuo se repressit incendium.* Petr. Monach. *hist. Albigens. cap. 13. Ideoque quamplurimi nobiles & ignobiles contra hostes crucis armaverant se in pectoribus crucis signo.* Idem *hist. Albigens. cap. 37. Percussit eum valide in pectore, in loco, in quo Crucis signum affixum erat.* Add. *ibid. cap. 72.* Gelen. *ad Vit. S. Engelb. p. 321.* Guil. Brito *lib. 8. Philipp.* Cap. VIII.

turba fidelis
Hæreticos contra cruce se communit & armis.

Jurabant tacta cruce, inclinabant se, adorabant, & ac si esset numen templa-

templa ei dicabant, festos dies, jejunia. In ecclesiis & alibi prostrati supplices in modum crucis. Fulcher. Carnotens. 3. *hist. cap.* 5. *Exiit Patriarcha Antiochenus obviam sanctissimæ Cruci, Regi quoque & Archipræsuli, qui eam deferebant &c.* & mox: *adorantes repetitis vicibus ante Crucem venerandam se inclinabant &c.* Idem *d. lib. cap.* 7. *& die quo exaltationis ejus festivitatem celebrant &c. cum ea in urbem sanctam introierunt.* Add. Lambec. *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæs. p.* 697. ut & *infr. cap.* 25. Manus etiam a moribundis in modum crucis aptatæ. Orderic. Vital. *lib.* 3. *hist. p.* 476. *manusque super pectus in modum crucis aptavit, sicque Kal. Augusti fidelem spiritum Deo creatori reddidit.* Glaber Rodulphus 4. *hist.* 6. *projiciens se in crucis modum toto prostratus corpore.*

Cap. x. *Gena sive Gona &c. filia Pipini Regis Italiæ.* Caroli Magni filius Pipinus Rex Italiæ concessit vita Ann. DCCCX. ut habet vetus Chronicon Moissiacensis cœnobii apud du Chesne *to.* 3. *hist.* Haud dubie ergo, Gonna, si hæc hujus Pippini filia, excessit annum centesimum. Credat qui vult. Et fides penes Auctorem sit. Ludovici Pii filius Pipinus Aquitaniæ tantum Rex, Italiæ autem nunquam; defunctus Ann. DCCCXXXVIII. Annal. Bertinian. ad eum Ann. Qui vitam S. Adalberti scripsit, & facit se σύγχρονον Theodorici junioris de Pipino, de Gonna nihil. De Egberto autem ita *cap.* 19. *Hic itaque tam eximiæ liberalitatis Comes genuit filium Egbertum nomine, quem divini timoris intuitu Clericatus fecit delegari sorte.* & mox: *Hic denique est Egbertus, qui post Archipræsulatus a Deo sortitus insulam, tam vivacissimo religionis ardore, quam moderatissimæ libramine discretionis Trevirensem rexit ecclesiam.* De Erlinda etiam mox: *Fuit eidem Comiti filia carissima nomine Erlinda, quæ diu unius oculi est usu frustrata &c.* Idem nuspiam Arnulphi meminit. Nec quisquam veterum, quod sciam, filium facit Theodorici. Flandrum vocant, & Gandavensem, ut Sigebertus diserte ad Ann. 1018. Quod ad annum quo Theodoricus, qui vulgo primus, decessit, Anonymus etiam de eo nihil. De suo id habet Auctor, ut respondeat scilicet ætas Caroli Calvi diplomati, quod datum vult Ann. DCCCLXIII. Reliqua ex Anonymo diligenter describit.

Cap. xii. *& altare ejusdem ecclesiæ a nona usque ad nonam.* Ecclesiarum etiam, quod mireris, olim quoddam commercium. Vendebant, donabant, dabant pignori, permutabant, in feudum dabant, in dotem. Exstat constitutio Friderunæ reginæ uxoris Karoli Tertii facta apud Attiniacum anno Christi DCCCVIII. apud Baluz. *to.* 2. *Capitul. p.* 294. De feudis multa exempla sunt. Concessæ in feudum, quod notandum, non tantum a laicis. Etiam laicis a clericis. Capit. excerpt. ex lege Longobard. apud Baluz. *to.* 2. *Capit.*

pit. §. 34. *De ecclesiis quæ inter coheredes divisæ sunt, considerandum est &c. Et ubi ad nostrum beneficium pertinentes ecclesia ita divisæ fuerint, ut describantur, & nobis nuntietur.* Add. Car. Calv. Capitul. *tit.* 38. §. 3. Perinde cujus ecclesia esset, clerici, an laici, privati, an fisci. Disponebat cujus esset de ea pro lubitu. Capitulare *de villis Caroli Magni cap.* 6. *Volumus ut judices nostri decimam ex omni conlaboratu pleniter donent ad ecclesias, quæ sunt in nostris fiscis &c. & non alii clerici habeant ipsas ecclesias nisi nostri, aut de familia aut de capella nostra.* Dabat cui visum. Etiam ecclesiam ecclesiæ interdum dabat, ut oblationes scilicet cederent ecclesiæ cui data, partim ad fabricam, partim ad fratres, ad monachos sublevandos, partim ad sustentandum sacerdotem, parochum. Et ejus cura præcipua. Pauperes non erant tanti. Pluris erat patronus. Pluris qui pretio ecclesiam consecutus. Præsentabat Pastorem hic, creabat etiam, sed ea lege, ut vel partem oblationum vel censum solveret quotannis. Hincmar. *in Capit. tit.* 4. *cap.* 5. Baluz. 2. *misc. p.* 164. *& seqq.* Agobard. *lib. de privil. & jur. sacerd. cap.* 12. Strauch. 1. *amoen* 6. *cap.* 8. Sæpe hinc de ecclesiis tot lites, tot rixæ, & animis tam infestis inter partes contentio. Vid. Joan. Saresberiens. *epist.* 11. *& seqq.* Et non de nihilo si attendas tot amplos & magnificos ecclesiarum proventus. Idem *epist.* 180. *Ego inter ceteros una ecclesia privatus sum, quæ* XL. *marcas annuas solvebat antecessori meo.* Dabant autem ecclesiis non tantam ecclesias sed retentis ecclesiis earum aras etiam dabant, non omnes scilicet indistincte, nam multitudo interdum ingens, sed quasdam tantum, has aut illas. Vid. Miræum *Don. Belg. lib.* 1. *cap.* 37. & 63. Ivo Carnotens. *epist.* 286. *Dedimus & ecclesiam S. Stephani, & omnia ad eam pertinentia, altare scilicet de Morenciaco cum parte synodi ad altare pertinentis &c.* Nec pure tantum aut absolute, sed sub modo etiam & ad tempus. Ita hic verbi gratia altare ecclesiæ Velseusis ecclesiæ Egmondensi a nona datur ad nonam in die S. Agathæ, eum scilicet in finem, ut ejus temporis oblationes, & ejus temporis duntaxat, ecclesiæ cederent Egmundensi.

Stolam pulcherrimam. Stola fascia erat a collo per humeros pendens ad pectus & ad genua usque ad latus dextrum sinistrumque in crucis modum deflexa. Lata erat fascia hæc tres aut quatuor tantum digitos collo Sacerdotis, dum ad excommunicandum, ad missam, ad liturgiam se accingit injecta. Chron. Reicherspergens. ad Ann. 1190. *Offerentes se hostiam vivam summo Sacerdoti in argumentum officii sui stolas collis circumdederunt &c.* Charta apud Gelenium *ad Vit. S. Engelb. lib.* 1. *cap.* 3. *Quamvis excommunicationis sententiam incurrisset, quam in ecclesia &c. ipso præsente & gerente stolam sacerdotalem* Cap. XIII.

in

in collo &c. promulgavit. Cæsar. *de ejus vit. lib. 2. cap. 24. & ad collum habebant oraria sive stolas, ut solent sacerdotes.* Materies byssus candida auratis viis insignis. Robert. *ad vit. S. Hubert. qu. 5. n. 7.* Græcis ἐπιτραχήλιον. Expressit formam Alemannus *dissert. de Lateranens. pariet. cap. 10.* Add. *lib. 4. de Nobilit. cap. 11.*

cum dalmatica. Dalmatica vestimentum repertum primum in Dalmatia, confectum in modum crucis, habens, verba sunt Alcuini *lib. de divin. offic. in sinistra sui parte fimbrias, dextra iis carente, inconsutile, & cum longis manicis.* Theodulfus Aurelianensis in paræneſi ad episcopos:

Candida ut extensis niteat Dalmatica rugis,
Fimbria neve erret huic sine lege levis.

Subtile. Vestis Subdiaconi, quæ & alibi *stricta tunica.* Durand. *lib. 3. Ration. cap. 10. Tunica, quæ alibi Subtile, in lege vero ποδήρης.* Adam. Bremens. *hist. eccles. cap. 161. Casulas 35. cappas 30. dalmaticas & subtiles 14.* Vid. Car. du Fresne *in Subtile.*

Psalterium majorem, donatum, glossarium. Ita & in Frisico. Sed quid significet non satis scio. An misit hominem Egbertus, qui se ipsum offerret? Donatos alii non offerebant. Donati ipsi se offerebant & se scilicet & sua omnia. Choppin. *lib. 1. monast. fol. 136. Oblati seu Donati sunt, qui veste non mutata & regulare modo obsequium professi secum bona in monasterium traducunt.* Vid. *lib. 2. de Nobilit. cap. 2.* An vero legendum, *in Psalterium majorem Donati glossarium?*

Cap. XIV. *cum octuaginta octo annis.* Omnem fidem id excedit, ut latius Dousa demonstravit *lib. 5. & 8. annal.* Et qui quæso id verisimile, si eo dudum jam mortuo anno nongentesimo LXXXV. nepoti ejus Theodorico Arnulphi filio Comiti Otto Tertius Imp. donationem fecit Comitatuum Masalant, Kinhem, & Texla, & quorundam aliorum, ut patet ex charta ejus, quam habes *lib. 1. de Nobilit. cap. 13.* ut & apud Miræum *Cod. piar. don. cap. 42.* Sed ut calculus conveniret cum sequentium Comitum, quibus quisque regnavit annis, fingendum ab iis aliquid, qui initium primi Comitis statuunt Annum DCCCLXIII.

Lambert. Schasnaburgensis *Theophanam* eam vocat eamque obiisse

filiam Theophani Imperatoris. Cui nomen Theophanus Imperator non fuit. Theophania fuit filia Nicephori Phocæ Imperatoris Ottoni II. nupta. Vid. Chron. Carion. *in Otton. II.* Et hinc est, quod Ditmarus Mersburgensis episcopus, qui æqualis eorum temporum *lib. ult. Chron.* Arnulphi filium Thiedricum Imperatricis nepotem vocat, nepotem scilicet ex sorore, ut tum temporis locuti.

Idem

Idem Comes Arnulphus. Si hic filius Theodorici cur vocat Gandavenſem Sigebertus ad Ann. 1018. Atqui Francus ut vult Auctor *lib. 5. hiſt. cap. 36. & lib. 6. cap. 1.* Francorum Regibus oriundus? Sed in tanta rerum veterum & Auctorum penuria vix ſtatui poteſt quicquam certi. Certum id & nihil certius quam quod ante hunc Arnulphum utriuſque Theoderici res dubiæ admodum & incertæ. Vocat autem Gandavenſem non tantum Sigebertus, ſed & filium ejus ſic vocat, qui vitam S. Wolbodonis ſcripſit apud Henſchenium *to. 2. SS. Aprilis cap. 2. in fin. Ad idem tempus Freſones debellabat Gandavenſis Comes Theodoricus eo quod illius occiderant patrem Arnulphum.*

ait Ann. 961. *Miſſa etiam legatione Conſtantinopolin filiam Imperatoris Theophano inde accepit, quam celebratis nuptiis in Italia eidem filio ſuo conjunxit.*

Theodoricus hujus nominis tertius. Vir fortis & bellicoſus, ſed quo rerum potito nec Hollandia adhuc nota, nec tractus is, qui ſic dictus jam, redactus adhuc omnis ſub imperium unius. Primus hic, ut videtur, qui Dordracum extruxit, qui auxit ſaltem & ampliavit, & territorium Dordracenſe univerſum invitis abſtulit. Baldricus Noviomenſis ſcriptor Belga vetuſtiſſimus (nam vixit ſeculo XI.) 3. *Chron. cap.* 19. *Erat*, inquit, *etiam locus quidam ſilvis ac paludibus inhabitabilis, qui ab incolis Mereweda nomen accepit, ubi videlicet Moſa & Wal fluvius de Rheno affluens pariter corrivantur. Nulluſque ibi præter venatores ac piſcatores habitare antea conſueverat, eratque epiſcoporum Trevirenſis videlicet ac Colonienſis, ſed & aliquot Abbatum in piſcatione & venatione communis poſſeſſio. Huc nimirum Theodericus Arnulphi Gandenſis filius, qui participium monarchiæ Friſonum tenebat (quia Friſones pro morte patris, quem interfecerant, ſuſpectos habebat) ſeceſſerat, factoque quodam municipio, alienus invaſor, ipſam terram præſumpſerat poſſidere, ſed & negotiatores inibi navigantes graviſſimo cenſu conſtringere &c.* Henrico Cæſari provinciales cum vim factam eſſent queſti, inunxit Cæſar Adelboldo epiſcopo Trajectenſi, ut reſtitutis quæ ablata armis invaſorem de iis locis depelleret. Ditmarus *d. lib. ult. Thiedricus ille infauſtus prædicti Antiſtitis ſatelles fuit. Hic in quadam ſilva Mirvidu vocata magnum habuit prædium, quod ſibi ex ejuſdem parte injuſte ablatum eſſe cuncti comprovinciales Cæſari in Neumagun queruntur. Unde cum conſilio optimatum Imperator epiſcopo Trajectenſi hæc loca præcepit incendi, & conclamantibus reddi.* Nec ſegnis Adelboldus, ſed infeliciter res ceſſit. Fuſus cæſo exercitu, ut Ditmarus *ibid. Cumque ſeniorem ſuum juvenis nefandus a mandatis talibus compeſcere nequiviſſet, licentiam abeundi petiit, & ſe id prohibiturum eſſe promiſit. Nec mora factum eſt, quod dixi.* Scilicet paulo ante: *Petiit*, inquit, *Athelboldus Trajectenſis epiſcopus cum Godefrido Duce auxilioque ſuimet ſociorum atque amicorum Imperatricis noſtræ nepotem*

Thiedricum se prius in occisis militibus suis multum nocentem & in insula quadam sit conventus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam præparatus mortem quam hosti minatur proh dolor patitur. Namque a Fresonibus ex insidiis undique erumpentibns & a prædicti juvenis satellitibus ex improviso is circumventus, dictu terribile, gladio & aqua sine resistentium damno vitam hanc finit. Episcopus autem in navicula quadam vix fugit, at Dux ab hoste salvatus est, & ut veraces affirmant plus quam tres legiones interfectorum sunt. Omnis hac regio defensore forti carens piratas advenientes timet, cotidie mœrens. Eo autem dignior quæ notetur narratio hæc, quod satis abundeque ei, ut qui scripsit, cum id contigit id quod scripsit, compertum. Notandum etiam quod Adelboldum Thiedrici seniorem, Thiedricum autem vocet Adelboldi satellitem. Vasallus ergo Adelboldi. Nec vanum prorsus, quod Heda de episcopi Trajectensis vasallis habet in Adelboldo *hist. Ultraj. p.* 111. etsi nondum adhuc constat, unde id factum, quod Thiedricus hic Adelboldi vasallus. Vasallus etiam Imperii, sed quod habebat ab Imperio Otto Tertius Imperator ei dedit in proprium, etsi an universum ne id quidem satis constet. Nam & quædam tantum refert, ut videre est ex charta, quæ *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 13. & ut ut sit, certum, quod nihilominus tamen mansit adhuc Princeps imperii. Qui autem Princeps imperii, & imperii vasallus. Unde haud dubie est quod filius ejus, cum vicinis movisset bellum, Imperatori rebellis dicitur ab Hermanno Contracto ad Ann. 1047. Vasallus tamen non ut ceteri. Proprii generis vasallus. Vasallus certo respectu. Vasallus liber non ligius. Nec investitus ut vasallus. Nec tributis imperii, nec legibus, nec oneribus, nec judiciis obstrictus, ut latius de eo egi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 33. Cæterum quod Ditmarus ait habet etiam Sigebertus ad Ann. 1618. *In Fresonia*, inquit, *Deoderico Comite filio Arnulfi Gandavensis debellante Fresones in vindictam patris sui ab eis occisi Godefridus Dux ad eum debellandum ab Imperatore mittitur, & conserto prœlio, repente voce, nescitur unde, emissa, Fugite, fugite, cunctis fugientibus, multi a paucis Fresonibus perimuntur. Dux vero capitur.* Idem qui vitam S. Wolbodonis scripsit Reinerus monachus Leodiensis *d. loc. in fin.*

Cap. xv. *Anno Domini millesimo quadragesimo sexto proditus ab inimicis Dordraci &c.* Imo & hunc annum & sequentes explevit. Decessit demum Ann. 1049. Nec ex insidiis confossum sed pugna victum & occisum Herman-Hermannus Contractus ait. Lambertus Schafnaburgensis ad Ann. 1047, *Deinde exercitum navalem per Rhenum duxit in Fresiam contra Gotefridum ejusque adjutorem Diodericum. Ibique duas urbes munitissimas cepit Rinesburg & Fleerdingen.* Hermannus Contractus ad Ann. 1046. *Rex Paschale*

festum

festum apud Trajectum Fresiæ urbem egit, & subsecutis diebus nauali expeditione in Phladirtingam fretum trajiciens pagum quendam, quem Theodoricus Marchio sibi usurpaverat, ab eo eripuit: unde idem postea rebellionis causam sumpsit. Idem ad Ann. 1047. *Theodoricus quoque de Phladirtinga Marchio rebellavisse & episcopatus sibi contiguos ad injuriam Imperatoris populatus esse nuntiatur.* & mox: *Quibus de causis &c. autumnali tempore navali exercitu collecto contra Theodericum in Phladirtingam arma commovit.* Item: *Imperator expeditione in Phladirtingam trajecta, aquosis impedientibus locis parum proficere potuit, & revertens, adversariis marino cursu levibus scaphis latrocinantium more sequentibus, & extremos quosque incursando cadentibus non modicam in exercitu cladem pertulit.* Idem ad Ann. 1049. *Interea glaciali hyeme suppeditante nonnulli de partibus maritimis milites & Principes cum Leodiensi episcopo, Trajectensi, & Metensi congregati Theodorico in Phladirtinga insidias tendunt, commissaque pugna victum occidunt, & provinciam illam Imperatori subjiciunt: quam tamen non multo post Gotefridus occupans ab eisdem pugna petitus & victus vix aufugit.* Quod vocet de Phladirtinga Marchionem non mirum. Promiscue hæc olim sumpta Consul, Marchio, Dux, Comes. Balduinus qui Flandriæ Comes apud d' Achery *to.* 4. *Spicil. p.* 582. Flandriæ Marchio *ibid. p.* 584. Florentius frater Theodorici, postquam ei successit, non Comes tantum, sed nonnunquam & Marchio & Dux dictus. Orderic. Vitalis. *lib.* 4. *hist. ad Ann.* 1071. *Rodbertus itaque Fresio totam sibi Flandriam subegit, & fere xxx. annis possedit, amicitiamque Philippi Francorum Regis facile promeruit. Ipsi nempe majorum origine erant consobrini, & ambo conjuges habebant filias Florentii Frisionum Marchisi.* Idem *lib.* 7. *hist. ad Ann.* 1031. *Philippus vero* 47. *annos post patris mortem regnavit, & Bertrandam Florentii Frisiorum Ducis filiam in conjugium duxit.* Idem *lib.* 8. *hist. p.* 699. *Porro generosam & religiosam conjugem suam nobilis Frisiorum Ducis filiam &c. dimisit.* Phladirtinga autem, quod Hollandiæ vox nondum exteris satis nota, a principe in ea urbe. Vlaerdinge olim urbs inclyta, commerciis, navium statione, & portu multum illustris, ut latius demonstravi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 15. *& seq.*

Roberto Frisoni juniori filio Balduini Comitis Flandriæ. Balduinus Comes Flandriæ duos reliquit filios Balduinum & Robertum. Balduinus patri successit. Robertus ubi ætas faciendis apta stipendiis comparato exercitu postquam varia tentasset in Frisiam se contulit, & iterato congressu eam tandem obtinuit. Lambert. Schafnaburgensis ad Ann. 1071. *Tandem advertens sic infeliciter sibi cedere quamcunque viam tentasset amplificandæ gloriæ suæ deinceps* Cap. XVI.

in perpetuum ab oppugnatione exterarum gentium animum revocavit, atque Fresiam, quæ confinis Flandriæ, cui Thedericus quondam Comes, & post hunc Florentius frater ejus imperaverat, irruptionem fecit. Bis ibi commisso prælio victus ac fugatus est. Tandem incolæ loci multis certaminibus exhausti, quum animum ejus vel ad mortem vel ad victoriam obstinatum cernerent, ultro se ei dediderunt. Vicinum autem tam potentem Balduinus frater non ferens conatus rursum ejicere eum commisso prœlio ingenti, dum in hostes confertissimos infelix ruit, occumbit. Robertus victor ingressus Flandriam pulsa Balduini vidua, quæ vindictam petitura ad Henricum Imperatorem aufugit Leodium, sibi subjicit universam, & dum aliis impeditus differt rem Imperator, diu admodum potenter obtinet. Lamb. Schafnaburgens. *ibid.* Quo minus autem a Frisiis quicquam deinceps metuendum uxorem ducit Gertrudem Florentii Primi viduam. Robert. de Monte in Accessionibus ad Sigebertum ad Ann. 1074. *Robertus autem accepit*, inquit, *conjugem relictam Florentii Comitis Frisiæ, quæ unicam ex prædicto Florentio habebat filiam. Quam Robertus longe facere volens a paterna hereditate dedit eam Philippo regi Francorum, & ita Comitatus Frisiæ remansit ei cum matre prædictæ puellæ, unde cognominatus est Frisio.*

Deinde Godefridus Gibbo Dux Lotharingiæ. Sigebert. ad Ann. 1070. *Gerardus Dux Mosellanorum moritur. Moritur etiam Dux Godefridus. Godefrido succedit filius ejus Godefridus Gibbosus, etsi corpore exiguus, tamen animo maximus.* Et hic est Godefridus (qui & alibi Gozelo) qui episcopi Trajectensis Wilhelmi copiis adjutus Hollandia rursum Robertum expulit, pulsus viciſſim ipse a Theodorico v. Florentii I. filio, & mox Antverpiæ confossus. Lamb. Schafnaburg. ad Ann. 1076, *Gozilo Dux Lotheringorum, cum esset in confinio Lotharingiæ & Flandriæ in civitate, quæ dicitur Antwerpha, occisus est per insidias, ut putabatur, Ruberti Flandrensis Comitis. Cum enim quadam nocte quiescentibus omnibus ad necessitatem naturæ secessisset, appositus extra domum speculator confodit eum per secreta natium, relictoque in vulnere ferro conscius aufugit. Vix deinceps* VII. *diebus accepto vulneri superstes* IV. *Kal. Martii vita decessit, atque Werdenis juxta patrem sepultus est. Magnum regni Teuthonici robur ac incrementum: quum ut sæpe jam dictum est licet staturæ pusillitate atque gibbo despicabilis videretur, opum tamen gloria & fortissimorum militum copia, prudentiæ quoque maturitate, postremo totius vitæ temperantia longe cæteris Principibus supereminebat.* Sigebert. ad d. Ann. *Sicarius in Frisonia Godefridum Ducem perimit.*

Paulo post petitionem e vivis Abbati. Sic & in Frisic. Lege, *Paulo post petitionem e vivis Abbas decessit.* In margine exemplaris, quo usus olim

Boc-

Bockenbergius, paucis notatum ita: *Abbas hic Stephanus confirmavit etiam literis hoc ipsum diploma, ergo ante diploma datum mortuus non fuit, sed fallitur scriptor annalium forte phrasi* bonæ memoriæ, *qua plerumque mortuos denotarunt. Mortuus est ut habet Catalogus benefactorum monasterii anno Domini* 1105. Nec de nihilo est quod notatum. Florentii Crassi enim tempore vixit Stephanus adhuc. Et id certum. Et testem habeo luculentum Anonymum Egmondanum, qui quædam S. Adalberti miracula sæculo XII. effusus in laudes Stephani mandavit memoriæ. *Temporibus*, inquit, *Florentii Crassi piissimi octavi Comitis Hollandensis, cujus erga Sanctum Domini ejusque congregationem multa devotio &c.* & mox. *Hæc itaque sunt nuntiata Abbati loci ipsius Stephano, qui Pastoris officium in quantum decrepitus & jam jussu Imperatoris de præsidio & statu vitæ præsentis migraturus poterat, strenue satis exercebat.* Quod diploma attinet adhuc dubito, an non totum commentitium. An non cusum & confictum in officina Egmondensi. Nam ut alia non dicam, quid quæso hoc tandem est, quod initio ejus statim, *Theodoricus frater Walgeri primus Hollandiæ Comes cum legitima conjuge sua Gena*? An de eo jam controversia & dubitatum an Theodoricus primus Comes Hollandiæ? Nec Hollandiæ is unquam Comes, sed tractus tantum pertinentis ad Ecclesiam Egmundensem, nec Hollandia adhuc nota. Et qui quæso subsistit hoc, quod ex propriis possessionibus ecclesia Egmundensis ab eo dicitur constructa? An construxit constructam jam? A Carolo Simplice an non data? Et an non dedit constructam? An non nimis ridiculum, si datum dicas quod cum dabat, nec ipsius adhuc erat, nec in rerum natura, si idem & non exstructum & jam exstructum defendas? Et quod videtur adhuc stultius, quo hoc pertinet quod dicit, *Hujus Florentii filius fui ego Theodoricus quartus? &c.* An dubitatum an esset quartus? & an Florentii esset filius? An dum viveret dubitatum? Et quid quæso hoc, *fui ego*? Fuisse dicitur qui jam obiit? An defunctus sic loquitur? Stephanus Abbas præterea, ut statim jam observatum, dicitur *bonæ memoriæ*, & per consequens jam defunctus, quod & Auctor non obscure ait, cum diploma hoc concessum, & idem tamen Stephanus inter testes recensetur, & datum dicitur diploma, dum vixit adhuc Abbas, vicesimo sexto ejus anno. Plane ergo νοθ&ὐ.

Ego Theodericus Dei gratia Hollandensis Comes. Notant Heda, Miræus, Douza, aliique, primum hunc qui scripsit se Comitem Hollandensem. Diploma hoc habent quo nituntur. Sed si spurium id, si νοθεύ, non multum hinc pro sententia hac adferetur præsidii, etsi interim vix dubito quin vox *Hollandiæ* aut *de Hollant* jam innotuerit tum temporis, cum Flo- Cap. XVIII.

Charta Henrici IV. Ann. 1056. *Obtulit obtutibus nostris quasdam auctoritates constitutionis regum antiquorum Pippini videlicet & Caroli bonæ memoriæ &c.* Vid. Hed. *hist. Ultraj. p.* 80. *& seq.*

rentium ejus filium vocet verbis expressis Comitem de Hollant Abbas S. Trudonis, qui Florentii fuit σύγχρονος, loco statim indicando, apud d' Achery *to* 7. *Spicil.*

quasdam auctoritates donationum. Diploma & *auctoritas* idem media ætate. Passio S. Savini apud Baluz. 2. *misc. cap.* 2. *Tunc Maximianus Augustus gaudio repletus hanc auctoritatem jussit dirigi ad quendam Venustianum Augustalem Tusciæ &c.* Præceptum Lotharii regis apud Baluzium *ibid. p.* 149. *Restituimus per nostræ auctoritatis præceptum ecclesiæ S. Stephani Lugdunensis villas has* &c. Sic auctoritas donationis apud Conring. *cens. diplom. Ludov. p.* 362. *Hanc Præceptionem auctoritatis nostræ*, apud Aimoin. *lib.* 5. *cap.* 1. Add. Baluz. 3. *miscell. p.* 102.

quod pro sepultura injuste & immoderate magis ab eis extorquebatur. Nec gratis quisquam sepultus. Nec ubique, nec quemvis olim licuit sepelire. Indigni habiti sepultura quicunque excommunicati. Si sepulti jam exhumati & ut canes projecti. Stetit integrum septennium Henricus IV. Imp. insepultus Leodii, quod a Papa excommunicatus & necdum absolutus infelix admodum decessisset, Orderic. Vital. *lib.* 10. *hist. p.* 762. *Sed quia pro sceleribus suis Apostolico anathemate percussus occidit extra matris telluris gremium ut belluinum cadaver computruit, nec communi sepultura mortalium contegi vel honorari meruit.* Abbas Urspergens. *Chron. p.* 195. Bosquet. *ad Innocent.* 1. *epist.* 60. *&* 2. *epist.* 72. In alterius parochia nulli jus sepulchrorum. Quisque in sua parochia, nequid lucri alioquin parocho præriperetur, mandandus erat terræ. Charta apud d' Achery ad Guibert. *in not. p.* 821. *Quod siquis eorum casatorum alibi quam apud vos & nos sepultus fuerit, jus nostrum & vestrum communibus expensis & laboribus prosequemur, & emolumentum æqualiter partiemur bona fide.* Gillebert. Lunicens. apud Usser. *syllog. epist. Hibern. epist.* 30. *Octo sunt, quibus sustentatur Sacerdos, parochia, mansus, atrium, cœmiterium, templum, altare, calix cum patena, corpus cum sanguine.* Add. Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat.* 6. *cap.* 81. Eadmer. *lib.* 3. *hist. p.* 68. Nec mirum hinc, quod corpora, dum de loco Plebani aut Parochi contendunt, diu sæpe insepulta. Diploma apud Lambecium est *lib.* 2. *comm. de Biblioth. Cæsar. p.* 79. quo continentur (utar verbis diplomatis) *depositiones testium &c. super discordia, quæ olim vertebatur inter ipsos Præpositum, Decanum, & Capitulum ex una parte, & religiosos viros Priorem & fratres Ordinis Prædicatorum ejusdem loci ex altera, super eo videlicet, quod iidem Prior & fratres corpus cujusdam mulieris defunctæ Womelis nomine ad eorum ecclesiam, ut illud in cœmeterio sepelirent, asportarunt, seu asportari fecerunt, vel ratum habuerunt, de ecclesia S. Nicolai,*

Charta Ann. 1452. qua Hanseaticæ Societati privilegia aliquot Ultrajecti a Civitate concessa: *Item so sellen die voerse Coeplude ere sepulture mogen kiesen wair datse willen, bekolden der parochie er recht, dair enich Coepman inne stervet.* Infr. *cap.* 38. *salva justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.*

cujus

cujus parochialis eadem mulier existebat, contradicente & reclamante presbytero parochialis ecclesiæ S. Nicolai prædictæ, & omnino prohibente, ne de sua ecclesia corpus asportaretur defunctæ prædictæ sub anno Domini CIↃ. CC. LXV. *&c.* Vid. *& lib. 2. rer. Hamb. n.* 132. Miræ. *diplom. Belg. cap.* 54. Magni hinc ecclesiarum & Sacerdotum proventus. Nimii etiam nonnunquam & recidendi edictis, ut verbi gratia hic exemplum. Add. Attonis episcopi Capitulare apud d' Achery *to.* 8. *Spicil. cap.* 24. Gobelin. Person. *Cosmodrom. ætat.* 6. *cap.* 70.

Anno &c. humato domino Stephano Abbate. Stephanus vir insignis & bonis artibus innutritus. Virtutem prædicat Anonymus, cujus statim jam memini, & quem habet Mabillonius *secul.* 3. *Benedict. part.* 1. *Fructibus*, inquit, *senectutis jucunde fruebatur, memoria scilicet, & copia bonorum pro labore antea paratorum. Nam & strenuitatis suæ & laboris in studiis liberalibus exercitati argumenta non debilia posteris reliquit, libros scilicet, quos claustro Egmundensi & numerose & accurate describi fecit.* Cap. XVIII.

Hic Florentius Crassus hujus Theodorici quarti filius. Ob pinguedinem Crassus. Graviſſimum pinguedine Rodulfus vocat Abbas S. Trudonis *Chron. lib.* 9. apud d' Achery *to.* 7. *Spicil. Profectus sum*, inquit, *eo anno quo intravi in Abbatiam ulterius Trajectum &c. & per auxilium Dei & Advocati uostri Florentii Comitis de Hollant &c.* & mox: *Quanto labore, quanta sollicitudine &c. finem hujus rei effecerim; longum esset referre, cum prædivitem Comitem & gravissimum pinguedine oportuit me funibus argenteis de Hollant Trajectum trahere, ipsiusque episcopi rigidam cervicem ejus metalli malleo mihi inclinare &c.*

Petronillam filiam Theodorici ducis Saxoniæ. Sororem Lotharii. Meminit Abbas Urspergensis. Meminit etiam simultatis inter ipsum & Henricum V. Imperatorem. *Cœpit etiam tunc germinare*, inquit, *discordiæ illius seminarium, quæ sequenti æstate maximo regionis illius damno, quæ vulgo Hollant vocatur, morose & laboriose, & vix tandem ipso Imperatore copiosum illo exercitum ducente terminabatur: ubi matrona quædam, cujus nomen exidit, soror nimirum Lotharii ducis, cujus & patrocinio confisa, Imperatori rebellare præsumebat.* & mox: *Non multo post Imperator H. movit expeditionem contra eos, qui sibi in regione Hollant contrarii existebant. Hisque licet tarde subactis ad superiores partes se contulit.*

Geroldus episcopus. Non Trajectensis sed loci in partibus infidelium. Cujusmodi olim multi. Etiam Ultrajecti. Suffraganei, Adjutores, & Vicarii in spiritualibus episcopi Trajectensis. Titulares episcopos Theodoricus de Niem vocat in vita Johannis XXIII. *p.* 5. Mentio satis crebra in chartis & apud Hedam episcopi Zudensis, Cæsariensis, Hebronensis &c.

Vironensis fit *infr. cap.* 41. Corkagensis apud Buschium in *Chron. Windesemensi.* Hipponensis *infra cap.* 26. Leonensis *infr. cap.* 35. Omnes hi Ultrajecti. Assumpri passim ad aras, ad ecclesias dedicandas, ad ordines celebrandos, ad sacerdotes, ad diaconos, ad subdiaconos consecrandos, ad chrisma, ad aquam benedictam, & ad alia nonnulla. Vetus charta Trajectensis de Godeboldo episcopo & Præpositura Westfrisiæ: *Idem dictus D. episcopus contulit & concessit Præposito inibi pro tempore existenti potestatem secum ducendi quolibet septennio, dum sibi placeret, & sibi visum foret expedire, ad eandem Præposituram episcopum unum Catholicum ad ea quæ sunt ordinis & consecrationis exercenda, & eundem reducere, & emolumenta exinde provenientia cum eodem episcopo sic ducto percipiendi.* Add. infra *cap.* 41. & 35. & 61. De Henrico de Wittenhorst Abbate Egmundensi infra *cap.* 92. *ac ipso die Petri & Pauli in monasterio S. Pauli Trajectensis a suffraganeo Trajectensi munus benedictionis adipiscitur.*

Cap. XIX. *sed quia muliebris sexus.* Hæc de verbo ad verbum ex Anonymo quodam monacho, qui Egmundæ circa id tempus vixit, & S. Adalbetti miracula aliquot conscripsit, usque ad illa verba: *Tandem Anselinus Abbas.* Habes apud Mabillon. *actor. ordin. S. Bened. secul. 3. part. 1.*

Cap. XX. *inspiravit divina gratia.* Ad verbum rursum descripra hæc ex eodem Anonymo usque ad finem hujus capitis.

Cap. XXII. *& etiam pro anniversario suo.* Dies quo quisque mortuus sacrificiis olim cultus. Legata in eum finem piis locis relicta, cœnobiis, ecclesiis, quo promptiores essent fratres ad ejus observationem. Et certatim id factum salutis æternæ certa spe, ut putabant, ne cleri precibus destituti majori difficultate evaderent ad Deum. Hinc codices, *diptycha*, quæ & *brevia* etiam passim, in quibus nomina defunctorum, benefactorum, donatorum, annus item, mensis, dies, quo quisque in fata concesserat. Unde & passim in chartis, quod in hac est, quæ sequitur, sub Carolo Magno olim scripta: *Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum vitæ tempus subitanea transpositione venturum, oportet ut non inveniat unumquemque imparatum, ut sine aliquo boni operis respectu migret de seculo, nisi dum in sua potestate consistit præparet sibi viam salutis, per quam ad æternam salutem valeat pervenire. Igitur ego Reginsind tractavi pro Dei timore vel remedio animæ meæ & animi filii mei Perchtoldi &c.* Annus, dixi, mensis, dies. Nam & mensem & diem, tricesimum, septimum, ab obitu observabant. Charta Ann. 1120. qua ecclesia in Sisele subjecta S. Mattini ecclesiæ in Trajecto: *Quia igitur sic est inita & incorporata huic ecclesiæ illa, quotiescunque aliquis ex istis vel illis fratribus obierit, utriusque obitus utrique congregationi denuncietur, ut tri-*

ricesimus dies depositionis ejus & anniversarius vigiliis & orationibus, psalmis, & missis statutis rite celebretur. De Canonici sepultura & qua pompa mandandus terræ vetus Trajectensis ecclesiæ Statutum: *Mortuo Prælato vel Canonico in nocte sive in die significetur campanariis omnium ecclesiarum, ut audito signo ecclesiæ, in qua mortuus est compulsatio fiat in omnibus ecclesiis. Idem fiat cum effertur vel sepelitur. Hoc etiam fiat in septimo, in tricesimo, & in anniversario primo.* & mox: *Quilibet Canonicus infra tricesimum legat vel legi faciat pro anima defuncti psalterium. Omnes conveniant ad septimum, tricesimum, & anniversarium primum.* Add. *lib. 2. de Nobilit. cap. 36.* Schoock. *de bon. eccles. sect. 1. cap. 7.*

Cap. XXIII. *habuit plures Advocatos in diversis negotiis.* De his abunde ni fallor dixi *lib. 2. de Nobilit. cap. 29. & seq.*

milites de Egmunda. Id est, equites, *Ridders.* De his etiam abunde *lib. 4. de Nobilit. cap. 10. & seqq.*

Cap. XXIV. *Anno Domini CIↃ. C. trigesimo octavo Theodoricus Comes Hollandiæ nonus.* Eadem verba habet Auctor *Chronic. Holl. lib. 17. cap. 16.* ubi & Innocentii diploma quod sequitur. Idem Belgice etiam versum ex libro quodam membranaceo, ut ait, habet Auctor *Batav. illustr. to. 2. part. 1.* cap. 12. Inepte autem vocat Theodoricum, cujus mentio hic, Theodericum Tertium, qui est Sextus hujus nominis. Nec necesse ut miretur quis. Errorum & ineptiarum amaxarius is ingens, ut latius demonstravi jam *lib. 4. de Nobilit. cap. 3.* Add. Snoj. *lib. 6. rer. Batav. in Theod.* VI.

Johannes de antiquis temporibus, qui fuit Pincerna &c. & habebat annos CCCLXI. Humanam excedit fidem. Et tamen multi crediderunt. Auctor libri de castro Ambas. apud d' Achery *to. 10. Spicileg. cap. 5. n. 10.* Mart. Polon. ad Ann. 1138. Bodin. *de Republ. lib. 4. cap. 2.* Nevisan. *sylv. nupt. lib. 2. n. 111.* Sed audiamus virum gravem & insignem historicum Paulum Æmilium *lib. 5. hist. Sub idem tempus*, inquit, *obiit Johannes a Stampis, quem per errorem a temporibus multi vocitant ob diuturnam vitam. Plus trecentis sexaginta vixisse annis eum faciunt: sub Carolo Magno meruisse: Ludovico Crassi filio decessisse: cum interea nulla in tot motibus mentio ejus facta fuerit: nec latere ignorarive potuisset virtus, quæ specimen sui jam inde a clarissimi imperatoris ætate præbuisset. Libentius crediderim eum militasse sub Carolo Simplicis nepote: quem Regnum paternum avitumque petentem, & in Carolum Magnum originem suam referentem Capetus Regni æmulus cepit, speque rerum potiendarum exuit: nec trecentorum sexaginta, sed centum circiter & sexaginta annorum vitam ei contigisse: id quod etiam conseneſcente mundo magnum & memorabile sit.* Recte *magnum & memorabile.* Centum anni alioquin longissimum vitæ spatium, *l. 56. ff. de usufr. l. 8. ff. de us. & usufr.*

Charta Ann. 1568. 2. April. *Ten vierden so wil ic daimen geeft op myn begravinge aen den gerechten gemeen Armen aen wittebroot drie mauwer weyts, op myn sevendach drie mauwer weyts, op myn maentsiont drie mauwer weyts, ende op myn jaer getyde drie mauwer weyts, al aen wittebroot &c. Ten vyfden so wil ick dat men geeft alle Priesters &c. die gestelt syn alle dagen binnen 't sevendach missen van* requiem *te lesen &c. over myn arme siele, mits lesende op myn grafstede* Miserere & de profundis. &c.

sufr. leg. Centum & viginti, si audiamus mathematicos. Trebellius Pollio in Claudio: *Doctissimi mathematicorum centum & viginti annos homini ad vivendum datos judicant, neque amplius cuiquam jactitant esse concessum.* Nonaginta sex, si audiamus Ausonium *eidyll.* 18.

Ter binos decieſqne novem super exit in annos
Justa seneſcentum quos implet vita virorum.

Pauci supergressi. Paucos Phlegon Trallianus habet, qui de *Longævis* libellum scripsit. Pauci similes Masiniſſæ, qui nonagesimo ætatis anno adhuc filium procreavit. Vixisse dicitur S. Samson annos 120. Prope totidem Zosimus, cujus meminit Iustinianus *nov.* 6. *cap.* 2. S. Machutes annos centum triginta tres. Vid. *vit. ejusd. ut & S. Samson. in Biblioth. Floriacens.* Fuit etiam hoc seculo Londini Thomas quidam Parrus, qui annos natus centum & quinquaginta decessit. Borremans *var. lect. cap.* 50. Sed id rarum & inauditum. Et Zelandi vix crediturí, apud quos, ut Everhardus ait *cons.* 132. *n.* 7. vix unus de mille attingit annum quinquagesimum. Quod autem Auctor Joannem hunc & Pincernam & filium Caroli Magni adhuc facit credat id Judæus apella.

Cap. xxv.

Ad charitatem ter in anno. Ad diem hilarem comburendum, sumendum poculum charitatis, ut a Græcis passim & Latinis frequenter admodum id olim factum in honorem Sanctorum. Vita S. Udalrici *cap.* 4. *in fin. Canonici præcipiente episcopo charitatem accipientes & rogantes unum responsorium de resurrectione Domini interim decantaverunt. Et hac charitate expleta ad alteram mensam congregatio S. Afræ similiter fecit. Appropinquante vero vespera ille sibi & secum sedentibus latanter pocula porrigere præcepit, & tertiam charitatem omnes charitative bibere rogavit.* Auctor *ejusd. vit. cap.* 11. *Vas quod illi porrigebatur accepit dicendo, istam siceram bibere charitate S. Udalrici, per cujus adjutorium de maximis angustiis liberatus sum, volo. Cumque poculum hausisset, & vas cum manu deorsum verteret, dixit: Cum illa charitate signatus certus sum, quia nullius adversitatis pravitas mihi hodie poterit nocere, sed neque gladius corpus meum vulnerare.* Add. *ibid cap.* 10. Ducas *hist. cap.* 36. Ὁ χυδαῖος οὖν καὶ ἀγοραῖος λαὸς ἐξελθόντες ἐκ τῆς αὐλῆς τοῦ μοναστηρίου ἐν καπηλίοις, κρατοῦντες ἐν χερσὶ τὰς φιάλας πλήρεις ἀκράτου ἀνεθεμάτιζον τοὺς ἑνωτικούς, πίνοντες εἰς πρεσβείαν τῆς εἰκόνος τῆς Θεομήτορος, καὶ προκαλοῦντες αὐτὴν τοῦ γενέσθαι προστάτην καὶ ἀρωγὸν τῆς πόλεως. *Infima ergo forensisque turba ex aula monasterii dilapsa in œnopoliis manibus phialas mero plenas tenentes henoticos, id est, unitati adhærentes diris devovebant, & in honorem imaginis Deiparæ exhaustis poculis eam invocabant, ut urbi præesset & auxiliaretur.* Et id ut pleraque etiam alia ab eth-

Infra *cap.* 36. *qui & dedit ad charitatem fratrum viginti tres solidos annuatim.*

nici-

nicis ab iis hauſtum. Solebant olim Græci tria pocula evacuare in honorem Deorum. Unum in ſanitatem Deorum Olympiorum. Alterum in Heroum. In honorem Jovis σωτῆρος tertium, ſeu ἀγαθοῦ δαίμονος, aut ὑγείας, quæ ſanitatem curaret, ut egregie Vir Cliriſſ. Steph. le Moyne ad Polycarp. *in not. p.* 96.

De liberis. Liberi nulli obnoxii, nulli nedum monaſterio ad ſervitium obſtricti. Unde & noſtrum illud *Vryheeren.* Chronic. Trudonenſ. apud d'Achery *to.* 7. *Spicil. lib.* 1. *pr. Poſt primum Adelardum ſucceſſit Guntrammus natus de Haſbania liberorum proſapia.* Vid. *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 8.

imaginem cum diademate. Relictis inſtar diadematis in orbem aliquot capillis raſum cleri caput. Et id vulgo *diadema, corona.* Græcis etiam παπαλήθεγε.

factum eſt prælium in Schagen. Cum Hollandis borealibus, quo diſceſſit Comes inferior. Meminit cæſi Allardi vetus Chronicon Goudanum *p.* 40. Cap. XXVI.

Advocato Hæmundenſi firmo. Id eſt, hereditario, ut clarius mox patet. Advocatus non tantum qui orat cauſas in foro. Magiſtratus etiam, Protector, territorii Præfectus. Unde & Advocatia idem quod præfectura. Et hoc ſenſu etiam fœminæ ad id munus admiſſæ, ut infra, verbi gratia, *cap.* 29. Advocatus vir illuſtris, ut Advocatus Egmondenſis, habens etiam jus gladii, jus dicendi Prætorem, & cui Prætor dicto audiens, ut infra diſerte *cap.* 33. Quod defenſor, protector, infra item expreſſe *cap.* 73.

Wiermanniæ. Propius ad Veromanduos accedit *Viermanniæ*, ut habet Friſicus Codex. Mejer. *lib.* 6. *annal. Flandr. pr. Philippus præcipuis a Scriptoribus celebratus præconiis &c. latiſſime in Belgis imperavit. Etenim defuncto ante pubertatem Rodulpho Comite Veromanduo jure uxorio omnem Veromanduorum Comitatum, Fanum Quintini, Peronam, Royam, Hanas, Enchrias, Montem Deſiderii, Ribomontem, Nigellam, Comitatum Valeſium, qui & Criſpiacenſis &c. cum aliis multis munitiſſimis locis adiit.*

Florentius Comes Hollandiæ. Etiam Comes Hollandiæ olim Princeps imperii. Sed ſubjectus non ut ceteri. Longe ejuſdem conditio & melior & laxior. Ad Curiam Imperatoris citatus ultro interdum paruit. Interdum non item. Etiam ſpreuit citationem. Sprevit juſſa & contempſit. Florentius de quo mentio: *Nullas taleas, tributa, ſive exactiones nobis conferent, vel noſtro nomine alicui, niſi forte ſi ad Cutiam Imperatoris contingeret citari nos vel illuc ultro accedere*, Item: *Si vocatus ad Curiam Imperatoris fuero &c.* Et hinc toties, in aula, in Comitiis, in caſtris. Ab eo toties cum in aula Cap. XXVIII. Ex charta inedita Wilhelmi I. Anno 1213. *Comes vero ſi Curiam*

Domini Imperatoris aggrediens pontem apud majus Trajectum transierit, &c.

chartis Cæsaris subscriptum. De eodem hoc Florentio ad Iconium expugnandum missо a Frederico Barbarossa Godefrid. Monachus ad Ann. 1190. *Decrevit Ducem Sueviæ filium videlicet suum & Comitem Hollandiæ Florentium nomine ad expugnationem civitatis mittere &c.* Legitur interfuisse etiam Italicæ expeditioni & Comitiis apud Roncalias a Fridericо Barbarossa habitis Ann. 1158. Comes de Holland. Vid. Goldast. *to. 3. const. imper. p.* 335. Florentii, ni fallor, parens Theodoricus VI. Nam & Romam traditur hic adiisse exceptus ab Alexandro Papa admodum honorifice. Vid. *Chron. Goudan.* Eundem chartis Frederici & solum reperi subscripsisse, Ann. 1156. & una cum filio Ann. 1157. apud Miræum *notit. eccles. Belg. cap.* 159. Et plura adhuc exempla. Theodoricus etiam VII. nepos Sexti inter testes in charta Ottonis IV. apud Gelenium ad Vit. S. Engelbert. *lib.* 1. *cap.* 3. Wilhelmus I. ejus frater similiter inter testes in charta adhuc inedita Frederici II. Ann. 1220. Et ni fallor Wilhelmus Dux filius Alberti Concilio Constantiensi inter ceteros interfuit. Patribus enim excusans moram suam eum dicit se expectasse, carissimum suum consanguineum, ut expresse eum vocat, Sigismundus Imper. apud Goldast. 1. *const. imp. p.* 188. De spretis jussis Imperatoris vid. *lib.* 1. *de Nobilit cap.* 32. *in fin.*

Vita S. Meinwerci *cap.* 95. *apud Brouwerum: Sed in præsentia Ducis Saxoniæ Bernardi, Hermanni Comitis, & filiorum ejus Henrici, Conradi, Adelberti, Bernardi, Comitum quoque Ekkihard de Aslar, Erph, Amalungi, Theodorici Fresoniæ* (hic III. ejus nominis) *& aliorum multorum justo judicio convicta &c.*

Sepultus in Antiochia. Io. de Beka in Balduino II. *Eodem etiam anno non multo dilapso tempore Florentius Comes Hollandiæ Kalendis Augusti mensis obiit in Antiochia sepultus ibidem apud tumbam Imperatoris in eadem ecclesia.*

Theodoricus hujus nominis septimus. Varias hujus habeo ineditas adhuc chartas. Chartam Anni 1198. qua Capellam dotat Ulerajecti in septentrionali parte ecclesiæ S. Mariæ. Chartam Ann. 1199. qua in feudum Zelandicum dat terram de Pendrecht, postea de Rode. Ejusdem anni chartam, quæ factam continet donationem monasterio in Rynsburch. Chartam Ann. 1203. qua territorii Dordracensis respectu Ducis Lotharingiæ se agnoscit vasallum, & juri suo renunciat, quod habebat in Breda. Ejusdem anni aliam de vectigali solvendo a transeuntibus ipsius terram Lotharingis, Brabantis, & viciſſim a suis transeuntibus terram Ducis.

Sed Wilhelmus Comes Orientalis Frisiæ. Godefrid. Monach. ad Ann. 1203. *Item ipso anno Theodoricus Comes Hollandiæ moritur, & traditur Comiti de Los provincia cum filia sua. Quod graviter ferens Wilhelmus frater ejus congregatis militibus, eundem Comitem de Hollandia expulit, & filiam fratris abstulit.* Nec statim tamen expulit, sed post plures conflictus. Idem ad seq. Ann. *Circa ipsum tempus Theodericus episcopus Trajectensis cum exercitu & pluribus nobilibus Hollandiam intravit, & provinciam Comitis de Los rursus subjugavit. Sed episcopo recedente cum idem Comes cum suis in quo-*

quodam oppido nomine Leidni degeret, præfatus Wilhelmus de maritimis partibus contracta multitudine tam pedestris quam navalis exercitus plurimos eorum captivavit, cæteris in palude mersis, & vix paucis evadentibus cum ipso Comite. Vid. Anonymum a me editum *cap.* 14. *& seqq.*

Braxionarios. Coctores cervisiarios. Alibi braxatores. *Braxare* idem quod coquere. *Braxium* seu *bratium* idem quod *melt*, hordeum tostum aquatumque. *Braxiatorium*, *Brachinum*, *Bratiatorium* cervisiaria officina, *een melthuys*, *een brouwerye*, ut apud Ingulphum. *Fecit etiam novum brachinum & novum pistrinum omnia de lignorum pulcerrimo tabulata.* Reines. 3. *var.* 1. Boxhorn. *theatr. urb. Holl. in Delf. descript.* Cap. xxx.

Ad audientiam Ottonis &c. Si ecclesiastica esset causa judex etiam per Hollandiam episcopus Trajectensis, ut dixi *lib. de jur. glad. cap.* 30.

ad Sedem Apostolicam appellavit. Ab episcopo Trajectensi appellatus vel Papa vel Archiepiscopus Colonienses. Electio olim reo. Et exempla infinita.

Dictavit sententia hoc esse licitum & de jure deberet. In eadem enim causa nemo potest simul esse Advocatus & judex, Advocatus & Assessor, ut Imp. diserte *l. ult. pr. C. de assessor.* Sic similiter etiam Scipio, ut idem esset ejusdem & accusator & judex, indignum existimavit. Valer. Max. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 10. *Scipio Africanus centurias recognoscens equitum, C. Licinium Sacerdotem postquam citatum processisse animadvertit, dixit se scire illum verbis conceptis pejerasse. Proinde siquis eum accusare vellet usurum testimonio suo; sed nullo ad id negotium accedente, Traduc equum, inquit, Sacerdos, ac lucrifac censoriam notam, ne ego in tuam personam & accusatoris, & testis, & judicis partes egisse videar.* A judice satis scio non potest judex constitui, *l.* 5. *C. de jud.* Sed excipe nisi judex a Principe constitutus, *d. l.* ut hic Comes a Papa. Nec legitur, qui suffectus, suffectus a Comite. Ab iis potius suffectus qui cognituri de causa. Sic & Cic. pro Cluent. ubi idem exemplum.

de feodo suo ibi respondere. Objecta fori exceptio ergo. Gunther. *lib.* 8. *vers.* 633.

Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur
Acceptum, tu vero negas, vasallus agendam
Forte movet litem, non tu, sed Curia judex
Audiat, & certo determinet ordine litem.

In Curia enim feudali apud Pares ejusdem Curiæ feudalis quæstio tractanda. Sed exceptio non tanti. Replicatio multo fortior, unicum tantum Advocatum Abbate Comitem agnoscente, Comite autem, quod ad feudum, prorsus nullum id dictitante, ut constitutum sine Fratrum & Conventus consensu.

quæ non requirunt forum civile in arbitrium Comitis deducere non audemus. Ob Innocentii haud dubie Papæ Tertii rescriptum *c. Si diligenti ext. de for. comp.* quo ne fori privilegio renuntient clerici interdixit. Quod & postea interdixit Gregorius Papa IX. *c. significasti ext. eod.* Invitos pertrahi prohibuerant ad tribunal seculare olim Principes Christiani, *l.* 12. *l.* 47. *C. Th. de episc. & cler.* Sed hi ulterius progressi. Vid. Morn. *ad l.* 8. *C. de episc. aud.* Rittershus. *ad nov. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 80.

Cap. XXXI.

Sane omnia placita. Placitum nihil aliud quam disceptatio judicialis, litigium, *playdoye.* A *placito* placitare, quod nihil aliud quam *pleyten.* Steph. Tornacens. *summ. de decret. Sicque litigandi, vel ut vulgariter dicunt, placitandi forma in paradiso videtur exorta.* Roger. Hoveden. in vita Wilhelm. Senior. *Quicunque de ecclesia aliquid tenuerit extra curiam ecclesiasticam coactus non placitabit.* Idem in Henric. II. *Cum calumniatus esset in curia Archiepiscopi terram quandam de illo tenendam jure hereditario & diu inde placitasset* &c. Add. Anonym. ad Guibert. *in not. p.* 591. Idem *proplacitare.* Quod occurrit in transactione inter Duces Brunsvicenses Henricum & Albertum in *antiq. Brunsvicens. apud Mader.* ubi tamen proprie est in judicio defendere. *Neuter nostrum debet aliquem contra justitiam proplacitare, aut in injuriosa actione aliqnatenus confovere.* Alibi *placitum* transactio, & *placitare* est transigere aut paciscendi causa colloqui. Annal. Bertinian. ad Ann. 743. *Cepit & castrum, quod dicitur Ohsenburg, per * placitum.* Iidem ad Ann. 761. *Istos per pugnam cepit & in Alverno alia multa castra cepit per placitum.* Vetus charta apud Chifletium in probation. *diatr. de illustr. gen. S. Bernard. Contigit eundem* &c. *ad prædictam villam venisse causa placitandi cum quodam Milite.* Et quia utrimque tum disceptatur idem agere de deditione est, *parlementeren*, ut jam dicitur. Anonymus apud Baluz. 1. *miscell. p.* 155. *Collecta exercituali potentia Vilmar obsidione vallavit, ubi cum per quindecim dies* &c. *pluribus hostibus occisis turres machinis diruissent, adversarii cum D. Baldewino placitare inceperunt.* Alibi locus judicii & idem prorsus quod mallus. Idem *Plaitum* quod *Placitum.* Chronic. S. Vincentii de Vulturno apud du Chesne *to.* 3. *hist. p.* 690. *Et dum nos per plures dies ibidem in Plaito resedissemus &c. dum nos Adraldus ipsos servos nec per districtum, nec per demandatum ad nostrum Plaitum habere potuissemus* &c.

Infra *cap.* 62. *Quibus duobus scilicet electo & proviso in Curia Romana pro Abbatia per biennium placitantibus &c.* Cap item 87. *ad Curiam Romanam confestim appellantes placitationem inierunt contra suæ civitatis episcopum David.*

* Belgice *met accoort.*

Minor Bannus. Bannus vox est πολύσημα. Hic est idem quod mulcta. Charta in Biblioth. Sebusian. 54. *part.* 1. *Justitia adulterii, homicidiorum, furtique banna ad Dominum de Fuligniaco pertinent* &c. Alia in pro-

ba-

bationibus historiæ Trenorcienſis Ann. 1202. *Et ipſe deinceps Decanus ab eo ſine contradictione bannum centum ſolidorum accipiet.* Minor alibi *minutus.* Major *groſſus* vocatur. Charta *in ead. Biblioth. 63. part. 1. Et dimiſerunt omnimodam juriſdictionem, merum & mixtum imperium, banna groſſa & minuta.*

Nam idem Comes Anno Domini. Inedita ejus charta eſt, qua jus municipale & privilegia aliquot conceſſit monti S. Gertrudis Ann. 1213. Ea ita ſe habet Cap. XXXII.

Ne facta Principum vel Dominorum aboleat vel iniquitas infringat ſtatutum eſt ſcripto perhennare. Sane ego Wilhelmus *Hollandiæ Comes notum facio tam modernis quam poſteris, quod opidanis de monte ſanctæ Gertrudis conceſſi, quod hereditas eorum ad proximum de directa linea conſanguinitatis, cujuſcunque conditionis extiterint, debet devolvi. Et idem in expeditione Domini Comitis pergent per unum trajectum maris & retractum, ſed terram communiter univerſaliter defendent ſi impugnetur. Comes vero ſi Curiam Domini Imperatoris aggrediens pontem apud majus Trajectum tranſierit, vel ſi in guerra captus fuerit, centum ſol. Holl. exſolvent, & filius ejus ſi miles efficiatur, vel filia ſua matrimonium contraxerit, tot ſolidos dabunt, & ab impetitione & exactione omnimoda liberi tenebuntur. Et in juriſdictione Comitis nec in nundinis nec extra nundinas tholonia exſolvent. Tres nundinæ annuatim ibidem tenebuntur. Primæ quinto Nonas Julii, Secundæ quinto decimo Kal. Tertiæ vero tertio decimo Kal. Novembr. debent celebrari. Præſertim quicunque infra Comitatum habitans vivens animal emerit piſcibus exceptis & forum ebdomadale propoſuerit obſervare, & legitime fuerit convictus, vel extra Comitatum habitans ſi pro animali vivente emendo opidum præſumpſerit pertranſire, & ut dictum eſt convinci poterit centum ſolidos ſolvet in forefactum. Et duæ partes Comitis erunt, reſiduum in uſum opidi convertetur, Cæterum qui juſtas menſuras vel debita pondera non dederint X. ſol. ſolvere compellentur. Siquidem currus qui ſuum laſt tulerit* IV. *den. ad theolonium exſolvet, & currus ligni* I. *den. Enimvero de navibus gubernaculum quod Kuulroeder dicitur* XVI. *den. & ſloeproeder* VIII. *denar. & pendulum gubernaculum* IV. *den. & manuale gubernaculum* II. *den. ſolvere tenebuntur, Umbraculum vero quod traham nuncupatur* IV. *den. & mercenariorum* II. *den. & menſa vendentium viſch dicta* I. *den. & banchus carniſicum* II. *den. Venditor equorum vel pecoris* II. *den. & emptor* II. *den. de quolibet perſolvent animali, & ſimiliter ovis* IV. *part. den. & porcus* IV. *part. den. dabunt pro thelonio. Equus autem* 2. *den. & pecus* IV. *part. den. & quatuor porci* I. *den. & quatuor oves unum den. ſarcina etiam equi vel truſſellum* I. *den. ſolvent ad conductum. Qui-*

li-

libet mansus infra opidi libertatem constitutus Scabinis exceptis VI. *den. ad censum in festo beati Lamberti annuatim communiter exsolvere debet. Si aliquis decesserit & nullus de jure bona ipsius postulaverit. per annum & diem eadem bona manui fideli commendentur, & postea locabuntur per sententiam Scabinatus. Nemus inter Osterhout & Sthenlo ad jus attinet opidanorum, & Vene similiter inter Stenlo & Schantheſe, & pascua infra eosdem terminos comprehensa in jus eorum cedent. Universorum proventus forestorum duæ partes ad Comitem & tertia pars ad usum opidi debet attinere. Praterea opidani de Buscho ducis apud prædictum opidum, & opidani de monte sanctæ Gertrudis a tholoneo liberi tenebuntur apud Buschum. Et quicunque cum rebus suis ad nundinas Hollandicas transire voluerit transeundi liberam habeat facultatem. Ut autem præsens constitutio rata & inconvulsa perpetuo conservetur testium subscriptione & sigilli mei robore communivi. Testes vero sunt hi: Hugo de Vorne, Baldewinus de Haltena, Johannes de Husden, Wilhelmus de Wildrecht, Hugo de Striene, Theodoricus Buth, Wilhelmus de Theylingen, Godescalcus Advocatus de Barle, Johannes de Gilsen, & complures alii. Actum anno Dominicæ incarnationis* CIↃ. CC. XIII. *Kl. Octobris. Datum apud Montem S. Gertrudis per manum Heynrici Capellani.*

Comitis de Heymenberch, quæ peperit una vice &c. Alii de Hennenberch. Auctor Chronici Goudani, Veldenaer, aliique. Quod ad numerum liberorum fides penes Auctorem sit. Sed quod elevet & fugillet eam acutissimi vir judicii Scriverius in *not. ad d. Chron. Goudan. p.* 56. quod dicatur baptizasse eos, qui non vixerit tum temporis, Otto episcopus Trajectensis, id impensius miramur. Et quis quæso non miretur? An non quæso necesse, ut qui patruus Margaretæ, Florentii IV. frater, potitus episcopatu Ann. 1233. defunctus Ann. 1249. jam tum vixerit Otto Tertius? Fabula si narratur, quid de ea dicendum quæ evomuit partim, partim una cum sordibus præter aliquot lacertas per secessum dejecit, bufones, ranas duodecim, & unam ex iis coaxantem, & sex dies superstitem, ut αὐτόπτης testatur, & qui ægram etiam curavit, Thomas Reinesius *epist. ad Nesterum* 39. Et quid si editi a Margareta forsan rana non majores, cujusmodi vulgo a Colchis edi vir illustris scribit Busbequius *epist.* 3?

non tamen miles. Miles id est, eques. Eques nemo nascitur. Nec filius militis statim miles. Nec equestris dignitas, seu militia in heredes transmissa, ut latius demonstravi *lib.* 4. *de Nobilit.* cap. 13. Infra cap. 53. *Anno Dni* CIↃ. CCC. XII. *obiit Wilhelmus de Hacmunda sine liberis & sine militari nomine &c.*

Cap. XXXV. *quitationem quibusdam super jure dicto Cuermede. Cuermede* nihil aliud quam

quam jus ex bonis adscriptitii eligendi, ubi obiit, unum optimum quodque, equum, bovem, vaccam, vestem, mensam, lectum &c. Gerardus Comes Gelriæ in charta Ann. 1227. apud Pontanum *hist. Gelr. lib. 6. de quacunque conditione sive Advocatia pertineant, sive de Fresonibus, dabunt mihi post mortem meam curmedam, quod est unum optimum quid de sua possessione.* Alibi jus *catalli.* Burgund. *ad consuet. Flandr. tr.* 15. *Buttheil* etiam, manus mortua, *dode hant*, jus caduci. *Buttheil*, quod sit prædæ instar. *Dode hant*, quod defuncto, si nihil is reliquisset dextra olim abscissa, eaque offerri solita. Magnum Chronicon Belgicum: *In eo vero consistebat jus, ut quandocunque aliquis paterfamilias, qui hanc debebat servitutem, moreretur in signum servitutis preteritæ, optimum pignus vel jocale, quod in ipsius domo reperiri contingeret, a Domino exigeretur: sin autem nihil esset, ut tum defuncti dextera manus abscissa Dominis offerretur.* Recte dicit servitutis. Perinde enim qui obnoxii ei, ac si servi manumissi, & rursum redditi libertati, ut exempli tantum causa: *Willem Hertoghe in Beyeren &c. maken kont allen luden, dat wi om bede willen Haren Arnouts Abbas persoenre van Loesdrecht, die ons daeromme gebeden heeft, ende om goede jonste, die wi tot hem dragen, gevriet hebben, ende quite gelaten Beyer Maurynssoen vander Molen, Ermgaerden syn wyf, Jan, Alyt, ende Aven hoer kinderen van alsulcker Cormieden, als daer si mede besaet waren, in alsulker manieren, dat si daer of tot euwigen dagen vry ende quite bliven sullen, het en ware dat si namaels weder verdieden. In oerconde &c. Gegheven te Delf des Woensdaghes voor sente Bertelmeus dach int jaer ons Heeren* MCCC. XLVII. Plura ejusmodi exempla. Sed ne exemplis molestus sim, addam tantum, quod huc pertinet, chartam scilicet, cujus mentio hic, Arnoldi Abbatis:

In nomine Domini. Ego Arnoldus *Dei permissione Egmondensis Abbas notum facio omnibus tam præsentibus quam futuris præsens scriptum intuentibus. Quod necessitate ecclesiæ meæ urgente de voluntate Domini* Florentii *Comitis Hollandiæ, & de consilio totius Conventus & Wilhelmi de Egmunda Advocati nostri & hominum ecclesiæ, Ministeriales ecclesiæ nostræ a Renilo in Galenoerde decurrente usque ad parochiam de Castrikem commanentes, & eorum filios seu filias eorumque successores ab eo jure, quod vulgo* Cuermede *dicitur, quo nobis & ecclesiæ nostræ hactenus astricti tenebantur quadam pecuniæ summa mediante liberos & immunes dimisimus. Verum ne ab ecclesia nostra alienati esse videantur, salvo per omnia nostro & eorum jure servitia, quæ hactenus ecclesiæ nostræ impendere consueverunt, nobis nostrisque successoribus reservavimus. Præsertim si aliquis istorum cum ministeriali ecclesiæ nostræ cui memora-*

tum jus scilicet Cuermede *solvere tenetur matrimonium contraxerit, decrevimus, ut eorum filii conditione matris teneantur astricti. Volentes utique utilitati tam ecclesiæ quam ministerialium providere, ne progressu temporis ipsis & eorum posteris error aliquis oriatur, nomina singulorum in alio scripto, quod ecclesia penes se reservabit conscribi fecimus. Ut autem ista rata & inconvulsa permaneant, sigilli mei & Domini Florentii Comitis Hollandiæ, & Conventus & Wilhelmi de Egmunda Advocati vestri appensione & testium subscriptione paginam præsentem dignum duximus communire. Siquis autem huic facto rationabili ausu temerario contraire præsumpserit anathema sit. Testes* Machtildis *Comitissa Hollandiæ*, Wilhelmus *frater Comitis*, *Theodoricus Decanus Kennemariæ*, *Henricus de Heemskerck*, *Mauritius de Limmen*, *Gerardus de Egmont*, *Albertus de Heyligelo*, *Bartholomeus de Berghe sacerdotes*, *Wilhelmus de Teylinghen*, *Theodoricus frater ejus*, *Ysbrandus de Haerlem*, *Nicolaus Persyn*, *Walterus de Haarlem*, *Theodoricus de Wassenaer*, *Jacobus de Heyligelo*, *Gelckinus de Ryswyck*, *Bartholomeus de Haerlem*, *Bartoldus de Akersloot*, *Ysbrandus de Ryninghe*, *Dodo Heylghelo*, *Gerbrandus de Alcmere & frater ejus Theodoricus*, *Adelboldus de Haghe*, *Theodoricus de Laer*, *Gerardus & Werenboldus de Ryninghen homines ecclesiæ*, *Theodoricus de Vresen*, *Menso & Johannes servi Abbatis & alii quam plures. Actum Dominicæ incarnationis anno* CIↃ. CC. XXX. *apud Haerlem* XIX. *Kl. Februar.*

rexit tamen in anno Domini CIↃ. CC. XXXI. Imo rexit adhuc Anno 1239. si diplomati ejus fides, nisi error in numeris, & pro IX. scribendum I. Necesse autem ut sit error, si qui successit obierit anno ejus seculi XXXVII, ut *seq. cap.* ait Auctor. Charta ita se habet.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Ego Arnoldus *Dei gratia Egmundensis Abbas notum facio tam præsentibus quam futuris, quod* Werenboldus *filius Vastradi dedit michi tres libras & semis. Ea conditione, ut post obitum* Adelberti de Haghe *patrui sui feudum ejusdem A. jam dictus W. in feudum ab ecclesia possideat, si non memoratus A. heredem generaverit. Quod si idem W. sine filio decesserit, frater ejusdem* Anselmus *dictum feudum obtineat. Qui etiam si sine filio vita decesserit frater amborum Vastradus feudum prænominatum possidebit. Sciendum quoque quod eadem bona* Aleydis *uxor dicti A. post obitum ejusdem in duarium, quod* lyftoch *vulgo dicitur, obtinebit. Quod ut inviolatum & ratum permaneat præsens scriptum sigillo meo & sigillo Conventus Egmundensis roboravi. Testes sunt Ysbrandus de Haerlem, Nicolaus Persyn Wilhelmus de Egmonda, Walterus de Haerlem, Ysbrandus de Egmonda Theodoricus de Lane, Werenboldus, Gerardus, Ysbrandus Loeff, & ali-*

quam

quam plures. Actum apud Egmundam anno Dominicæ incarnationis CIↃ. CC. XXX. *nono Kal. Maji.*

cum ceteris Christianis Principibus. Chronicon Schawenburgense quod Meibomius primus edidit *p.* 29. *Suscitavit Deus omnipotens Ducem Brabantiæ, Comitem Hollandiæ, Comitem de Clivo, & multitudinem nobilium ultra quatuor millia absque reliquo vulgo. Hi cruce signati Stedingorum terram 6. Kal. Junii per terram & aquas intrantes Stedingis eis superbe occurrentibus, &c.* Albertus Abbas Stadensis: Ann. Domini CIↃ. CC. XXXIV. *Henricus Dux Brabantiæ & Florentius Comes Hollandiæ Bremæ existentes contra Stedingos viriliter se accinxerunt tanquam contra inimicos manifestos ecclesiæ.*

contra Stadenses infideles. Stadienses habet Friscus. Alii vocant Stedingos. Godefrid. Monach. ad Ann. 1234. *Sunt autem Stedingi populi in confinio Frisiæ & Saxoniæ siti paludibus inviis & fluminibus circumcincti, qui pro suis excessibus & subtractionibus decimarum multis annis excommunicati contemptores clavium ecclesiæ sunt inventi &c. Ob quam causam auctoritate populi verbum crucis contra eos fuit per multas diœceses prædicatum.* Vicini Principes a Papa quanto irarum æstu in eos sint concitati Gregorii IX. diploma, quod Meibomius habet in notis *ad Chron. Schawenburgense p.* 62. ostendit satis superque. Et crimen non unum, quod vulgo ipsis impactum, ut ibidem verbi gratia Albertus Abbas Stadensis: *Sicut probatum est super eos, & per Mindensem, Lubicensem, Racisburgensem episcopos Papæ auribus intimatum ipsi doctrina matris ecclesiæ penitus vilipensa ipsius libertatem conculcaverunt, nulli parcentes sexui vel ætati. Quæsierunt responsa dæmonum, simulacra fecerunt cerea, consulentes etiam in suis spurcitiis erroneos Pythonissas, & quod deterius est omnibus, viaticum salutis æternæ horribilius quam deceat exprimi pertractantes &c.*

fuit quidam Abbas Isbrandus. Si is Abbas revera, non diu fuerit necesse est. Argumento est, quod eo anno, quo Auctor dicit obiisse eum, currente adhuc Septembri, Theodoricus adhuc Abbas, ut patet ex literis, quibus Simon de Haerlem testatur se sequentia accepisse in emphyteusin ab Abbate & Conventu:

In nomine Domini Amen. Quæ geruntur in tempore ne temporum effluente curriculo a memoria hominum facilius elabantur litterali solent apice nec non testium subscriptione frequentius perhennari. Ego igitur Simon de Haerlem *Henrici de Diepenem filius minor annis sigillo Tutoris mei Domini mei videlicet de Abcoude Zwederi militis universis Christi fidelibus præsentia visuris notum facio præsentis scripti testimonio plane & publice protestando, quod omnem terram ec-*

cleſia Egmundenſis ſitam infra limites parochiæ de Limmen uſque ad Oudeburghelane infra parochiam de Heylighelo, excepta duntaxat terra, quæ ad villicationem de Egmund & Rinningben, & ea quæ ad Cellerarium, ad Karitatem, ad cuſtodiam, & ad hoſpitale dicti monaſterii pertinere dinoſcitur, a Venerabili viro Domino Theodorico *Abbate Egmundenſi, & ejuſdem monaſterii conventu de ipſorum unanimi conſenſu per manum dicti Tutoris mei recepi in annuum pactum jure hereditario poſſidendam, ut faciam & diſponam de ea in ampliandis redditibus & proventibus ipſius, quod meæ utilitati noverim expedire, jure tamen proprietatis ejuſdem terræ prædictis Abbati & conventui & ipſorum eccleſiæ per omnia nihilominus reſervato, ſub conditionibus inferius annotatis. Ita videlicet quod ego quinquaginta libras Hollandenſium denariorum legalium, & centum & viginti anſeres, centum & viginti gallinas prædictis Abbati & Conventui eorumque ſucceſſoribus, nulla exceptione juris Canonici vel civilis mihi ſuffragante, & qualibet excuſatione remota ſingulis annis pacti nomine meis laboribus & expenſis in ipſorum monaſterium exhibebo, & cum omni integritate perſolvam, de quibus quinquaginta libris in feſto Apoſtolorum Petri & Jacobi, vel infra octo dies proximos ſubſequentes duodecim libras in die S. Jacobi Apoſtoli vel infra octavam,* XIII. *libras in feſto omnium ſanctorum vel infra octavam ejuſdem viginti quinque libras annuatim, ad dictum monaſterium tranſmittam Abbati qui nunc eſt vel qui pro tempore fuerit inparata pecunia perſolvendas. Anſeres ſimiliter prædictos infra octavam aſſumptionis beatæ Mariæ virginis, & gallinas centum & viginti, ut prædictum eſt, infra feſtum omnium ſanctorum & purificationem beatæ Mariæ virginis, cum Abbas prædictus ipſas duxerit exigendas medio tempore ad nutum & mandatum ejuſdem omni excuſatione poſtpoſita perſolvam. Et dictum eſt etiam, quod ego dicta bona nec vendam, nec legabo, nec donabo, nec commutabo, nec infeudabo, nec in perpetuam emphyteuſim alicui dabo in toto vel in aliqua ſui parte, niſi hoc de prædictorum Abbatis & conventus vel ſuorum ſucceſſorum communi & expreſſa proceſſerit voluntate. Sed ea omnia cum ſuis attinentiis omnibus apud me univerſaliter, integraliter, & indiviſe permanebunt. Me vero ſublato de medio ſenior natu inter filios meos legitimos ſi quos generavero mihi ſuccedet in dictis bonis, ſub pacto & conditionibus memoratis, ac etiam inferius annotatis. Si vero filius meus me vivente deceſſerit, filius filii mei, ſiquem habuerit, legitimus mihi ſucceſſor apparebit. Et ſic ulterius hæc hereditaria ſucceſſio de filio legitimo ad filium legitimum a me deſcendentem in perpetuum perdurabit. Sed ſi aliquis ſucceſſorum meorum abſque filio legitimo mori contigerit, frater eidem defuncto ſenior & legitimus eadem linea procreatus dicta bona recipiet ſub conditionibus ſupra & infra ſcriptis, & ſic ulterius ſimiliter de filio ad filium,*

vel

vel ad filii filium, prout superius est expressum, nec filiarum mearum aut successorum meorum prædictorum aliqua in dictis bonis poterit succedere vel sibi juris quippiam vindicare. Adjectum est etiam, si ego vel aliquis successorum meorum sine filio aut fratre ut dictum est decesserit, aut si ego vel quisquam meorum filiorum heredum aut successorum dictorum, ad quem ipsa bona devolvi contigerit, secundum formam prædictam ea vendiderimus, legaverimus, donaverimus, commutaverimus, infeudaverimus, aut aliquo modo a nobis alienaverimus, in toto vel in aliqua sui parte, aut si pactum prædictum prædictis Abbati & Conventui vel eorum successoribus non persolverimus integraliter singulis annis in terminis prænotatis, extunc dicta bona cum omnibus suis attinentiis, & proventibus ad prædictos Abbatem & Conventum & eorum ecclesiam ipso facto & jure sine contradictionis obstaculo libere devolventur, nec aliquid juris michi aut alicui heredum aut successorum meorum prædictorum, qui tunc sunt in possessione ipsorum bonorum seu ipsarum literarum retinebimus, sed sine contradictione aliqua eis restituemus sic renuntiando siquid juris habuerimus in bonis prædictis. Super præmissis igitur omnibus firmiter & fideliter observandis prædictis Abbati & Conventui per manus Tutoris sæpedicti fidejussores constitui, videlicet Dnm Theodoricum *Castellanum de Leyden, & Dnm* Simonem de Benthem *milites*, Johannem Persyn *filium Domini Johannis Persyn*, Johannem de Rosenberch, Albertum *filium Florentii*, & Gerardum Ever, *quemlibet eorum in solidum, ita videlicet si conditiones præmissas, ac infrascriptas omnes & singulas, ego vel meus heres aut successor legitimus non servaverimus, dicti fidejussores ad prædictorum Abbatis & Conventus vel suorum successorum monitionem oppidum quod dicitur Haerlem intrabunt in suis expensis ibidem mansuri & ibidem non recessuri, nisi de prædictorum Abbatis & conventus communi fuerit voluntate, antequam de omnibus prænominatis dampnis, impedimentis, & molestiis exinde illatis prædictis Abbati & Conventui vel eorum etiam successoribus plenarie fuerit satisfactum. Cæterum dum aliquis fidejussorum prædictorum ipsis constitutorum vel constituendorum mori contigit, ego vel meus heres vel successor legitimus alium fidejussorem habentem centum libras Hollandensium denariorum in redditibus annuatim defuncto substituemus infra sex ebdomadas a tempore mortis primi fidejussoris computandos, alioquin fidejussores superstites ad monitionem prædictorum Abbatis & Conventus vel suorum successorum dictum opidum Haerlem intrabunt in suis expensis ibidem mansuri, & inde non recessuri donec defuncto fidejussori fidejussor idoneus fuerit substitutus. Condictum est etiam, quod omnes fidejussores prædictis Abbati & Conventui vel eorum successoribus super his imposterum statuendi inter Zipam & Mosam erunt personaliter commorantes, & sigilla habebunt propria & cognita quibus u-*

tantur communiter, per quæ convinci poterunt, quod sint sæpedictis Abbati & Conventui vel eorum successoribus ad supradictos articulos omnes obligati. Præterea quandocunque me vel aliquem ex heredibus meis seu successoribus mori contigerit, filius meus senior natu, vel proximus hæres aut successor meus, aliquis videlicet ad quem bona ipsa devoluta esse noscuntur, eadem bona de manu Abbatis Egmundensis, qui fuerit pro tempore recipiet & novos vel pristinos de novo Abbati & Conventui sæpedictis fidejussores constituet per literas suas patentes suo sigillo, nec non fidejussorum, quos super observatione prædictorum ipsis constituerit, sigillis munitas, & infra sex ebdomadas a tempore mortis antecessoris ejusdem sine protractione aliqua exhibebit. Alioquin fidejussores priores, quos antecessor defunctus eis constituit, ipsis erunt ad supradicta omnia obligati, & dictum oppidum Haerlem intrabunt suis expensis, ibidem moraturi, & inde non recessuri, donec novus successor dicta bona de manu Abbatis Egmondensis, qui erit pro tempore, receperit, & præsentem literam a me prædictis Abbati & Conventui traditam innovarit, & novos vel pristinos de novo ipsis fidejussores constituerit, secundum formam quæ superius de fidejussoribus est expressa. Et ad omnia & singula firmiter observanda ego Simon de Haerlem *sæpedictus per manum Tutoris mei prædicti quia minor annis me ipsum obligo, & etiam heredes & successores meos prædictos prædictis Abbati & Conventui, nec non eorum successoribus relinquo & volo esse obligatos, nos quoque fidejussores prædicti nos similiter & unumquemque nostrum in solidum ad prædicta omnia firmiter observanda obligamus fide super his solemniter præstita corporali. Ego insuper de Abcoude* Swederus *miles tutor nominati* Simonis *per Comitem Hollandiæ deputatus me ipsum pro eodem Simone ad præfata omnia obligo pro dicto* Simone *promittendo, quod cum ad annos discretionis venerit, & sigillum proprium habuerit, quod idem se ipsum cum heredibus supradictis dictis Abbati & Conventui sigillo proprio in præfatis omnibus obligabit. In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem ego* Swederus *miles prædictus pro eodem* Simone de Haerlem *quia Tutor ejus sæpedictus Abbati & Conventui præsentem literam sigillo meo & nos fidejussores prædicti sigillis nostris ex certa scientia contulimus roboratam. Datum ann. Domini* CIↃ. CC. XXXIX, *feria sexta post nativitatem virginis gloriosæ.*

Allen den ghenen die desen brief sullen sien ofte hooren lesen: Ic Simon van Haerlem *maecke kond allen luden dat ick my ende myuen nacomelingen, die erfgenaem wesen sullen alse van den goede, dat ick houde van den Godshuse van Egmond verwilcoert hebbe ende verwilcoert mit desen brieve al die pointen vast, stade, ende volcomelick te houden, die geschreven staen in enen lettre, die ick mynen Heere den Abt, ende dengemenen Convent van Egmond overgegeven hebbe*

alse

alſe van den voergenoemden goeden, die mynen lieven Heere Heer Zweder *van Abcoude, alſe die doe myn borge was, mit ſynen ſegel Her* Simon *van* Benthem, Ian *van* Roſenberch, *ende* Gerrit de Ever, *daer Godt die ziel af hebben moet, Her Dirc Borchgrave van Leyden,* Ian Perſyn *Her Jan Perſyns ſoen, ende Aelbrecht Florens ſoen, alſe Borghen mit hoere ſegelen beſegelt hebben, Ende hebbe gelooft ende love voer my ende myn voorſeyde erfnaem die voorſeyde lettren mit al den pointen, die daer in ſtaen, wel ende volcomelick te houden in allen manieren alſe die ſelve letteren houden. In oircunde ende in kenniſſe der waerheyt ſo heb ick deſen brief beſegelt mit mijnen ſegel. Gegeven in 't jaer ons Heeren* CIↃ.CCC.XXXIX. *op die Octave van onſer Vrouwen dach in September.*

occiſus eſt Florentius Comes Hollandiæ. &c. apud Cleermondt &c. Godefrid. Monach. apud Corbiam ad Ann. 1234. *Ipſo anno Comes Hollandiæ in torneamento ſuffocatur apud Corbiam in Ambianenſi diœceſi.* Apud Novimagium Albertus Abbas Stadenſis ad d. Ann. 1234. *Sed Comes Hollandiæ domum veniens in tornamento apud Novimagium eſt occiſus.* Diploma ineditum ejus habeo Ann. 1630. quo a Canonicis de Rode in feudum ait ſe accepiſſe terram de Scakerſlo, & aliud ejuſdem anni, quod donationem continet factam Nicolao Perſyn & Wilhelmo de Egmunda, & quod ita ſe habet: *Ego* Florentius *Comes Hollandiæ notum facio univerſis hoc ſcriptum intuentibus, quod omnem terram, quæ vocatur Weich, inter Odonthem & Sweede extra aggerem Putthem & Grothem, quæ ad me ſpectabat, dedi in proprietatem Nicolao Perſyn de Haerlem & Wilhelmo de Egmunda, aqua inter ipſos portione, ita ut quibuſcunque ipſi jam dictam terram dederint ad* dikandum, *ut vulgo dicitur, in proprietatem poſſideant, & jam nominatis fidelibus noſtris dedi in feodum juriſdictionem, quæ* Ambacht *dicitur, & decimam jam dictæ terræ tam majorem quam minorem Actum anno gratiæ* CIↃ. CC. XXX. 3. *Kal. Mart. apud Rhenum Catwyck feria 2. proxima poſt Dominicam miſericordia.* Error autem aut ἀμνησία quod idem rurſum Abbas ad Ann. 1238. *Wilhelmus frater Comitis Hollandiæ in tornamento interiit.* Wilhelmus Comes tum Romanorum Rex. Frater autem ejuſdem nominis Wilhelmo non fuit. Perperam etiam idem ad Ann. 1247. *Et feria quinta poſt Michaelis Wilhelmus frater Comitis Hollandiæ a quibuſdam epiſcopis & Comitibus in Nuſſia in Regem Romanorum eſt electus.* Filius fuit Comitis Wilhelmus non frater. Cap. XXXVI.

Carinam. Vox detorta aut formata a quadragena aut quarentena. Quadraginta dierum continuorum jejunium eſt, quibus non ſumebant niſi panem & aquam. Remiſſio ſeu indulgentia ab horum obſervatione vel a Summo Pontifice vel ab epiſcopo facta, ut hic verbi gra- Cap. XXXVII.

gratia. Charta apud Buchel. *ad Hed. in not. p.* 220. XL. *dies & unam carenam de injunctis sibi peccatorum pœnitentiis misericorditer relaxamus.* Ioan. de Ianua apud du Cange: *Carrena, & publica pœnitentia, & quadragena idem sunt. Qui igitur istam primam facit,* 40. *diebus non intrat ecclesiam, & lanea veste indutus, ab escis & potibus qui interdicti sunt, a thoro, gladio, & equitatu illos supradictos dies abstinet.* Vid. Brouwer. 2. *antiq. Fuldens.* 5. Insignis certe abstinentia. Sed non minor eorum, qui in veteri ecclesia horas diurnas nocturnasque continuas jejunarunt XL. Vales. *ad Euseb.* 5. *hist.* 24 Raro prorsus exemplo. Nam jejunium, quo vulgo usi, triduanum tantum fuit. Gregor. Turonens. *de glor. confess. cap.* 63. Fredeg. Scholast. *cap.* 11. Bed. *hist. lib.* 2. *cap.* 2. Aimoin. 1. *hist.* 25. Exemplo triduanæ Ninivitarum poenitentiæ. Altesserr. *ad Gregor. Turonens.* 5. *hist.* 4.

Cap. XXXVIII. *infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum.* Grangia prædium, horreum. A granis quæ reponuntur ibi. Gesta Abbat. Autissiod. apud Labb. 1. *biblioth. p.* 591. *Ædificavit ibi grangiam lapideam miræ magnitudinis & fortitudinis, in qua jacent animalia, fœnaque & segetes reconduntur. Granchia* in codicillis Suessionensis episcopi Ann. 1206. quam retulit inter probationes historiæ monasterii S. Mariæ Suessionensis Michael Germanus.

Cap. XXXIX. *in civitate Aquensi.* Rebelli prius subacta, elucente inprimis eornm opera qui cruce signati. Abbas Stadensis: *Anno Domini*, inquit, CIↃ. CC. XLIX. *Cruce signati Aquensem civitatem longa obsidione obtinentes Wilhelmum coronaverunt, qui procedens ulterius Imperii bona, qua poterat, occupavit.* Vid. Chron. Goudan. & Scriver. *in ej. vit.* Ioann. de Beka *hist. Ultraj. p.* 78.

Cap. XLII. *mitræ, aliorumque ornamentorum Pontificalium.* Et hæc ratio, ut opinor, cur primus Regalis Abbas Auctori & hic & supra *cap.* 32. Nam alioquin exemptum & Regalibus prædiis dotatum jam monasterium Ann. 1138. Vid. *supr. cap.* 24.

Cap. XLIII. *dum nuper partes superioris Alemanniæ.* Cur regressus siquis quærat, Albertus Abbas Stadensis ad Ann. 1249. *Wilhelmus coronatus circa Rhenum aliquamdiu commorans, cum expensas Regi congruas non haberet, in Hollandiam est regressus, & iterum postea ad partes Rheni rediit, & terras sibi aliquas subjugavit.*

Et hæc de secunda ipsius Regis fortuna. Ad eam etiam referri potest periculum ingens, quod evasit Rex ipsa nuptiarum nocte. Meminit Abbas Stadensis ad Ann. 1251. *Anno Domini*, inquit, CIↃ. CC. LI. *Wilhelmus Rex duxit*

duxit filiam Ducis Ottonis de Brunſwich, & in ipſa nuptiarum nocte, ſcilicet converſionis ſancti Pauli, palatium, in quo quieverunt ſponſus & ſponſa, in Brunſwich juxta Leonem penitus exarſit ex luminis & ſtraminis incuria, corona Regis exuſta eſt, & multæ res pretioſæ. Duo ſartores, qui in conſuendis in quadam Camera ſedebant veſtibus ſunt exuſti. Rex & Regina vix evaſerunt, Regina tamen Regem, tanquam in domo eſſet notior, educente. Referri etiam ad eam poteſt victoria de Flandris, cujus itidem meminit Albertus Abbas Stadenſis ad Ann. 1253. *Comitiſſa*, inquit, *Flandriæ militiam navigio miſit Hollandiam contra Wilhelmum Regem. Sed Rex victoria potitus plurimos ex eis occidit, & innumeros captivavit, & multam inde pecuniam conquiſivit.* Non unum autem diſcrimen, quod feliciter Rex evaſit. Idem rurſum Abbas ad Ann. ſeq. *Anno Domini* CIↃ. CC. LIV. *inter Regem Wilhelmum & Colonienſem Archiepiſcopum in Nuſſia tanta controverſia ſurrexit, quod Colonienſis applicato igne valido ad domum, in qua erat Legatus cum Rege, voluit ambos incendio ſuffocare, & vix evaſerunt.*

Auctor Chronici Auguſtenſis apud Freherum ad Ann. 1251. *Wilhelmus Rex Romanorum de Comitiſſa Flandriæ glorioſe triumphat.*

cum idem Rex Friſones contra eum rebellantes &c. Idem Albertus Abbas: *Anno Domini* CIↃ. CC. LVI. *Wilhelmus Romanorum Rex occiditur a Freſonibus Medemlek prope Hollandiam morantibus in loco incogniio ab eiſdem ſepultus.* Perperam refert id ad annum præcedentem Guilielm. de Nangis apud Luc. d' Achery *to.* 11. *Spicil. Wiliquinus qui & Guillermus Romanorum Rex a Friſonibus eſt interfectus.* Idem ad Ann. 1247. *Landegravius Rex Romanorum obiit, cui Wiliquinus, qui & Guillermus Comes Hollandiæ ſucceſſit.* Perperam etiam qui id factum quidem anno 1256. ſed initio ejus putant. Chronic. Auguſtenſ. ad Ann. 1256. *Wilhelmus Rex eodem menſe* (Januario) *in Friſia cum exercitu exiſtens a Freſonibus eſt occiſus. Qui cum ad quandam civitatem ejuſdem provinciæ veniſſet, fertur ibidem inveniſſe ſepulchrum opere mirifico conſtructum; & dum a civibus quæreret, cujus eſſet hoc ſepulchrum opere tam ſumptuoſo decoratum, dicebant quod nondum quiſquam ibi ſepultus eſſet, ſed antiqui patres illorum conſtruxerint illud præfatum, cognoſcentes, quod in eodem loco deberet Romanorum Regum aliquis tumulari. Devicta itaque & ſubjugata tota Freſia, cum jam victor ipſa terra exiret, a quibuſdam fugitivis ſecus viam in arundineto latitantibus cuſpidibus occiditur, & in prædicto tumulo ab indigenis ſepelitur, anno regni nono.* Nono recte. Non nego. Sed non noni initio. Eo factum non potuit. Nam ex Archivis, quæ Hagæ Comitis, chartam habeo ab eo datam in caſtro apud Bertoldeshem Kalendis Auguſti ejus anni indictione ſexta. Meminit cædis etiam Æneas Sylvius, qui poſt Pius Papa II. Anni autem non meminit. Locus interim inſignis, & dignus, qui addatur hic ex libro hiſt. Frideric. III.

Annum CIↃ. CC. XLVIII. dicit Regni ſui primum in charta quæ ſtatim ſequitur.

III. Auſtriaci: *Inter hæc* inquit, *Wilhelmus Imperator, dum Friſonum contumaciam domare pergit, ab eis in prælio cæſus eſt.* Dignum dico id quod notetur; nam Wilhelmus Rex tantum vulgo non Wilhelmus Imperator ex doctrina Pontificia, quod Rex tantum non Imperator a Papa nondum adhuc coronatus. Unde & paſſim Henricus III. ſecundus, non tertius, Henricus IV. non quartus, ſed tertius dictus, quod qui primus Henricus Auceps neglexerat ſuffragiis Principum contentus, & rebus geſtis glorioſior, coronam Pontificis. Sed hic veritas Æneæ Sylvio etiam excidit imprudenti. Papæ certe hic nullum jus. Ius eſt Principum non Papæ. Nihil Papa hic ad rem facit. Nec neceſſe eſt, ut benedicat. Nec neceſſe, ut confirmet. Suffragiis Principum creatus ſtatim verus eſt Imperator. Et ab eo ſtatim tempore fluunt anni Imperii. Alioquin deleantur ex albo Imperatorum & expungantur quotquot ſunt qui ante Carolum Magnum imperio potiti. Deleatur Leopoldus qui jam ſummæ rerum præeſt. Deleatur Rudolphus I. Deleantur plerique qui ei poſtea ſucceſſerunt. Nec hæc hujus aut illius duntaxat opinio eſt. Ipſe Henricus Sanctus, etſi Henricus Auceps non a Papa coronatus, ſe ſecundum tamen vocat. Vid. Goldaſt. *Rational. ad to. 1. conſt. imp. p.* 40. *& ibid. p.* 68. Et quæſo quidni? Theodorico de Niem qui Secretarius olim Papæ & epiſcopus Verdenſis Henricus Auceps Imperator. Et ſic alibi eum vocat. Plures etiam qui ſic vocant. Contraria opinio hæretica. Et hæreticam etiam vocat Ludovicus Bavarus Imp. apud Goldaſt. *to. 1. conſt. imp p.* 101. *& ſeqq.* De Henrico II. Paul. Langius monachus in Chron. Citizenſ. *Henricus iſte Primus appellatur ab hiſtoricis Italicis. Ipſe tamen ſemet Secundum aſſerit, ut ſyngrapha ſua, quæ Babenbergæ extat, clare indicat. Primus equidem Henricus fuit pater Ottonis Magni. Hic quia Romæ coronatus non fuit ab Italis non numeratur, & ita cum Conradis & Lothariis faciunt. Noſtrates autem hiſtoriographi Henricum memoratum Ottonis Magni patrem primum ponunt, quia in Germania ſtrenue & optime imperavit. Et ita de aliis. Plures equidem venirent rejiciendi, ſi ſolum Imperii corona inſignitl poni deberent, etiam fortiſſimi & laudatiſſimi Cæſares ſive Romanorum Reges, quod quam abſurdum foret & indignum nemo ſapiens perpendere nequit &c.* Æneam autem quod attinet quod excidit veritas imprudenti ex eo ni fallor patet, quod mox is quaſi ſui oblitus ne Regem quidem Romanorum, nedum Imperatorem vocandum cenſet cum, qui a Papa non conſecratus, ſed Regem Alamannorum tantum, defendens Papam hoc argumento, qui in actu ſolenni, cum coronandus Fridericus, qui III. ejus nominis, præpoſuerat Cardinales, duobus tantum exceptis, Regi Hungariæ Ladislao, Fridericum autem ipſum poſtpo-

ſuerat

fuerat Cardinali, Francisco Condulinatio Veneto, qui tum Vicecancellarius, Eugenii IV. nepoti: *Nam Friderico*, inquit, *is locus non ut Imperatori, sed ut Regi Teutonicorum in Imperatorem electo datus est &c. Non enim Rex Romanorum est Aquisgrani coronatus, sed Alemannorum sive Teutonicorum. Romani enim post exactum urbe Tarquinium regium nomen adeo detestati sunt, ut nullus Cæsarum &c. se Regem appellare fuerit ausus &c. Romana igitur sedes, minime in hoc errat, quod ante coronationem neque Imperatorem appellet, neque locum ei velut Imperatori tribuit.* Rursum tamen mox fluctuat, & ut vulpes Æsopica dum placendi quærit viam, vitrum lambit, & ait ita: *In eo autem consuetudini lapsa deservit, quod Romanorum Regem Aquisgrani coronatum appellat, quem Teutonicorum melius nominaret. Sed nulla de his rebus certa regula tradi potest. Nulla in rebus humanis soliditas. Consuetudini omnia serviunt &c.* Quod porro ad Wilhelmum: tres edidit ejus chartas in favorem Trajectensium omnes Ann. 1252. Boxhorn. *ad Velden. p.* 163. Aliam habent Schotanus *in additam. ad hist. Fris.* & Winsem. *lib. 6. hist. fol.* 168. Ann. 1248. qua confirmat Frisiis privilegia a Carolo Magno concessa. Ineditas adhuc habeo chartam Ann. 1241. qua equitibus Teutonicis confert jus patronatus ecclesiarum in Valckenburch & Masalant, chartam Ann. 1247. qua ait se vendidisse omnem terram suam apud Valckenburch parochianis ejusdem loci, aliam Anni 1243. qua Richardi domicellæ, quam amitam suam vocat, terram Splintershove dictam pretio, quo a decessoribus suis olim pignori obligata, redimendi potestatem dat, ea lege, ut deinceps sibi propriam eam habeat, aliam Ann. 1250. qua Florentii fratris meminit, & Abbati S. Trudonis in feudum Advocatiam dat ecclesiæ de Aelborch, aliam Ann. 1252. qua jus Dordracensium & privilegia ipsorum auxit, duas alias ejusdem anni, quæ compromissum ipsius continent in Abbatem S. Trudonis de decimis in Cudelsteert, Ovendrecht, Westfene &c. de quibus quæstio ipsi Ultrajecti cum Capitulo S. Joannis, tres quæ concernunt Wilhelmum Dominum de Brederode, unam Ann. 1248. duas Ann. 1255. & 1256. ut & aliam Ann. 1253. qua Capitulo S. Mariæ Ultrajecti potestatem instituendi dat duos sacerdotes in præbenda imperiali, item aliam quæ mox sequitur, Ann. 1248.

Anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto &c. obiit Dn. Lubbertus. Scribendum *tertio* non *quarto*, si tertio jam successit, ut ait Auctor *seq. cap.* Nicolaus de Sassenhem. Lubberti chartas in editas, quæ superstites ex naufragio, habeo adhuc quatuor. Primam Ann. 1249. Alteram Ann. 1252. Tertiam Ann. 1253. Quartam Ann. 1262. E- Cap. XLIV.

tiam in ejus gratiam Wilhelmi Regis diploma. Quod ex tabulis Egmundensibus similiter conservatum. Operæ pretium ut addam hic:

Ego Lubbertus *Dei permissione Abbas monasterii Egmundensis notum esse volo præsentibus & futuris omnibus ad quos pervenerit notitia literarum præsentium, quod communicato totius Capituli mei consilio & consensu propter evidentem ecclesiæ nostræ necessitatem, eo quod aggeres nostros apud Harghe videlicet & Schage per violentiam tempestuosi maris irruptos & dirutos lamentabiliter nos oportuit reparare, tertiam partem decimarum novalium, quæ Rotlandt vulgariter appellantur, a terminis ecclesiarum de Voerhout, de Noertghe, & de Sasnem ad nos pleno jure pertinentium, usque ad medietatem sylvæ, quæ* Allarts rot *dicitur, & a salso mari usque ad flumen dictum* Leythenmere, *excepta decima nostra in Brouck apud Sasnem, quæ jam exculta sunt aut in posterum excolentur, mediante quadam summa pecuniæ contuli Theodorico filio Remboldi de Haerlem in feudo habendam, ita videlicet si idem Theodoricus filios habuerit vel filias de legitima uxore sua Hadewigh, quam nunc habet, quicunque filiorum suorum major natu superstes fuerit, vel si filiorum ipsius de hac conjuge nullus supervixerit, quæcunque filiarum suarum de hac similiter conjuge superstes fuerit, simili modo prædicta bona in feudo habebit. Sed si filius suus vel filia de conjuge sua memorata, quicunque vel quæcunque major natu fuerit superstes, ad quem vel ad quam, sicut prædictum est eadem bona in feudum habenda pervenerint, filios habuerit vel filias de legitimo thoro, filius ejus major natu tamen vel filia prædicta bona simpliciter in feudo habebit. Qui vel quæ si sine filio obierit, sæpedicta bona ad filios vel filias, si quos vel quas de priore legitima conjuge sua habuerit, quemadmodum prædictum est, per omnia in feudo habenda convertentur. Si vero prædictus Theodoricus vel sui legitimi successores in prædictis bonis aliquam sustinuerint molestiam vel injuriam ego meique successores eum eosque de hoc servabimus indempnes. Ut autem hoc ratum maneat & firmum in perpetuum præsens scriptum meo sigillo, sigillo quoque Conventus mei roboratum ipsi contuli ad hujus facti testimonium, si necesse fuerit præsentibus vel futuris exhibendum. Datum Ann. Domini* CIↃ. CC. XLIX. *in vigilia sancti Petri ad vincula.*

Ego Lubbertus *Dei permissione Abbas Egmundensis notum facio præsentibus & fututis omnibus ad quos pervenerit notitia literarum, quod occasione debiti, quo* Alardo *filio Gretæ tenebar obligatus in ducentis videlicet libris per consensum Capituli mei vendidi* Arnoldo de Egmunda *fratri meo &* Weremboldo *ex Haghe pro centum libris omnem terram nostram inter Winemerswethe, ubi jurisdictionis nostræ terminus est, & Gotlosenhusen infra aggerem & extra aggerem sitam, præter eam quæ a nobis in feudo habetur, & exceptis scopulis ip-*

si

si terræ conterminis, excepto etiam si adhuc in posterum terram aliquam adepti fuerimus ibidem. Ego itaque secundum quod debui terræ memoratæ proprietati renuncians prædicto Arnoldo *& Weremboldo contuli eam jure proprietario deinceps possidendam præsentium testimonio literarum. Quibus ad hujus facti evidens testimonium sigillum meum, nec non sigillum Capituli mei appendere curavi. Actum & datum apud Egmundam Ann. Dni* CIↃ.CC.LII. *in vigilia Domini Circumcisionis.*

Ego Lubbertus *Domini permissione Abbas Egmundensis notum esse volo præsentibus & futuris omnibus præsentes literas inspecturis, quod* Weremboldo *ex Haghe præsentium conservatori in bonis suis, quæ a nobis in feodo habere dinoscitur ad tempus, exceptis illis, quæ emit erga Dominum* Theodoricum de Laen, *adhibito cuncto mei consilio feci gratiam spiritualem in hunc videlicet modum. Si jam dictus* Weremboldus *ex contractu legitimo filium habuerit vel filias superstites, vel filios filii sui post ipsum, eadem bona in feudum habebunt, ita ut semper in eisdem bonis succedat junior seniori. Quod si nec ille ad quem eadem bona per successionem legitimam fuerint devoluta filium habuerit superstitem de legitimo thoro vel filiam, qui vel quæ in prædictis bonis sibi legitime succedat, simili modo concessi suis legitimis filiabus, verum tamen ipsa bona ad filios ipsius non poterunt pervenire, quamdiu de filiis vel filiabus filiorum ipsius de legitimo thoro aliquis fuerit superstes. Quod ut habeatur certum & permaneat firmum præsens scriptum sigillo meo, nec non sigillo Capituli mei communitum Weremboldo contuli memorato. Datum Ann. Domini* CIↃ.CC.LIII. *in die sancti Andreæ apud Egmundam.*

Lubbertus *Domini permissione Abbas Egmundensis universis præsentia visuris Salutem & sinceram in Domino karitatem. Præsenti scripto publice & simpliciter protestamur, quod nos devotionem* Arnoldi *de Egmunda militis fratris nostri, quam circa nos & ecclesiam nostram gerere comprobatur, grato prosequentes affectu, ut reddatur devotior ex devoto, per consensum nostri Conventus ipsi* Arnoldo *ejusque heredibus hoc concedimus ex gratia speciali, quod ipso* Arnoldo *viam universæ carnis ingresso senior filius ejusdem legitimus, si filium legitimum habuerit, alioquin senior filia ejusdem legitima ipsi succedet libere in omnibus bonis, quæ a nobis & nostro monasterio Egmundensi tenet in feodo. Et sic successio de herede in heredem, quamdiu de filiis aut filiabus ipsius legitimis de eorum quoque vel earum filiis vel filiabus legitimis aliquis vel aliqua superstes fuerit, perpetuo perdurabit. In cujus rei testimonium & perpetuam firmitatem præsens scriptum nostro nostrique Conventus sigillo fecimus communiri. Datum anno Domini* CIↃ. CC. LXII. *in vigilia beati Jacobi.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Wilhelmus *Dei gratia Romanorum Rex & semper Augustus universis Christi & Imperii fidelibus gratiam suam & omne bonum. Nostra regia Celsitudo provide ponderans in singulis nostris fidelibus obsequiosa merita & affectum ad ipsorum promotionis subsidia se consuevit liberaliter inclinare, ut tanto sit ipsis animus ferventior obsequendi, quanto nobis liberalius honorati. Et ut fidelium nostrorum indemnitati a nobis & a nostris solertius caveatur, & ipsorum provideatur commodis & quieti, ad id eorum nos servitia & probitatis vita sollicitant & inducunt. Sane cum Venerabilis vir* Lubbertus *Egmundensis ecclesiæ Abbas dilectus & familiaris noster pro Romana ecclesia, Imperii, & nostris negotiis multo subdidit se labore, nec personæ discrimen fidei zelo succensus vitaverit, ac subierit grandia pro ecclesia sancta & nobis onera expensarum, volentes ecclesiam suam propter ipsum, & eum in ipsa quantum possumus honorare, ut inter nos & nostros successores, dictum Abbatem & ejus ecclesiam de cætero nulla suscitetur materia quæstionis a quovis, præmisso Abbati viginti mensuras ordei, quæ Hunt vulgariter appellantur, de decimis nostris in Texele, tam boni sicut de ipsa decima potest tricari, & nostris Nunciis vel Dominis terræ de prædictis decimis assignantur, ad mensuram de Haerlem contulimus annuatim eidem & monasterio Egmundensi perpetuo in festo sancti Remigii assignandas. Quas mensuras ordei universas Nuncii nostri vel Domini terræ ad navem dicti Abbatis & ecclesiæ duci facient sumptu nostro vel Domini terræ ad locum ubi eadem navis prædictæ insulæ potest commodius applicari, fraude & dolo sublato in omnibus his præmissis. Si vero quod absit per negligentiam Nunciorum nostrorum seu Domini terræ dictum ordeum suo tempore ipsi Abbati & ejus ecclesiæ non fuerit persolutum, sex Nuncii Abbatis & ecclesiæ ad hoc deputati tam diu in nostris vel Domini terræ manebunt expensis, quousque ipsum ordeum sæpedictum plenarie persolvatur. Idemque Abbas nomine suo & ecclesiæ præfatæ renunciavit præcise medietati oppidi de Alcmere, sicut cum Simone de Haerlem nobili viro Nuncii nostri sunt pacti thelonio ac denariis medii loci ejusdem nostris usibus annue deputandis. Quorum redditus incipiemus percipere intrante Majo proxime nunc futuro. Adhæc ut idem Abbas, quem commendant acta magnifica, virtutes glorificant & merita, quibus strenue Aquisgrani negotia Imperii & nostra feliciter & laudabiliter consummavit, præmium laudabile consequatur, terram in Nortghe, quæ Abbatis campus dicitur, ad ipsius ecclesiam pertinentem ad opus ejusdem & ejus ecclesiæ, quam detinuimus aliquot annos, modo libere resignamus in privilegium spiritualis amoris, quem ad ipsum Abbatem & suam ecclesiam gerimus indefesse, in signum etiam devotionis insigne omnes traditiones, libertates, & immunitates fa-*

ctas

ctas & conceſſas a progenitoribus noſtris eccleſiæ memoratæ gratas habemus & ratas, ac omnia bona ipſius eccleſiæ cum villis, mancipiis, eccleſiis, decimis, poſſeſſionibus, pratis, paſcuis, nemoribus, aquarum diſcurſibus, quæ poſſidet in præſenti, aut in poſterum dante Domino juſtis modis poterit adipiſci, ſerenitate benigna liberaliter innovamus, & præmiſſa omnia cum favore Florentii Kariſſimi fratris noſtri ſub noſtra protectione ſyncera recepta auctoritate Regia patrocinante eccleſiæ perpetuo confirmamus. Nulli ergo ſucceſſorum noſtrorum in Comitatu Hollandiæ aut ex fidelibus Imperii hanc noſtræ conceſſionis, donationis, innovationis, protectionis, ſeu confirmationis paginam infringere, vel ei auſu temerario audeat contraire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem noſtræ Regiæ Celſitudinis ſe noverit incurriſſe. Ut autem hæc omnia permaneant inconvulſa & illibata juxta voluntatem memorati fratris noſtri præſens ſcriptum fecimus ſigillo noſtro Regio communiri. Actum & datum in Curia noſtra magna Aquiſgrani anno gratiæ CIↃ. CC. XLVIII. *Regni noſtri anno primo, Nonis Novembr. Indictione ſexta.*

dedit villicationem de Rynegom. Id eſt, Præfecturam. Villicus idem quod Prætor, idem quod Præfectus. *Villicus de Haerlem*, id eſt, Prætor de Haerlem in charta Wilhelmi Regis Ann. CIↃ. CC. XLV. Iuvenal. *Sat. 6. Pegaſus attonitæ poſitus modo villicus urbi.* Charta Henrici V. apud Goldaſt. *1. conſt. imp. p. 54. Ann.* 1110. *Comitatus, monetas, teloneum, mercatum, Advocatias, omnia jura Centurionum, id eſt, villicorum. Meyer* dicitur infra *cap.* 68. *Meyer a Major.* Major idem quod Præfectus, ut Major Ruſſellæ, Londini &c. *Meyery*, Præfectura, ut *Meyery van den Boſch.* Vid. *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 2. Cæterum Nicolai aliam habeo adhuc chartam, quæ nec hactenus adhuc viſa: *Nicolaus Dei gratia Abbas Egmundenſis univerſis præſentia viſuris Salutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod nos per conſenſum Conventus noſtri Emezam quondam filiam Rudolphi & Hildegardis, Fridericum & Gerardum dictæ Emezæ filios, Sophiam & Agnetem filias ejuſdem, miniſteriales eccleſiæ noſtræ ad petitionem Domini Hugonis de Riedwyk militis dilecti noſtri mediante quadam ſumma pecuniæ manumiſimus, & perpetuæ libertati donamus, niſi forte poſtmodum priſtinæ ſe ſubmittant conditioni. In cujus rei teſtimonium & munimen præſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum fecimus appenſione communiri. Datum anno Domini* CIↃ. C. LXVI. *in die beati Lucæ Evangeliſtæ.* Cap. XLV.

in parlamento quod habebat adverſus Gheje. Notum quid Parlamentum. Idem quod Comitia, quod conſeſſus, quod diæta, quod mallus. De diæta Chron. Citizenſ. ad Ann. 1252. *Habuit quidem eam ob rem plures convocationes ſive diætas regni & Principum.* Idem ad Ann. 1471. *in diæta regni* Cap. XLIX.

Infra *cap.* 69. *ordinata fuit adhuc una alia dieta ad tractandum de arbitrio fiendo inter Abbatem Egmundonsem & Dominum de Egmunda.*

regni & inclyto Principum conventu &c. A *Parler* Parlamentum. *Parlamentum* colloquium. Colloquium scilicet de re quæ alicujus momenti. Io. de Ianua: *Colloquium, quod vulgo dicitur Parlamentum.* Idem dixi quod mallus. Caroli Magni Capitulare *lib.* 7. *cap.* 96. *Ad mallum venire non tardet unum circa æstatem & alterum circa autumnum.* Unde & *mael* pro convivio, quod de re etiam maxima olim veteres Germani in convivio consultarent. Tacit. *de morib. Germ. Sed & de reconciliandis invicem inimicis, & jungendis affinitatibus, & adsciscendis Principibus, de pace denique & bello plerumque in conviviis consultant.*

Anno Domini 1304. &c. *obiit Florentius Abbas.* Etiam hujus adhuc habeo ex ruina Egmundensi superstites tres chartas, primam Ann. 1282. alteram Ann. 1292. & tertiam Ann. 1291. qua Gerardo van Velsen quædam in feudum dat:

Allen den ghenen die dese letteren besien of horen lesen, Ick Florens *Abt van Egmonde doe groeten alle die ghene, die dese tegenwoordighe letteren sien of hooren lesen, ende doe hem condt, dat Heer Florens van Rodenborch die tiende, die twiske Ermsdorperlant legt, ende tusschen Heren Niclaes lande van Catse, ende tusken den Ryn ende Vriesmaerlant, hout van den Godshuse van Egmonde te leene, die Zuden oock gaet aen Widricxwere, alle tiende, coorntiende, ende smaltiende, en oft dat saecke ware dat Heer Florens storve sonder erfsoen, dat die tiende op sine dochter Lisebethen quam, die hy wan by Heeren Willams dochter van Foreyst, ende storve die voorseyde Lysebeth sonder erfsoen, dat die tiende weder op dat Godshuys van Egmont quam sonder enich wedertale. In den jaer ons Heeren* CIↃ. CC. LXXXII. *op S. Gallen dach.*

Nos Florentius *Dei permissione Abbas, Prior, totusque Conventus monasterii beati Adalberti de Egmunda notum facimus universis tam præsentibus quam futuris pure & simpliciter protestando, quod nos ad instantiam* Gerardi *filii Domini Arnoldi bonæ memoriæ dicti de Egmunda militis, quendam campum, qui vulgariter Teutoniceque nuncupatur Wordt, jacentem versus orientem de Winnemerswoude extra aggerem, super quo nostri monasterii prædicti exstitit idem G. feudatalis, quitum clamavimus a jure feudali prædicto in perpetuum, ipsi G. dictum campum in proprietatem absque ulla in posterum reclamatione recognoscendo. Ita quod ipse G. eodem campo tanquam proprio libere & pacifice debeat gaudere præsentium nostrarum testimonio literarum. Actum & datum Anno Domini* CIↃ. CC. XCII. *feria sexta post Dominicam Lætare.*

Florens *van der genaden Goeds Abt des cloosters sinte Aelbrechts van Egmonde allen den ghenen die dese letteren sien sullen ofte hooren lesen Saluit in onsen Heere. Ghi sult dat weten, dat wi gegheven hebben in rechten lienwairde*

onsen

enſen lieven ende onſen ſonderlingen vrient Gheraerde van Velſen, *die deſe letteren hout den ouden coerntiende, ende den ſmallen tiende van Hillenghom, ende Halff Heeren Willems lien* Veren Steyneken *ſone, dat in der Wike leghet, ende al* Veren Liſen lant *van Zaenden, dat oock in der Wike leghet vrylikee ende ruſtelike van ons in rechten leenwairde, alſt voergeſeit is, te beſitten, ende hebben oec him dat mede gegheven, wair dat ſake dat die* Gheryd van Velſen *voerſz. ſonder erfſoen ſtorve, dair dat lien op comen ſoude, dat Godt ommer keren moet, ſo ſel dat voergeſchreven lien comen op ſine outſte dochter. In orconde dere lettere geveſticht mitter veſtinghe ons ſegels. Deſe lettere waren gegheven in ons Heren jare* CIↃ. CC. *ende* XCI. *in der vigilie der Apoſtelen ſinte Pieters ende ſinte Pauwels.*

in loco qui Paradiſus dicitur. Paradiſus templi atrium, quod deambulatoriis & porticibus junctum, quale adhuc Ultrajecti ante templum Dominicum. Leo Oſtienſis *lib. 3. cap. 27. Fecit & atrium, quod nos Romana conſuetudine Paradiſum vocamus.* Anaſtaſ. in S. Paulo Papa: *Fecit autem in atrio ante turrem S. Mariæ ad Gradus oraculum &c.* Aula etiam alibi, cui ſua παραύλια, ut ad Paulum Silentiarium notat Car. du Freſne *n.* 23. Etiam *Garſonoſtaſium*, quia ibi de plebe pueri, famuli item, & pediſſequi heros ſuos exſpectabant. Idem *ibid. n.* 71. Cœmeterii etiam uſum præſtitiſſe id nonnunquam ab eodem obſervatum *gloſſar. in Paradiſus.* Cap. I.

Johannes Comes Hannoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ. Patre Iohanne, matre Adelheide Wilhelmi Regis ſorore natus (cujus chartam adhuc habeo Ann. 1283. *Aleydis quondam uxor D. Joannis de Avennis notum facio univerſis præſentia viſuris &c.*) fratrem habuit Guidonem epiſcopum Trajectenſem, quem Wilhelmus Ioannis filius patruum ſuum vocat in charta Ann. 1318.

Hic Comes habuit fratrem Guidonem. Non fratrem, ſed patruum. Guillielm. de Nangis apud d'Achery *to.* 11. *Spicileg. ad Ann.* 1303. *in fin. Guillelmus Johannis Comitis Hannoniæ filius & Guido Trajectenſis epiſcopus ejuſdem Guillelmi patruus contra Flandrenſes, qui magnam partem Gellandiæ occupaverant progredientes in prælio ſunt devicti.* Fratrem habuit Johannem Dominum de Beaumont, quem rogat, ut ſigillum ſuum apponat chartæ Ann. 1316. qua vaſallum ſuum recognoſcit & Caſtellanum Zelandiæ Gerardum Dominum de Voirne, *Rogantes*, inquit, *fratrem noſtrum dilectum Johannem de Haynnonia Dominum de Beaumont, quatenus ſigillum ſuum una cum noſtro præſenti paginæ apponi faciat &c. Et nos Johannes de Haynnonia Dominus de Byaumont prædictus ad rogatum Domini & Fratris noſtri Comi-* Cap. LIII. Zelandiæ.

tis antedicti &c. Guido ipse diserte eum vocat nepotem suum in charta Ann. 1309. qua excommunicationis sententiam in Westfrisios pronuntiat, si fidem Comiti datam fallant.

Mariam, quam in uxorem accepit Gisbertus Dominus de Yselsteyn. Rursum error hic non ferendus. Non accepit Gisbertus sed ejus filius Arnoldus, Arnoldus scilicet Arnoldi nepos, qui frater fuit Gisberti aut Giselberti de Amstel Florentii Comitis percussoris & conjurationis rei. Charta hactenus nondum visa Ann. 1308. *Wi* Willam *Grave van Heynegouwen &c. maken condt &c. dat wi om bede eens Eersamen Vaders ons liefs Heeren ende Oems Heeren Guys by der genaden Gods Bisschop van Utrecht, ende om bede ende verfoeck goeder lude onser vrienden Gisebrecht van Yselsteyn sulcke gratie gedaen hebben, dat wi hem verliet hebben ende gegheven hebben, ende geven van ons te houden te liene 't Huys te Yselsteyn, ende al dat goet dat Haer Aernd van Amstel syn vader van onsen Ouders Graven van Hollant wilen helt te leene, ende dat dien Gisebrecht van sinen vader voersz anecomen is in sulcker manieren, dat wi Aernoude sinen sone met dien Gisebrecht sinen vader voornoemt die gesaemde hant van dien huse ende van dien goede voersz verliet ende gegheven hebben van ons ende van onse nacomelingen te houden in der vorme, die hier volget, dat waer dat sake dat die Aernoud storve voer Gisebrecht syn vader voersz, dat die kinder die hi liet ende gewonnen hadde bi Joncfrouwen Marien onser nichten sinen wive, dat si dat voersz Huys ende goet van ons ende onsen nacomelingen sullen houden ten rechten liene &c. Gegheven toit Aken opten dertienden dach int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende acht.* Charta Ann. CIↃ. CCC. XVI. *Wi Guido bi der genaden Goeds Bisschop van Utrecht doen kondt allen etc. dat wi Marien onse dochter Heeren Arnouts wyf van Tjelsteyn Ridders gegheven hebben ende gheven mit desen brieve &c.*

quod sub arbore ante lapideam domum. Sub dio olim jus dictum, cœlo libero & aperto, opaco tamen, ne officeret vel calor, vel Solis ardor. Sic sub tiliis in cimiterio S. Joannis Ultrajecti, ut ex publico instrumento dixi *lib. de jur. glad. cap.* 40. *p.* 669. *dat 't vonnissen geweseu by den Schepenen van Achtienhoven* (hæc ipsissima ejus verba) *de ghene die deselve jegen geweseu wert altyt beroepen hebben voor den Proost van sint Jans Leenmannen op sint Jans Kerckhof t'Utrecht onder de linden, ende voor geen ander rechter, daer sy tuygen geheugenisse af hebben.* Charta Ann. 1403. *Aelbrecht &c. Doen cont allen luyden, dat wy om menigben trouwen dienst wille, die onse getrouwe Stede van Muyden onse Voervaderen ende ons tot vele tiden gedaen heeft, ende noch of Godt wil doen sal, der selver onser Stede voersz*

ge-

ghegeven hebben ende geven mit deſen brieve alſulcke punten van recht als hier na geſchreven ſtaet. Eerſt alle recht te houden buten huſe, opter ſtraten, of op die brugge, ende te beginnen voor middach & c. Nec ſub dio tantum judicia. Etiam ibi Comitia. Annales rer. a Pipino geſtar. ad Ann. 767. *Biturícam veniens conventum more Francorum in campo egit.* Annal. Bertinian. ad eund. Ann. *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo.* Etiam apud Romanos *l. 7. ff. de manum vind. l. pen. ff. de juſt. & j.* Tacit. *annal.* 1. *Tum primum comitia e campo ad patres tranſlata ſunt.* Acta SS. Coſmæ & Damiani: ταῦτα ἀποφηνάμενος δρομαῖος ὑπεξῆλθε τὸ στάδιον, *Quam ſententiam cum tuliſſet, feſtinans ſtadio exceſſit.* Paſſio S. Savini apud Baluz. 2. *miſcell.* 3. *Poſtera vero die juſſit ſibi Venuſtianus vir clariſſimus tribunal parari in medio foro.* Verum temporis progreſſu vel ob ſolis ardorem, vel ob vim tempeſtatis, aut pluviarum, aut frigoris, quæſita ad id loca, ad quæ & tutus acceſſus (nam recuſari poteſt locus, aut infeſtus, aut turpis *l. quid tamen §. pen. ff. de recept. qu. arb. rec. c. ex parte ext. de appell. c. cum R. Canonicus x. de pot. & off. jud. del. c. accedens x. ut lite non conteſt. c. cum locum* x. *de ſponſal.*) & quæ tectis munita. Et primum quidem templa, templorum porticus, atria. S. Cæſar. *homil.* 8. *Quanti enim nunc in plateis vel in atriis Baſilicarum aut litibus aut negotiis vacant.* Deinde autem ne quid fieret in loci divino cultui deſtinati injuriam, domus exſtrui ad id juſſæ. Etſi ſtatim non ubique id tam exacte obſervatum. Caroli Magni Capitulare Anni DCCCIX. §. 25. *Ut loca ubi placita eſſe debent bene reſtaurata fiant, ſicut ore proprio diximus, quo in hyberno & in æſtate ad placita obſervanda uſus eſſe poſſit.* Ludovici Pii Ann. DCCCXIX. *Mallus tamen neque in atrio neque in eccleſia ejus habeatur &c. Volumus itaque ut domus à Comite in loco, ubi mallum tenere debet, conſtruatur, ut propter calorem ſolis & pluviam publica utilitas non remaneat.* Add. Car. Calv. Capit. *tit.* 38. *c.* 7. Abuſi eo non obſtante eccleſiis adhuc diu. Convivia in iis inſtituta. Inſtituta colloquia, Comitia, mercatus, nundinæ. De quo toties querelæ. Imo ibi & turpis quæſtus & meretricum coitio. Unde & prohibitio tam crebro olim repetita. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1403. *opten heyligen derthien avont: Voert gebiet de Raet den lichten wiven, dat ſi 's avonts ende ſnachts niet en gaen op enigen Kerchoven binnen der Stadt, ende onreynlicheyt daer driven, ende dedet ymant daerenboven, die zoudmen vechtevoert in 't vleyſchuys leggen.* Add. Baluz. *ad Lup. Ferrar. p.* 516. Chapeavill. *hiſt. Leod. to.* 3. *in Gerard. Groesbec. cap.* 20. Olim autem cum ſub dio & in campo judicia ſignis locus ut agnoſcit poſſet etiam debuit denotari. Unde & *mallus a mahl. Mahl* idem quod ſignum. Signum autem

Add. Socrat. de Oreſte Præfecto Alexandriæ 2. *hiſt.* 13.

Roger. Hoveden. *Prohibuit idem Abbas, nequis in eccleſiis vel atriis earum venderet, emeret quidquam, vel placitaret.* Placitum alii a *placet* quod quicquid placuit ibi habet vim. Alii deducunt contra a Germanico *Plaets*, quod ruri vulgo & in campo. Reinec. ad Anonym. Poet. ad Ann. 777.

aut lapis, aut arbor, aut tignum, aut crux etiam cum gladio. Vid. *supr. cap.* 30. S. Rembertus in *vit. S. Anſcharii cap.* 16. *Quadam namque vice ipſe in quodam ſedebat placito ſcena in campo ad colloquium parata.* Charta Bertoldi Leucorum epiſcopi apud Perardum: *Acta ſunt hæc quando fuit placitum de Abbatia inter Domnum Bertoldum & Domnum Brunonem epiſcopos in Dodonis curia juxta quercus.* In Suecia fuit locus non longe ab Upſalia incluſus ſaxis duodecim. Gryphiand. *de Weichbild. Saxon. cap.* 66. *n.* 5. In Friſia Orientali prope Auricam Upſtalbomus. Locus dictus ſic ab arboribus olim admodum celebris. Ubb. Emm. *lib.* 2. *& lib.* 13. *rer. Friſ.* Unde & leges prodierunt, quæ a loco Upſtalbomicæ, & quas primus Sibrandus Siccama evulgavit cum notis. Judex porro ad id ſignum ſeu crux eſſet ſeu aliud quid, præſtabat juſjurandum, & quidem manu exſerta. Unde & ipſum judicium etiam dictum *ein Handmahl.* Gloſſ. *ad Specul. Saxon. lib.* 1. *art.* 51. Gryphiand. *d. loc.*

Ante domum lapideam. Raræ ejuſmodi olim domus. Pleræque erant ligneæ. Stramentis aut cannis tectæ, ut dixi de eo latius *lib.* 4. *de Nobilit. cap. pen.*

Vid. *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 38.

tria judicia ſermone vulgato dicta gadinghen. Scripſiſſem *gedinghen* (nam *Dingh* idem quod judicium, unde & *dinghen*, *in recht dinghen*, *de ſaeck voldinghen &c.*) ſed poſtquam legi & inveni in inſtrumento tranſactionis, de qua agitur hic in textu, expreſſe etiam ſic ſcriptum, nihil prorſus mutavi. Inſtrumentum ſe habet ita.

Hem allen die deſen brief ſullen ſien of horen beſen. Ick Wauter van Egmonde *make cond ende kenlyck, dat ic van dien twye tuſſchen den Abt* Bartoud *van Egmonde aen die ene ſide ende my aen dander ſide alſe van den goede van Egmonde by rade mire vrienden mi hebbe gegeven in die hant Heren* Hugo *den Prior van Egmonde, Heren* Gerard van Heemskerck *ener Ridder*, Johanne van Perſyn *den oudſten*, Wouter van Wyc, *ende* Dideric van Rolland *hare ſeggen te volgen ende te houden. Die hoer ſeggen hebben geſeyt alſe hier nae geſchreven ſtaet. Ende in't eerſt is hoere ſeggen aldus. Dat men in den boeme voor dat ſteenhuys houden ſal drie gadinghe 's jaers. Voort waert dat ſake, dat daer enich man geſlagen worde binnen den dorpe, ſo ſouder Wouter ic die voergenoemt ben comen, ende vragen den Abt, wanneer dattet den Abt goet docht, datmenre over rechte, ende ſal den Abt bidden dat hy daer over ware. Ende waert dat ſake dat die Abt niet 't huys en ware, ſo ſoude ic den Prior aenſpreken, alſo by myn te ſitten, ende dat recht van den dooden manne ſal weſen voor 't naeſte huys van den Dorpe voor die bregge. Ende voort ſo en ſal ic niet rechten over des Godshuys mannen, dan van dootſlagen ende van vechten.*

Voort

Voort waert dat saecke dat die Boden van den Hoeve misdaden in den Dorpe, dat soude ic oste mynen Bode den Abt seggen, dat hy dat verbeteren doe binnen alsulcken tyt, alse redelick ende mogelick is. Ende dade den Abt des niet, so soude ic dat berechten. Voort van den Scoute so sal ic drie man kiesen, ende van dien drien, so sal de Abt enen kiesen Scoute te weesen, welc hy wil, ende elcken man recht te doen. Ende waert dat enich man quam die recht begeerde van des Godshuys mannen ofte van des Godshuys boden, ende die Abt seyde dat hys niet doen woude, noch en mochte, so soude icks doen. Ende waer dat sake dat den Abt enich rechts braecke, of synen Bode in den Dorpe. of waer dat waer, daer soude ic hem comen te helpen, alse ic scüldich ben te doen tot synen rechte. Ende dit selve sel my d' Abt weder doen, waer icks begeere tot myn recht. Ende dat hier geschreven staet, dat sal dueren tot mynen leven ende niet langher. Op dat dit vaste ende stade blive ende ongebroocken van my so heb ic myn segel gehanghen aen desen brief. Gegheven ende gemaeckt tot Egmonde int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *ende* XII. *op sinte Simons ende sinte Iuden dach tweer Apostelen.*

Porro Abbas Bertholdus. Instrumenta quæ ipsum tangunt adhuc duo inedita:

Wy Bertoud van Oy *by der genaden Godts Abt van Egmonde doen kont allen luyden, die dese letteren sien sullen of hooren lesen, dat wy verleent hebben* Machtelt Dircx *dochter van Rollant die* Rottiende, *die Dirc haer vader van ons helt in deser manieren, dat dese voerseyde* Machtelt *erven sal desen tiende op haren witachtigen sone, die outste is, ende hadde sy ghenen sone, op hare outste dochter, ende storve die outste dochter sonder kint, so sel dese tiende comen op die ander dochter daer naest. Ende welck haer van Machtelde kinder voergenoemt desen voerseyde tiende lest in die hant heest, die selle erven op sijnen witachtigen soon in rechter lienweer, ende anders niet. In oerconde dese letteren besegelt mit onsen segel. Ghegeven int jaer ons Heeren* CIↃ, CCC, XVII, *des anderen daegs na Pinxsterdach.*

Wy Gerrit van Heemskerck *Ridder,* Wouter van Egmont, Florens van Adecke, *ende* Wouter die Vriese *maken kondt ende kenlick allen luden, dat* Mechtelt Dircx *dochter van Rollant quam mit haren rechten mombaer* Simon *van* Teylingen *voor den Abt* Bertoud *van Egmont, ende hem opgaf den* Rottiende, *ende allen recht, dat si daer ane hadde, ende quytscout alle die brieve, die sy ende haer ouders tot deser tyt toe daer af gehadt hebben, ende dat desen voersz. Abt* Bartoud *hoer weder verlient heeft desen voergenoemden tiende in sulcker manieren, alse hare brief houdt, die dese Abt* Bartoud *voorgenoemt haer daer op gegeven heeft. In oerconde dese letteren besegelt mit onsen se-*

gellen. Int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *ende* XVI I. *des anderen daegs na Pinxterdach.*

Cap. LIV. *uxor fuit Guida filia* D. *Gisberti de Yſelſteyn.* Non *Guida* ſed *Maria*, ut dixit *cap. præc.* Et aut ipſe egit hic oſcitanter aut ejuſdem librarius. Sic & paulo poſt infra, *Igitur poſt mortem Arnoldi Patris Gisberti de Yſelſteyn*, Codes Friſicus habet *fratris*. Verum neutrum admitti poteſt. Arnoldus Guidæ maritus fuit filius Gisberti. Supina hæc oſcitantia. Nec poteſt prorſus Auctor ab ea hic excuſari. Nam quid hoc eſt quod paulo poſt? *Hujus militis uxor fuit Guida filia Giſberti Domini de Yſelſteyn, mater vero ejus uxor ejuſdem Domini de Yſelſteyn etiam dicebatur Guida* &c. Guida filia Arnoldi non Gisberti de Yſelſteyn, mater vero non Guida ſed Maria fuit Guidonis filia, ut ex dictis jam patet.

Cap. LV. *& eligitur Hugo filius Menſonis.* Deceſſoris ſui Prior. Prior nulli ſecundus niſi ſoli Abbati. Et ſæpe ejuſdem ſucceſſor, ut hic Hugo ſucceſſit. In majoribus monaſteriis erat & Subprior, ut infra verbi gratia *cap.* 71. *Onder Prior*, ut in charta eſt apud Jac. le Roy *notit. Marchion. imp. cap.* 10. Fervebat tempore ejus adhuc quæſtio deceſſori jam mota. Quæſtio erat de feudo. Abbas rectum id aſſerebat, in quod alii non ſuccedunt quam maſculi ejus deſcendentes, qui primus fuit inveſtitus. Neoſtad. *de feud. Holland. ſucceſſ. cap.* 3. *n.* 1. *& ſeqq.* Boxel. *in not. ibid. & ad cap.* 2. *d. tr.* Grot. 2. *man.* 42. *§. ten derden.* Sand. *de feud. tit.* 3. *cap.* 1. §. 2. *fol.* 91. Pars adverſa id negabat ſed documentis deſtituta negabat ſimpliciter. Et ſic deterior ejus cauſa. Nam feudum cenſetur rectum ſi aliud nihil conſtet. Bronchorſt. *de feud. cap.* 10. *in fin.* Neoſtad. 4, *obſ. feud.* 8. *& de feud. Holl. ſucceſſ. cap.* 4. *in fin.* Lectu digna eſt hiſtoria, quæ ex reliquiis Abbatiæ hæc eſt, quæ ſequitur:

Dit iſt haercomen van de thiende die Heer Willaems vrouwe van der Wateringhe zeyt dat ſy van den Godshuſe van Egmonde houden ſal te leen circa Ann. CIↃ. CCC. XXX.

Iuden eerſten ſo halt Haer Dirc Boeckel *twe tienden Cole ende Boekelsdyc ende een van Bloemersdyc van den Godshuſe van Egmont in rechten lene. Doe Haer* Dirc Boekel *gebleven was quam ſyn wyf die Vrouwe van Rotterdam, ende begeerde die tiende t' ontfaen. Doe ſeyde die Abt was, dat dat goet ledich aen dat Godshuys van Egmonde gecomen was, ende niet en was dan een recht leen. Die Vrouwe van Rotterdam ſeyde, dat hoer dochter goede hantfeſten hadde, dat dat goet op haer comen ſoude, maer ſy en toghede die hantfeſten niet. Doe ſeyde die Abt* Dirc Screvel, *dats redenen waer dat ſy die hantfeſten toghede, ſoude ſy t' goet onfaen. Doe badt die Vrouwe van Rotterdam*

dat

dat hy des verdregen woude, want die hantfeſten alſo verdonckert waren, dat-menſe niet wel leſen noch beſien en mochte. Die Abt Dirc *antwoerde, dat hys hoer niet en verdroeghe, hine ſoudſe ſien. Hier tuiſken daghe dinghede Haer* Hughen *Menſen ſoen, die doe Prior was, ende een Knaep hiet Florys, alſe datmen Heren* Dircs Boekels *dochter dat goet ſoude verleyen alſo langhe alſe ſy levede ende niet langher. Hier op worden brieven gemaeckt, die beſegelen ſouden Her* Jan *vander* Wateringhe, Dirc *vander Maed, ende* Gillis *van* Cralingen, *die des Godshuys mannen waren op die tyt. Hier toe wert gevoecht Heer* Willam vander Speune, *die monic tot Egmond was, dat hy dit bedryven ſoude. Ende die Vrouwe van Rotterdam ſoude hem mede bidden. Doe reed Haer* Willaem *ter Vrouwen van Rotterdam, ende vermaende hoer der voerwaerde, ende bat hoer dat ſy bidden ſoude Heeren* Ian, Dirc, *ende* Gillis *voerſz, dat ſy die brieve beſegelen wouden, alſo alſt geſeyt was. Doe antwoorde die Vrouwe van Rotterdam, ende ſeyde, dat ſy des niet doen en mochte, ende alſo bleeft ſtaen, alſo langhe alſe die Abt Dirc levede. Daerna wert Abt Heer* Hugen Menſen *ſoen. Ende Heer* Simon van Teylinghe *nam te wyve Heren* Dircs Boeckels *dochter, ende quam t' Egmonde tot den Abt* Hughen *in onſer Vrouwen Capelle, ende begeerde van ſyn wyfs wegen dat goet t' ontfaen. D' Abt* Haghen *ſeyde, dat hy 't hem geerne liet ontfaen, op dat hy ſulcke brieven geven woude, ende hem beſegelen, alſe van den Abt* Dirc *voormaels gemaect waren. Haer* Symon *antwoorde, dat hy des niet en dede, maer hy begeerde, datmen hem t' goet verlyen woude op ſynen ſone ende op ſynen dochtere te comen. Doe ſeyde de Abt ende t' Convent, dat ſy dat niet doen en mochten noch en wouden. Daer na doe Heer* Simon *doot bleef verſochte ſyn wyf die tiende, daer veel goede luden over waren, voor Heer* Willaem van Rolland *die doe Abt was, dies hy haer niet doen en wonde. Daer na nam ſy Heer* Gerrid van Harlaer *te manne, die 't oock mede aen Heer* Willem van Rolland *verſochte. Doe antwoerde hem Heer* Willaem *ende ſeyde, dat hy 's niet doen en mochte. Doe ſoyde Heer* Gerrid van Harlaer, *dat elck man nam, dat hem beſcieten mochte. Daerna en verſocht ſy dat goet niet, alſo langhe alſe ſy levede, maer bleef daer in ſitten mit gewelt, waer of den Abt ende Convent dunckt, dat dit goet mit allen recht aen den Godshuyſe gecomen is. Ende bidden allen goeden luden, datſe hem daer toe helpen willen, dat ſy haer goet weder crygen, ende hem geen gewelt noch onrecht en geſchie.*

Quæſtio etiam ejus tempore de prædiis Abbatiæ, quæ ſita in Papſwoude, an precariam deberent Comiti & militiam necne. Negabat quidem Abbas, ſed probationibus deſtitutus. Unde & paſſus repulſam:

Willem *Grave van Henegouwen, van Hollant, van Zelant &c. maken*

kondt

kondt &c. Want die Abt van Egmonde ons gene brieve noch getoecht en heeft, dder bi ons donket, dat die ghene die woonen op des Goedshuys lande van Egmont op die VIII. hoeven in Papswoude enighe vribede sculdich sien te hebben wider dan si gehat hebben bi onser ouder tiden, so es onse wille, dat alle die luyden die wonen op die VIII. hoeve, ioft land hebben op die VIII. hoeve, ende ghene welgebore lude en sien in Papswoude op des Godshuys lant van Egmont voersz. gelden onse bede ende onse Heervaert mit onsen luden van den Hove van Delf, also als si hier voermaels gedaen hebben bi onsen ouder tiden tote dier tyt toe, dat die At van Egmont ons betoghet mit onsen brieven, of mit anders onsen ouders brieven, iof mit beteren betoghe dan wi noch gesien hebben, dat sys van rechten niet sculdich en syn te done. Gegheven tot sinte Gheerdenberghe des Vridaghes voor alre Heyligen dach int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *en* XXXIII.

obiit Hugo Abbas qui dedit Conventui &c. Senex vita concessit & jam annos aliquot multum debilis, ut ex charta hac satis patet. Willem *Grave van Heynegouwen &c. maken condt allen luden, dat wi enen Religioesen man onsen goeden vrient Heren Hughe den Abt van Egmonde, omme dat hi out ende cranck es sulcke gratie gedaen hebben, dat hi enen goeden beseeden Monnic Priester ende Monnic van sinen Godshuse mach geven moghe van sinen weghen alle erve dat den Godshuse voersz. van rechte toebehoren mach ane te spreken* op die sevene, *daer dat Godshuys van Egmonde recht toe hadde, ende alle saghen te seggen van lande ende van seventuych te doene, ende recht te pleghen ghelike dat dat die Abt selve doen soude, iof sculdich ware te doene. Dit sal geduren toit onsen wederseggen. Gegheven te Haerlem op St. Niclaes dach, int jaer ons Heren* CIↃ. CCC. *negen ende dertich.*

Anno Domini CIↃ. CCC. XXVII, *&c. & eodem anno Wilhelmus Bonus Comes Hollandiæ &c. obiit.* Rursum error insignis hic. Nam non eo decessit, sed novennio demum post. Chronicon Goudanum, Scriverius, Veldenaer aliique.

Laurent. octa. Id est, octava post Laurentii. Nam Laurentii dies incidit in IV. Idus Augusti.

Cap. LVI. *Wilhelmus Comes Hollandiæ Trajectum cum magno exercitu.* Idem tamen non diu ante, postquam vita concessisset Joannes van Diest, Joanne ab Arkel postulato sed a Papa nondum adhuc confirmato, constitutus ad biennium diœcesis Protector. Nec Protector duntaxat, sed qui & tanquam Protector, ut vices suas tueretur, Postulatum substituit, simul etiam concessa ipsi Præfectura de Stoutenburch & Prætura Amisfurti, restitutis nigrorum millibus quater mille & octingentis, pro quibus hactenus obligatæ,

tæ, Arnoldo de Yſelſteyn. Willem *Grave van Heynegouwen &c. maken kondt &c. Want wi ghecoren ſien Voghet ende mombair des Geſtichts van Utrecht, omme oerbaer ende nutſcap, ruſt ende vrede ons, ons lants, ende des Geſtichts van Utrecht voirſz, ende dair wi in onſer Stede of geſet hebben onſen lieven neve den Heer van Arckel die mombairſcip ende voghedie te bedriven, ende te verwaren van onſer weghen, in welcker mombairſcip ende voghedien die Heer van Arkel voornoemt bi onſen behiet ende bevele ſyns eygen gelts uytgeleyt heeſt ende gegheven Heeren Arnoude van Yſelſteyne vier duyſent acht hondert pont ſwarte, daer hi mede geloſt ende gequyt heeft van Heeren Airnoude voornoemt tot des Geſtichts behoeff dat huys tote Stoutenburch, dat Scout ambocht van Amerſvoirde met alles datter toebehoort, alſo alſt Heer Airnoud voornoemt onder hadde, des hi brieve hadde &c. Voir welcke vier duſent acht hondert pont ſwarte, &c. wi den Heer van Arkel voergenoemt geſet hebben ende ſetten op den huyſe tote Stoutenburch in den lande van Emelant, ende in den Scout ambocht van Amerſvoirde, in allen rechten ende vervallen daer binnen geleghen, die den Geſtichte toebehoren, ende in allen goede, dat Heer Airnd van Yſelſteyne onder hadde, ende hebben geloeft ende geloven voir ons ende voir onſe nacomelingen den Heer van Arkel voernoemt, ende ſine erfnamen in deſen voirſz goede te houden jegens alle die ghene, die hem an dien goede in enigen ſaken letten, ſcaden, of hinderen willen tot dieren tyt toe, dat den Heer van Arkel voernoemt, ende ſine erfnamen volcomelick geheel ende al voldaen is van deſen voirſz vier duyſent acht hondert pont ſwarten, en van allen coſte dien hi gedaen heeft of doen ſal in des Geſtichts ſaken van Utrecht &c. Gegheven in den Haghe des Dinxendaghes na jairs dach int jaer* CIↃ. CCC. *veertich.* Willem *Grave van Heynegouwen &c. maken kont &c. dat wi van der Eccleſi van Utrecht, alſe van den ghenen die Heeren* Joanne van Arkel *onſen neve gepoſteert hebben tot enen Biſcop t' Utrecht ontfangen hebben die Mombairſcap des Stichts van Utrecht tote tween jaren toe, ende hebben geloeft ende loven mit deſen jegenwoordigen brieve, dat wi die eccleſi, die Stadt, ende dat Geſticht van Utrecht houden ſullen in al hoiren rechte, ende dat wi als Mombair voirſz geen oorloghe maken en ſullen &c. Gegheven op ſinte Jacobs dach des Apoſtels int jaer* CIↃ. CCC. XL. Tandem die expectata cum confirmatio acceſſiſſet, Arkelius ſumptu exhauſtus, nam Papa vacuos non exaudit, cum debiti inſuper magnitudinem, quo exhauſtam reperit diœceſin, ſecum animo agitaſſet, conſilii velut inops receſſit in Gallias. Hed. *in ej. vit.* Nec interim dum is abſens Trajectenſes quieſcunt. Otii impatientes populabundi excurrunt. Nec manus abſtinent ab Hollandis. Et hinc bellum cum dioeceſi. Heda *ibid.*

Tandem pace facta in Frisia occiditur. Continuatio Chronici Guilielmi de Nangis apud d' Achery *to.* 11. *Spicil. ad Ann.* 1345. *Eodem anno* 1345. Guillermus *juvenis Comes de Hannonia ad Frisones cum magna multitudine Baronum & militum de partibus Hannoniæ debellandos navigio transfretavit volens eos subjugare totaliter & domare, sed non sicut crediderat actum fuit: Nam dum de navi descendisset ad eos nondum adhuc tota gente sua transfretata Frisones armatos quasi in litore obvios habuit, qui contra ipsum & contra plures nobiles debellantes dictum Comitem Hannoniæ cum quamplurimis militibus & aliis de gente sua violenter occiderunt, quod videntes qui prædictum Comitem navigio sequebantur festinanter ad propria, sicut venerant, sunt reversi, dominum suum Comitem mortuum & alios in terra Frisonum in navibus dimittentes. Hic autem Comes sicut fuerat in guerra pater suus contrarius Regi Franciæ pro Rege Angliæ, ita & ipse, & tamen Rex Franciæ erat avunculus suus. Avunculus suus* recte. Regis soror enim ejus mater, mulier pia & devota, ut idem Auctor ad Ann. 1341. *Temporibus illis obiit Guillermus Comes Hannoniæ pater Reginæ Angliæ & pater uxoris Ludovici Ducis Bavariæ, qui Ludovicus pro Imperatore se gerebat. Hic Guillermus multum contrarius erat Regi & Regno Franciæ favens partem Regis Angliæ propter Reginam Angliæ filiam suam, & tamen habebat sororem Regis Franciæ in uxorem, quæ sancta domina erat & devota, ut apparuit; nam videns quod post mortem viri sui mala inolescebant atque guerræ, & quod filius suus juvenis Guillermus Comes Hannoniæ erat contra Regem Franciæ fratrem suum, sicut fuerat pater ejus, dolens de hoc, nec valens apponere remedium, ut optabat, effecta est monialis in Abbatia de Fontenellis juxta Valentianas ordinis Cistercienfis.* Habebat patruum Joannem Dominum de Beaumont, & præter eam, quæ successit ipsi, sorores Reginam Franciæ, Comitissam Juliacensem, & tertiam adhuc spuriam Isabellam Hannoniam, cui libras Hollandicas quotannis dedit quinquaginta ad coemenda monilia.

Willem *Grœve van Heynegouwen &c. Ontbieden u Gheryt Keynen sone onsen Rentmeester van Noirtholland ende van den lande van Woirden, iof so wi onse Rentemeester aldaer na u wesen sal, dat ghy onse lieve Suster Joncvrouwen* Isenbeel *van Heynegouwen van onser weghen alle jaer te Paschen uytreycket ende betaelt vyftich pont Hollants, die wy heur op u bewyst hebben heur kleynoot mede te copen, tot onsen goetduncken, ende daer af neemt jaerlix ene kennisse van heur onder yemends seghel voir ons mede te rekenen. Gegheven in den Haghe des Sonnendachs na sinte Pauwels dach in den winter int jaer* xl.

dedit Comitatum Hollandiæ Margaretæ uxori suæ. Haud immerito quis quæ-

quærat hic, Uude ei jus dandi? & qui quod ſuum non erat dedit, quo id dederit fundamento? Ad quod verbo tantum dicam, fuiſſe olim, qui Hollandiam feudum rectum exiſtimabant, qui eam maſculis deficientibus, excluſis prorſus foeminis putabant ad Imperium ut ejus membrum devolvi. Verum perperam, ut puto, & ut plenius rem excuſſi *lib. 1. de Nobil. cap. 33.* Nec Hollandia feudum rectum (proprii generis tantum feudum) nec maſculis deficientibus locus unquam commiſſo. Contraria enim exempla in Ada, in Iacoba, in Maria Burgundica. Et quod ad Margaretam, quod factum hactenus a Ludovico, facti tantum, non juris. Henricus Rebdorff ad Ann. 1347. *In cujus locum*, inquit, *ſucceſſit, prædicti ſoror tanquam proximior & ſenior inter ſorores, videlicet Reginam Angliæ & Comitiſſam vel Marchioniſſam Juliacenſem, juniores quam ea, nullum vero fratrem, propter quod ex conſuetudine patriæ terram Hollandiæ & terras alias ſicut frater obtinuit.* Digna etiam, quæ notentur verba Chronici vernaculi, cujus Auctor eſt Veldenaer: *Ende als die Keyſer Lodewyc die Graef Willems ſuſter te wive had vernam, dat die edel Prince Graef Willem van Hollant doot gebleven was op die Vrieſen, ende geen kinder after gelaten en had, ſo meende hi, dat die Greefſcip van Hollant aen den Roomſchen Ryck beſtorven was. Mer dat en mocht niet weſen, want ſi erſt altoes op dat naeſte lyf levende, aengeſien datter veel Greven ende oock Grevinnen van Hollant geſtorven ſyn ſonder kinder, ende is altoos geerft op dat naeſte lyf ende die oudſte.* Scio viſus ignoraſſe id Albertus Auſtriacus Hollandiam putans tanquam feudum devolutam ad Imperium, cum Joannes I. ſine liberis conceſſiſſet in fata. Albert. Argentinenſ. ad Ann. 1298. Velden. *Chron. p. 69.* Io. a Leydis *lib. 26. cap. 2.* Sed is armis coactus cedere cum in Belgium deſcendiſſet perſuaſus vocibus adulantium. Vid. Hed. *in vit. Wilhelm. epiſcop.* Buchel *ad Hed. in vit. Theodoric. II. lit. g.* Comes, ut dixi alibi, ſi vaſallus Imperii, vaſallus liber, non ligius. Ad nihil prorſus obſtrictus. Nec ſubjectus tributo. Nec ad expeditionem, nec ad bellum coactus. Homagium tantum excipit Ludovicus Imp. Sed ne id quidem præſtitum, niſi ultro a nonnullis, & niſi certas ob cauſas.

Ludovicus Quartus *Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus univerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Ad univerſorum notitiam cupimus pervenire, quod nos propter grata & obſequioſa ſervitia, quæ ſpectabilis* Wilhelmus *Comes Haynoniæ, & Hollandiæ, & jui prædeceſſores noſtris Anteceſſoribus Regibus & Imperatoribus Romanorum & Imperio exhibuerunt, & adhuc nobis & Imperio exhiberi ſperamus in futurum, omne jus quod iidem noſtri prædeceſſores in Comitatibus Hollandiæ &*

Dominio Frisiæ reclamaverunt, seu reclamare potuerunt, aut nos reclamare possemus, libere & absolute de consensu & assensu nostrorum Principum quitamus, ac eidem ejusque heredibus & successoribus præsentibus duximus committendum, salvo tamen nobis & Imperio homagio debito pro eisdem. Si autem processus aliqui per nostros Prædecessores facti extiterunt contra eundem Comitem aut suos Prædecessores pro jure prædicto ex certa scientia præsentibus irritamus. In cujus rei testimonium præsentes conscribi & nostra Bulla aurea signoque consueto jussimus communiri. Datum Spiræ quarto decimo die mensis Junii, anno Domini CIↃ. CCC. XXX. *Regni nostri anno* XVI. *Imperii vero tertio.*

habens duos filios ex Imperatore scilicet Wilhelmum &c. Imo habens quinque Ludovicum, Ottonem, Wilhelmum, Stephanum, & Albertum. Ex quibus sine liberis extincti sunt tres, Ludovicus scilicet, Wilhelmus, & Otto. Andreas Presbyter Chron. Bavar. p. 87. *Hic Otto sicut & duo e fratribus suis, scilicet Wilhelmus, qui tenuit Hollandiam, & fuit ex intoxicatione furibundus, & Ludovicus dictus Romanus, decessit sine liberis.* Nec Wilhelmus primogenitus, ut Auctor Chronici Goudani, Scriverius, Veldenaer, aliique, sed primogenitus Ludovicus, ut pater testatur ipse Imperator Ludovicus in charta Ann. CIↃ. CCC. XLVI. Huic ergo non Wilhelmo debebatur successio. Verum Ludovicus Marchio Brandenburgensis & Lusatiæ dein factus, & sic sacri Imperii Archicamerarius, non Rex Cracoviæ, ut inepte Chronici Goudani Auctor, renuntians successioni, dum in vivis adhuc pater, jus suum quod habebat Wilhelmo cessit universum. E re est, ut addatur hic charta, quam dixi:

Nos Ludovicus *Dei gratia Romanorum Imp. semper Augustus ad universorum notitiam cupimus pervenire, Nobis sedentibus cum proceribus nostris in opido nostro Franckenford pro tribunali comparuit coram nobis Illustris* Ludovicus *Dux Bavariæ primogenitus noster ex præclara* Margareta *Romanorum Imperatrice conthorale nostra karissima procreatus libere & spontanee renuntians omnibus juribus & consuetudinibus quæ vel quas habere posset aut poterit in futurum in Comitatibus Hollandiæ, Zelandiæ, ac Dominio Frisiæ, nec non hominibus eorundem ad opus illustris* Wilhelmi *Ducis Bavariæ fratris sui secundogeniti nostri, sic quod post obitum prædictæ conthoralis nostræ karissimæ, matris suæ succedat eidem absque ulla contradictione atque scrupulo in dictis Comitatibus, Dominiis, & hominibus supradictis. Et si prædictum* Wilhelmum *filium nostrum absque herede decedere contigerit, quod Deus avertat, tunc Albertus Bavariæ Dux inclytus tertiogenitus noster eidem succedet in Comitatibus, Dominiis, & hominibus sæpedictis, & sic de gradu in gradum subsequentem omnibus dubiis, quæstionibus, & litibus procul semotis. Hac etiam omnia & singu-*

singula supradicta Imperiali auctoritate confirmamus, approbamus, & ratificamus harum testimonio literarum. Hujus rei testes sunt venerabilis Henricus Archiepiscopus ecclesiæ Moguntinensis, Princeps & Archicancellarius noster, Spectabiles viri Gerlacus & Adolfus de Nassau, Rudolfus de Voertheim, & Wilhelmus de Montfoirt Comites & strenui viri, Thomas de Frontsperg, Conradus de Pfalheim, & Volkerus de Gundelfingen milites, fideles nostri cum pluribus aliis fide dignis. In cujus rei testimonium præsentes literas conscribi & Majestatis nostræ sigillo jussimus consignari. Datum Frankinford septima die mensis Septembris Anno Domini CIↃ. CCC. XLVI. *Regni nostri anno* XXXI. *Imperii vero decimo nono. Et nos Ludovicus Dux Bavariæ amedictus ad majoris roboris firmitatem promisimus, & tenore præsentium promittimus omnia & singula superius annotata inviolabiliter observare, præsentes etiam literas una cum Serenissimo Domino Dn. Ludovico Imperatore Genitore nostro duximus roborandas, loco die, & annis prænotatis.*

Postquam pater decessit, rursum quæstio quidem mota, sed valida mansit cessio & inter fratres transactum. Andr. Presbyt. *Chron. Bavar, p.* 182. *Defuncto Ludovico Imperatore filii sui faciunt divisionem terrarum anno Domini* 1349. *Dominica infra nativitatem S. Mariæ in Landsberg hoc modo; Ludovicus Marchio Brandenburgensis natu senior Ludovicus dictus Romanus (eo quod Romæ sit natus) & Dux Otto junior possederunt superiorem Bavariam cum omnibus attinentiis, Dux vero Stephanus, Wilhelmus, & Albertus possederunt inferiorem Bavariam, Hollandiam, Selandiam, & Frisoniam, cum suis attinentiis.* Tantum autem abest, ut Wilhelmus primogenitus. Negat ipse id diserte & verbis expressis in charta Anni CIↃ. CCC. LVII. qua Præfecturam Zelandiæ & Dominium de Voirne in feudum promittit fratribus suis Ludovico & Ottoni sed sub certa conditione, *Noverint*, inquit, *universi tenorem præsentium inspecturi, quod nos* Wilhelmus *Dei gratia Comes Palatinus Rheni & Bavariæ Dux, nec non Haynoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ Comes & Dominus Frisiæ propter bonum pacis & fraternam dilectionem cum illustri Principe D. Lodovico Romano Marchione Brandenburgensi & Lusatiæ sacri Romani imperii Archicamerario, Comite Palatino Rheni & Duce Bavariæ fratre nostro carissimo compositionem, & ordinationem fecimus per præsentes de causa, quæ jam diu inter nos & ipsum vertebatur super juribus ipsius ratione primogenituræ ad ipsum pertinentibus terrarum Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisiæ, & eorum appendiciis &c. Datum & actum apud Quercetum Anno Domini* CIↃ. CCC. LVII, *in crastino conversionis beati Pauli Apostoli.*

partialitates quæ dicuntur Cabellaus. Factiones accurate & ipsarum Cap. ori- LVIII.

originem descripsit qui est Auctor Arcadiæ Batavæ p. 198.

Anno Domini CIↃ. CCC. LVIII. *&c. Dux Wilhelmus freneticus effectus &c.* Imo & anno prædenti in custodiam jam datus. Nam & eo Dux Albertus paulo postquam Wilhelmus diploma ediderat, cujus memini, suscepit regimen Provinciarum, si diplomati huic fides:

Wy Hertoge Aelbrecht *by Godts genaden Palsgrave opten Ryn Hertoge in Beyeren doen condt &c. dat wy om kennelycken saken van sieckheden ons liefs Broeders* Willams *van Beyeren, Grave van Henegouwen, van Hollant &c. die Godt gestarcken moet, ende om gemeen oerbaer, rust, ende profyt syns lants ende luden, ende om versoeck, ende om beden wille ons liefs Broeders, onser liever Suster Vrouwe* Mechtelde *van Lancaster, Gravinne van der selver landen, ende haers Raets in den selven landen van Hollant gecomen syn, ende hebben ons aengenomen ende aennemen Ruwaert, toesienre, ende Beschermer te wesen van alle ons liefs Broeders landen voersz. te regieren, te bedryven, ende se beschetmen tegens enen ygelicken, by den goeden Steden van synen lande, ende by raede der geenre, die wy by den goeden Steden van synen lande voersz daer toe nemen sullen tot synre eeren, ende totter meester nutschap ende oorbaer syns gemeen lants, ende elcken man den armen als den rycken recht ende vonnis, reden, ende bescheyt te doen op sulcke goede costuymen ende rechten, als onse lieve ouders voortyts t'lant geregeert ende beleet hebben, ende recht is in den landen, ende meenen des alinge by Ridderen ende Knapen, Steden, ende gemeene lant voornoempt te bliven met allen onsen vermogen. Voort geloven wy by Raede ons Raedts ende der goeder Steden voersz ons liefs Broeders schult bayten ende binnen 's Lants te verleggen ende te betalen naer alle onse vermogen, so dat die Cooplieden van synen lande met gantschen veylicheden varen ende keeren mogen. Voort van alle twyfelicke saken ofte geschillen die in den Lande wesen mogen van Heeren, van Steden, van eenige luden, ofte van goede, die gelooven wy den Steden naer aller onser macht in goeden punten ende rusten te brengen sonder parthye, als een recht middelaer, alse een Ruwaert van den Lande. Ende alle dese punctten ende voorwaerden voorsz. sullen wesen behoudelycken onsen lieven Broeder Hertoge Willem voornoemt alle syn Heerlikheden, ende Vrouwe Machtelde van Lancaster onse lieve Suster hairs Staets, ende haers rechts, Ridderen ende Knapen, Steden ende een ygelicken syns reehts, dnerende also lange onse lieve Broeder voersz. in crancken staet is van synen lyve. Dit was gedaen binnen der Stede van Haerlem in tegenwoordicheyt ons liefs neve* Engelbrecht *Grave van der Marcke, ende onsen lieven ende getrouwen Godevaert Heer van Brunegem, Heer Evert Schencke Heer van Erpach, Heer Coenraet van Graetse-*

laer

laer, Heer van Billesteyn, ende Peter van Comerouwer van Machesteyn. In kenniſſe hier van hebben wy Hertoge Aelbrecht voornoemt ons ſegel doen hangen aen deſen tegenwoordigen brieve, opten negenden dach in Maerte, in 't jaer ons Heeren. CIↃ. CCC. LVII.

diffidavit Dn. Abbatem. Id eſt, hoſtem declaravit, inimicitias, bellum indixit. Annal. Colmarienſ. *part. alt. p.* 44. *His ita geſtis Rex Bohemiæ manifeſte Regem Rudolphum diffidavit, congregavit exercitum magnum &c.* Geſta Innocentii III. apud Boſquetum: *Cum autem Viterbienſes nollent ad mandatum Romanorum ab impugnatione Viterclani ceſſare diffidati ſunt a Romanis.* Diffidare eſt a *faida.* Faida bellum, inimicitia. Faida idem quod *Vede* vel ut alii ſcribunt *Vete.* Utrumque eſt a *feind*, unde & Belgicum *vyant.* Lex Longobard. *tit. 7. §. 1. Quæ inter liberos homines evenerint, per hunc tenorem, ſicut ſubter annexum eſt, componantur, ceſſante faida, id eſt, inimicitia. Vehdbrief* belli denunciatio. *Faidam*, inquit Rhenanus *lib. 2. rer. German. vocabant Franci ſimultatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani ſcribæ faidoſum appellant, qui faidam exercet.* Vid. *lib. 4. de Nobil. cap.* 34. & Baluz. *ad tom. 1. Capitul. p.* 1139.

ut homagiaretur a Rynlandenſibus. Paulo ante: *qui illuc tunc venerat, ut homagiaretur a Kynnemariis.* In ſingulis tetrarchiis, ut non dicam de civitatibus, inauguratio olim facta. Et exemplum hic evidens. Eſt & aliud inſigne, & dignum admodum quod notetur, quod ex feudali Codice Hagæ Comitis excerpſi, ut ſequitur: *Hertoghe Willem &c. quam in Henegouwen in Julio ontrent Sinte Margrieten dach in 't jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. LVI. *inde wert ontfaen Grave te Henegouwen te Bergen in Henegouwen des Vridags op diviſio Apoſtolorum, dairmen jegens him quam in den grooten feeſten, ende dede ſinen eet opte marcct op ſinte Waldetrudis tombe, ende na noene reet hy tot Songys, daer ſinte Vincentius reliquien ſyn, die ſinte Waldetrudis man was, ende dair dede hy ſyn eet, ende des Sonnendachs daerna wert hi ontfangen Grave van Henegouwen tot Valenchyn, ende dede daer ſyn eet, ende des Dinxdachs daerna quam myn Heere tot Kienoit, ende bleef daer tot des Dinxdachs toe, ende des Vridags op Magdalenen quam hi tot Mabeugen, daer men tegens him quam mit proceſſien, ende mittten heyligen, ende dede dair ſyn eet. Des Dinxdachs daer na, dat was die* XXVI. *dach van Julio voerſz, des anderen dages na Jacobi ende Chriſtophori, quam myn Heere tot Halle, daer hi ontfaen wiert, ende aldaer was die Hertoghe van Luxenburch ende van Brabant, ende ontfinc daer ſyn goet van myn Heere van Henegouwen, ende dede minen Heere manſcip. Ende dit ſyn de goede, daer hi man-*

In diæceſi etiam rari. Hortenſ. *lib. 1. hiſt.* Infra *cap. 86 Anno autem ſequenti &c. idem Maximilianus Dux venit in Hollandiam cum magno Comitatu Principum, miniſterialium ſuorum, & homagiatur in opidis & locis Hollandiæ ſecundum antiquam conſuetudinem.*

manſcip of gedaen heeft. ..... Ende hier over waren vele van hare beyder manne als die Seneſchau van Henegouwen, die Heere van Cranendonc, de Heere van Renaes, ende andere veele Heeren. Ende des Woenſdachs daerna quam myn Heere tot Aeth, ende wert daer ontfangen, ende dede daer ſyn eet ende after eten reet hy tot Leſſines, ende wert dair ontfaen ende dede daer ſyn eet.

tres ibices ſeu ciconias &c. pertinentes Johanni Weent monacho. Servorum inſtar ſunt monachi. Non licet quicquam eis habere proprium *can. non dicatis 12. qu. 1. cap. monachi cap. ſuper quodam ext. de ſtat. monach.* Imo in ultimo vitæ ſpiritu ſi cum peculio deprehendantur, in ſterquilinio ſepeliuntur, nec pro eis oblatio fit, *d. cap. monachi cap. cum ad monaſterium ext. de ſtat. monach.* Gregor. Magn. *lib. 10. epiſt. 22. Fratri & Coepiſcopo noſtro omnino dicere ſtude, ut peculiaritatem a quatuor aut quinque monaſterii monachis ſtudioſiſſime compeſcat, quia ſi illic peculiaritas a monachis habetur, nec concordia, nec caritas in congregatione eadem poterit permanere.* Io. Diacon. *de vit. S. Gregor. c. 15.* Sed deſciverat multum ἀσκητικὴ jam ab illo vetere inſtituto. Etiam Egmondæ, ut patet ſatis ex iis, quæ monachi ajunt infra *cap. 71.* ex iis item quæ *infr. cap. 89. in fin. & ſeqq.* Olim ſiquis moriens vel teruncium reliquiſſet in infernum projectus. Mutato rerum ſtatu cuique quod ſuum. Sua ſingulis poſſeſſio. Suum cuique quod proprium ipſi. Suum pomarium. Mox: *intraverunt pomarium Arnoldi de Driel monachi, & rapuerunt ex eo &c.* item: *& deſtruxerunt portam pomarii Arnoldi de Driel.* item: *rapuerunt ceraſa violenter ex pomario Domini Abbatis &c.* Alteſerr. *10. aſcetic. cap. 6.*

unum optimum mutonem. Muto aries, vervex. Gallis *mouton.* Ioan. de Garlandia in Synonymis: *Et cum ſit mutus poterit bene muto vocari.* Vid. du Cange *gloſſar. in Multo.*

Sacriſtæ Hacmundenſi. Sacriſta, ſacrorum cuſtos, idem qui Theſaurarius, qui ſacra curat veſtimenta, altaris omnia ornamenta, donaria, vaſa eccleſiaſtica, thuribula, cruces, & quicquid cultus divini. Unde & *ſacriſtia*, locus, ubi hæc aſſervantur. Infr. *cap. 62. & ei per fratrem Everardum ordinis fratrum Prædicatorum &c. in ſacriſtia cathedralis eccleſiæ Colonienſis munus benedictionis impendi ſolemniter demandavit.*

Anno Domini CIↃ. CCC. LXXVII. Wilhelmus Dux freneticus obiit. Præter Iſabellam, quæ ſoror ipſius ſpuria, ejuſdem etiam nominis matertera ipſi fuit. Avunculos etiam habebat ſpurios, Joannem Aelman, Nicolaum quendam, & Joannem van den Poel. Charta Ann. 1346. *Margriete by der gratien Gods &c. maken kont allen luden, dat wi gegeven hebben, ende*

ge-

geven mit deſen brieve Ian van Artois onſer liever Suſter Joncvrou Iſebel *van Heynegouwen Buttelier onſe dunen te verwaren &c.* Charta ejuſdem Anni: *Margriete &c. maken condt allen luden ende kenlick, dat wi gegeven hebben ende geven Heeren* Ian Aelman *onſen broeder den Baſtaert alle dat goet, dat Jan Bertoud &c.* Charta Ann. 1351. *Willem Hertoghe &c. maken condt &c. dat wi bevolen hebben ende bevelen Heeren* Ioanne van den Poel *onſen Baſtaert Oem tot ſinen live onſe Scoutambocht t' ſente Geerdenberghe &c.* Charta Ann. 1347. *Willem Hertoghe &c. maken kont allen luden, want onſe lieve Vrouwe ende moeder die Keyſerinne van Romen* Clais *onſen Baſtaert Oem ontfaen heeft over harcn Baſtaert broeder, ende hem geen goet noch renten gegheven en heeft &c.*

Johannam Bohemiæ. Wenceſlao Regi nuptam, qui Albertum propterea chariſſimum vocat ſuum ſocerum in charta Anni 1384. qua poſtquam factus jam Imperator Regali eum ſceptro a ſe aſſerit inveſtitum. *Wenceſlaus Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus & Boëmiæ Rex, notum facimus tenore præſentium univerſis, quod nobis in Regali ſolio ſub apparatu Romano Regio cum ſolemnitate conſueta in opido noſtro Tvodio die viceſima quarta menſis Septembris ſedentibus accedens noſtræ præſentiam Majeſtatis illuſtris* Albertus *Palatinus Rheni Dux, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, &c. Comes, Princeps & Socer noſter cariſſimus nobis humiliter ſupplicavit, quatenus ſibi omnia ſua & dictorum ſuorum Ducatus, Principatuum, & Comitatuum, & eorundem pertinentium Regalia ſeu feuda conferre ipſumque de eiſdem inveſtire gratioſius dignaremur &c.*

obiit Johannes de Hillegom. Inedita hujus charta qua renuntians commiſſo agri aliquot jugera in feudum rectum concedit: Cap. LXI.

Wy Johan de Grebber ende Ocker van Crimpen Leenmannen van Hollant oirconden, dat wy geſien, gehoort, ende geleſen hebben enen brieff gans, geheel, ongequetſt, ſonder raſure ende wel beſegelt, ſpreeckende van woorde tot woorde, als hier na geſchreven is. Ian van Hillegom *by der genaden Godts Abt van Egmont maken cont ende kennelyck allen luyden, ſoo nu by doode wylen Heer* Wouter *van Heemſkerck Ridder, die ſterf ſonder witachtige kint, ende ſonder witachtige broeder ende ſuſter, als waer by dat ſyn leengoet als veertiendalve maden lants leggende in de groote weert by Haerlem aent Godshuys van Egmont beſtorff, ende* Wouter *van Bekeſteyn Schiltknape, als ſynde van den bloede van Heer Wouter voornoemt dit lant weder verſocht van gratie te ontfangen van den Abt voorſz. omme te leen te houden tot enen rechten leen, ende ſo ons, ons mannen, ende een yder kennelyck is, dat de* Beeckeſteynen *gecomen ſyn van een jonger ſoon van den rechten huyſe ende geſlachte*

van Heemskerck, *die oock ons Godshuys grooten dienſte gedaen heeft, ende noch meer begeert te doen, Soo iſt dat wy willende naevolgen onſe Voorouders voetſtappen van gratie verleent hebben ende verleenen mits deſen tot enen rechten leen van ons ende van onſen Godshuyſe van Egmont te leen te houden* Wouter van Bekeſteyn, *Schiltknape die veerthiendalve maden lants voerſz. in deſer manieren, dat Bekeſteyn voernoemt dit voorſz. goet erven mach op ſynen outſten ſoen die witachtich is, ende ſo voorts van ſoon tot ſoon, die van ſynen lyve gecomen ende witachtich ſyn, altoos nederwerts te gaen, ende anders niet. Ende ſo hier aen gebreecke ſo ſal dit voerſz. goet vry comen ende erven aen onſen Godshuyſe van Egmont voorſz. Hier waren aen ende over Willem van Akendam ende Gerrit van der Burch des Godshuys mannen van Egmont. In kenniſſe der waerheyt hebben wy deſen brieff daer of beſegelt met onſe ſegelen. Gegeven in't jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende tachtich op onſer Vrouwendach annuntiatio. Ende om dat wy Jan die Grebber ende Oker van Crimpen, gehoort, geſien, ende geleſen hebben in alle manieren als voorſz. ſtaet, ſo hebben wy dit* Vidimus *daer af beſegelt met onſe ſegelen hier beneden aengehangen int't jaer ons Heeren* 1427. *op onſer lieve Vrouwen avont te Lichtmiſſe. Beſegelt met groene waſſe uythangende ſegelen in enckele francynen ſteerten. Leger ſtont: De copye is geleſen tegens den principalen brieve in francyn geſchreven, weſende geheel, gans, gave, ende ongeraſeert, ende bevonden accorderende den* 27. *January* 1615. *by my Michiel van Woerden Secretaris der Stadt Haerlem ende Notaris publyk, die deſe hebbe geteeckent &c.*

Cap. LXII.

cujus hereditatem Albertus de Scoerle tunc temporis Scultetus Egmundenſis. In Gallia & Sylvæ Ducis, ſi ſine liberis moriantur, ſpuriis ſuccedit fiſcus, & ſuccedit ex aſſe. *Coſtuymen van 's Hertogenbos tit.* 18. *§.* 1. Choppin. *de comm. Gall. conſ. prac. part.* 2. *§.* 2. *n.* 3. Grivell. *deciſ.* 144. Bugnyon. *de leg. abr.* 1. *tit.* 18. Morn. *ad l.* 5. *ff. de in jus voc. & ad l.* 57. *ff. de uſufr.* Ranchin. *de ſucceſſ. ab inteſt. §.* 7. *n.* 19. *& §.* 16. *n.* 5. Alibi ut Ultrajecti, in Gelria, in Tranſiſulania, cognati excludunt fiſcum, & ſuccedunt ex aſſe. Statuta vetera Trajectenſia: *Ende voert ſo en ſal die Schout van der Heerlicheyt wegen geen goede noch erffeniſſe boeren van enigen perſonen, die baſtaert ſyn, alſo veer als ſy erfnamen hebben van der moeder wegen, die hoir erve mit recht beuren mogen.* Ex Actis Ordinum Trajectenſium *den* 29. *Januar.* 1538. *Item aengaende die Succeſſie van de Baſtaerden in der Stadt ende 'tlant van Utrecht, waer op tuſſchen den Procureur Generael der Keyſerl. Maj. 't Utrecht eyſcher ende ettelycke Baſtaerden ſeker proces voor den Hove van Utrecht hangende is &c. Syn die Staten voornoemt eendrachtelyck overcomen, datmen in den eerſten by requeſte doen verſoec-*

ſoecken, ende begeeren ſal in den naem van de Staten voerſz om geconſerveert te mogen worden in hoer oude deuchdelycke poſſeſſie, gerechticheyt, ende gewoonten van de Stadt en den Lande van Utrecht, als den ſelven Staten by die Keyſerl. Maj. genoech toegeſeyt ende belooft is geweeſt. Ende dat den Procureur Generael voerſz van wegen Reyſerl. Maj. te doen onderrichten, ende bevolen voertaen niemant ter cauſe voerſz te moleſteren contrarie die oude gewoonten ende uſantien voerſz. Add. *Coſtuymen van Utrecht rubr.* 23. §. 28. *van Zutphen tit.* 31. *§.* 8. *van Deventer part.* 3. *cap.* 6. *§.* 1. *van Tiel part.* 1. *tit.* 8. §. 12. *van Overyſſel part.* 2. *cap.* 8. *§.* 2. *van d'Omlanden part.* 3. §. 66. *& ſeqq. van Veluwe tit.* 31. *§. ult.* In Hollandia patre mortuo, ubi obtinet jus Scabinicum, quamvis mater adhuc vivat, ſuccedit fiſcus ex aſſe. Grot. 2. *man.* 31. *§. Van de niet gewettigde.* Mater autem ſi jam obiit ſuccedit fiſcus cum cognatis & univerſa ſucceſſio in ſemiſſes dividitur. Mater nunquam ſuccedit. Grot. *ibid.* Et ſic alibi etiam paſſim Medioburgi, Curtraci, Sluſis, Brugis, Ooſtendæ. *Coſtuymen van Middelburgh p.* 57. *& ſeq. van Sluys tit.* 26. *§.* 1. *van Cortryck tit.* 15. *§.* 37. *van Oeſtende tit.* 14. *§.* 3. *van Brugge tit.* 9. *§.* 1. *Deelboek van den Lande van den Vryen §.* 71. Haud dubie ergo, cujus mentio hic, deſtitutus cognatis. Sed unde hinc Domino Egmundenſi aut Sculteto ejus jus? An quod omnis juriſdictio, ut ajebat, ipſius, & alta ſcilicet & baſſa? Vulgo enim ſic putant, quod cui hæc juriſdictio, ei etiam per conſequens jus ſpuriis ſuccedendi. Charta Regis Hiſpaniarum Ann. 1626. apud Jac. le Roy *notit. Marchion. imp. lib.* 2. *cap.* 1. *Hebben vercocht ende vercopen mits deſen onſer voerſz goede Stadt van Antwerpen &c. de hooge, middele, ende leege Heerlicheden van onſe voerſz dorpen ende prochien van Brabant &c. metter vogelrye, viſſcherye, keuren, breucken, ende allen amenden, criminele ende civile, ſucceſſie ofte recht van Baſtaerden goeden &c.* Et hinc eſt quod cum infra Wilhelmus Dux inter partes ſuſcepiſſet arbitrium *cap.* 68. nequis ſcrupulus remaneret, curavit inſeri inſtrumento etiam verbis expreſſis: *Item Dominus Egmundenſis nunquam ſuccedet in hereditate Baſtardis, qui fuerunt proprii miniſteriales S. Adalberti, ſed monaſterium ſuccedet eis, quia ſunt proprii homines dicti monaſterii.*

Veren Diedwyns. Quæ *Mevrouwen* jam olim *Veren*, ut dixi *lib.* 1. *de Nobilit. cap.* 4. Sic infra in fin. *Veren Aeltruden lant.* Sic in charta Ann. 1269. *Veren Liſen lant*; in charta Ann. 1326. *overmits Veren Aleyden dode die Hermans wyf was over die Vechte*; in charta Ann. 1321. *Ver Machtelde Vrouwe van Woudenberch*; in charta Ann. 1463. *Veren Wennen Hofſtede*; in charta Ann. 1291. *ende half Heren Willems lant Steynken ſone, dat in der Wike le-* Cap. LXIII.

ghet, ende al Veren Liſen lant van Zaenden &c. in charta Ann. 1341. *Veren Johanne van der Eem Vrouwe van der Merwede*; in charta ejuſdem Anni, *Veren Iſenbel van Fonteynes Vrouwe van Brederode voerſz*; in charta Ann. 1340. *op ſinen outſten witachtigen ſone, die hi laten ſoude bi Veren Beatricen van Valkenburch onſer liever nichten* &c. Exempla ſunt infinita, Add. *infra. cap.* 68.

ne aliquis poneret parvulos ſub Rectore ſcholaſtico Abbatis. Florebant tum literæ, florebant ſtudia ſapientiæ in cœnobiis inprimis. Et multi etiam tum monachi præcellentis doctrinæ. Brouwer. *antiq. Fuldenſ. p.* 39. *in fin.* Ad eos miſſi a parentibus adoleſcentes in ſtudia. Etiam illuſtres & qui olim admovendi ad ampliſſimas dignitates. A Carolo olim Magno promotus vix quiſquam qui ab iis non imbutus apud eos exercuiſſet ſe. Mader. *in præfat. ad Chron. mont. Seren.* Unde & ſcholæ quæ apud clerum, in monaſteriis, in eccleſiis, in palatiis epiſcoporum illuſtri olim fama. Et magna earum cura. Caroli Magni Capitula *lib.* 1. *cap.* 71. *Ut ſcholæ legentium puerorum fiant, pſalmos, notas cantus, computum, Grammaticam, per ſingula monaſteria vel epiſcopia diſcant.* Eadem *lib.* 5. *tit.* 95. *Dignum eſt, ut filios ſuos donent ad ſcholas, ſive ad monaſteria, ut fidem Catholicam recte diſcant, & orationem Dominicam, ut domi alios docere valeant.* Chronicon Hirſaugienſe apud Trithemium ad Ann. 890. *Erat his temporibus hæc conſuetudo celeberrima, ut ſcholæ monachorum in ſingulis pene cœnobiis haberentur, quibus non ſeculares homines, ſed monachi moribus & eruditione præficiebantur nominatiſſimi: qui non ſolum in divinis ſcripturis docti eſſent, verum etiam in Mathematica, Aſtronomia, Arithmetica, Geometrica, Poëſi, & ceteris omnibus literaturæ ſcientiis eruditiſſimi haberentur.* Cuſpinianus in Auſtria: *In cœnobiis optimæ artes docebantur: erudiebantur fratres in virtutibus & diſciplinis: vitam vivebant honeſtam & ſanctam &c.* Add. Meibom. *ad diplom. Taſſilon.* Miræ, *notit. eccleſ. Belg. cap.* 26. Mader. *d. præf.* Erant velut Academiæ ejuſmodi olim ſcholæ. Diſcebant, docebant, quamvis artem & diſciplinam tractabant ibi, evolvebant. Et ne otio unquam dediti aut aliud agerent aut nihil, quicquid temporis ſubſecivi impendebant ſcriptioni. Unde & locus in monaſteriis, quem librariis, antiquariis, & amanuenſibus deſtinatam vocabant *Scriptorium.* Meminit Brouwerus *lib.* 1. *antiq. Fuldenſ. cap.* 11. Meminit Fuldæ huic loco inſcriptos verſus hujuſmodi:

Albert. Abbas Stadenſis ad Ann. 961. *Tunc & ſcholas eccleſiæ florentiſſimo ſtudio rexit Tiadhelmus &c.*

Hic ſedeant ſacræ ſcribentes famina legis
Nec non ſanctorum dicta ſacrata patrum,
Hic interſerere caveant ſua frivola verbis,
Frivola ne propter erret & ipſa manus.

Cor-

Correctoſque ſibi quærant ſtudioſe libellos.
Tramite quo recto penna volantis eat.
Eſt labor egregius ſacros jam ſcribere libros
Nec mercede ſua ſcriptor & ipſe caret.

Epiſcopi autem & Abbates aut docebant per ſe ipſi, aut qui per ſe vel per alium doceret ſcholis præficiebant. Chronic. Citizenſe apud Piſtor. *p.* 763. de S. Adalberto: *Hic inſtructiſſimus omnium liberalium artium ſcientia &c. in diebus ſui ſacerdotii ſolerter commiſſo invigilabat gregi.* & mox: *Traduntur plures & ingenui procerum & regiæ ſtirpis filii ſub tanti Patris inſtitutionibus claram dominicæ ſervitutis militiam inchoaturi.* Sed raro per ſe ipſi. Scholaſticum præficiebant ſeu ſcholarum magiſtrum. Quæ tum dignitas in eccleſia, & dignitas non ſpernenda, *cap. cum dilecta* x. *de reſcript. cap. licet* x. *de tranſlat. cap. cum eccleſiaſtica* x. *de h. qu. fi. a Præl. fin. Capit. conſenſ. cap. veniens* x. *de regul.* Jo. Sarisberienſ. *epiſt.* 174. ad Pictavienſem epiſcopum: *Et ſi vos ipſi huic petitioni meæ vacare non poteſtis, precor attentius, ut magiſter ſcholarum eam cum omni diligentia & feſtinatione exequatur.* De Lietberto Scholaſtico poſt epiſcopo Cameracenſi Baldricus Noviomenſis Chronic. *Cameracenſ. lib.* 3. *cap.* 61. *Et ut amplius eum in ſcientia confirmaret, regendas ſcholas ſanctæ Mariæ matris eccleſiæ ei commiſit, qui honor propter laborem rarus nobilibus committitur, ſed quanto rarior tanto honorabilior comprobatur.* & mox: *Cognita vero epiſcopo Scholaſtici induſtria ſeparavit eum a puerorum doctrina.* Rector ei dicto audiens, & triviales magiſtri. Krantz. *lib.* 5. *metrop. cap.* 26. de Bennone ex ſcholaſtico Hildeſemenſi Oſnaburgenſi epiſcopo: *Docebant enim illa ætate Scholaſtici ſacras literas, & habebant, qui ſubdocerent in trivialibus.* Majoris eccleſiæ Trajectenſis Statuta. *De officio Scholaſtici: Item ipſe habet ſcholaribus eccleſiæ noſtræ de Rectore, qui eos in Grammatica, Logica, & Muſica inſtruat providere. Item ipſe habet ſcholaribus de antiphonario & graduali providere in ſcholis &c.* Alibi ſimul Rector. Et tum Rector ſcholaſticus, ut loco hoc expreſſe. Infra *cap.* 68. *Item Abbas qui pro tempore fuerit & nullus alius ponet Rectorem ſcholaſticorum, nam ſcholaſtici deſerviunt eccleſiæ &c.* Unus ſemper de clero. Laici non admiſſi. Apud clerum tum temporis literarum poſſeſſio. Soli docti crediti & eruditi. Laici contra indocti. Imo doctis oppoſiti. Chron. Altiſſiod. *p.* 72. *verſ. Ad ipſum veniunt ſeptem viri &c. Horum primus magiſter Bruno, alii quatuor literati, duo laici.* Auctor Chronici Rhytmici in Theodor. III.

Nu ſyn VII. *Heeren te deſen*
Drie Aertsbiſſchoppen, IV. *leke Heeren.*

Unde & Belgica lingua *laica* in charta Ann. 1387. *vulgarium & laicalium* in charta Ann. 1411.

& mox:

Dit syn drie geleerde Heeren,
Die vier Leke wil ick u leeren

Aliæ etiam vix scholæ quam vel in ipsis ecclesiis vel per ambitum ipsarum in adjacenti officio. Ekkeard. *de casib. monast. S. Gall. cap.* 1. *Traduntur post tempus Marcello scholæ claustri &c. & cap.* 6. *Erant disciplinæ loci, ut semper, & tum severæ, non modo in claustro, sed & in scholis exterius.* Nec uspiam primitus per Germaniam, nuspiam alibi per Europam, nisi Romæ forsan aut Parisiis, literarum gymnasia. Magnæ molis opus cum magistratus Hamburgi vellet scholam erigere. Prensandus passim clerus. Supplicandum eo nomine & Archiepiscopo Bremensi & Summo Pontifici. Nec sola ad id tanti magistratus auctoritas. Vid. Lambec. *lib.* 2. *rer. Hamburg. n.* 435. Alteserr. 2. *diss.* 7. Verum temporis progressu, cum sanctitas monachalis evilescceret nonnihil, paulatim jussu Principum etiam alibi institutæ, uni tamen ex clero, ut qui census vulgo doctrina & literarum peritia, regimine earum dato. Alberti Ducis charta Harlemensibus concessa Ann. 1389. *Voert so hebben wi gegeven die schoel binnen Haerlem, als dat onse Stede mit onsen persoenre aldaer, die nu is of namaels wesen sal, enen clerc die schoel geven sullen, daer hem duncket, dat onse Stede voerst mede bewaert is. Ende die sal selve die schole regieren, ende altoos een half jaer na wederseggen ende niet langer, off dat sake waer, dat hi dan daer toe niet nut en waer, dātmen dan enen anderen clerc setten mochte, die daer nut toe waer.*

Cap. LXV. *cum bona Guidonis Comitis Blesensis.* Nepos hic Joannis de Beaumont fratris Wilhelmi tertii, defuncti, ut scribit Auctor, Ann. 1356. *lib.* 30. *Chron. Belg. cap.* 15.

Fecit suo Conventui jubileum suum. Annos jam quinquaginta monachachatum professus ab Ordinis oneribus remissione impetrata celebrabat jubileum. *Jubileus*, inquit Isidorus *lib.* 5. *cap.* 37. *interpretatur remissionis muus. Est enim Hebraicus & sermo & numerus &c.* Nec aliter celebrabat quam solenni convivio. Chronic. Windesem. *lib.* 2. *cap.* 46. *Post annum quinquagesimum in ordine jam peractum jubileum suum celebravit, summam missam in natali S. Martini episcopi cum ministris & ceroferariis solemniter decantando, & pro tanta perseverantia sua in ordine & sanctitate continuatione fratribus in refectorio vinum & pitanciam a Priore nostro Wilhelmo, brevi post tempore jubileum suum etiam ingressus, de gratia speciali impetrando, & etiam post prandium spatiamenti in pomerium ad bona conferenda fratribus obtinendo. Tres autem ex omnibus tantum fratribus nostris temporibus in Windesem*

pro-

professis annum quinquagesimum compleverunt &c. Quamvis autem cuncti religiosi Jubileum jam ingressi ex tunc usque in finem vitæ suæ ab ordinis oneribus non immerito sint exempti, dicti tamen fratres nostri chorum & refectorium non minus quam antea frequentare solebant, donec diceret eis spiritus, ut a laboribus suis requiescerent. Jubileus, possessio, qninquaginta annorum præscriptio. Canones Hibern. *lib. 35. cap. 8. Observandæ sunt leges Jubilæi, id est, anni quinquagesimi, ut non adfirmentur incerta tempore veterato.* Etiam homo grandævus. Flodoard. *lib. 1. hist. Remens. cap. 17. Quid ille Jubilæus (ita virum sanctum propter ætatis prolixitatem vocitantes) facere vellet &c.*

obiit Dux Albertus. Princeps insignis, sed qui in iram interdum præceps. Qua & temere nimis motus, dum indulget suspicioni. virum strenuum in Hannonia Dominum de Adingen aut de Adichem ut perduellem necari jussit. Cujus mox cum pœnituisset, metu majoris mali, quod cæsi fratres minati, ecclesiam Canonicorum, qui preces funderent pro defuncto, Hagæ instituit suo sumptu. Meminit Continuator Guilielm. de Nangis apud d'Achery *to. 11. Spicileg.* Sed vocat Dominum de Angujen ad Ann. 1364. *Istis semporibus deletus est dominus Engebertus dominus de Angujen versus Brebantiam apud Ducem Albertum, filium quondam Ludovici Ducis Bavariæ, qui olim usurpaverat imperium contra voluntatem ecclesiæ, locum tenentem pro patre suo Comite Hannoniæ in illis partibus Hanonienſibus, quod dictus D. de Angujen nobilis Princeps & satis strenuus miles conspiraverat aliquas proditiones contra terram & Comitatum Hanoniæ, qua de causa dictus Dux Albertus cepit cum nocte in Bejazensi juxta Valentianas ad tres leucas, & in castro ibidem capite truncatus est sine judicio & sine mora multa; qua de causa timuerunt multi in partibus illis, ne multa mala orirentur supra patriam illam in futurum, quia de magno genere & nobili erat ille Dominus memoratus in partibus remotis.* Cæterum Albertum non anno quo ait Auctor sed sequentis demum extremo defunctum scribit Andreas Presbyter *Chron. Bavar. p. 93.* & est locus notabilis. *Anno Domini* inquit, CIↃ. CCCC. *circa festum nativitatis Domini Albertus filius Ludovici Imperatoris Princeps pius & mansuetus est defunctus, & in Hollandia tumulatus. Hujus Alberti talis fuit titulus: Albertus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Comes Hennegaviæ, Hollandiæ, & Selandiæ, ac Dominus dominii Frisoniæ. Hic de uxore sua Margareta filia Ludovici Ducis Poloniæ de Briga tres genuit filios, scilicet Wilhelmum, Albertum, & Johannem. Ex his fratribus Albertus tenuit Straubingam, terram inferioris Bavariæ, & primus obiit inter fratres sine liberis, uxorem enim non duxit,*

& fuit vir proceræ staturæ & benignitate præferendus: sepultusque est in medio chori monasterii Carmelitarum in Straubing. Eidem Alberto in eodem Ducatu frater suus Johannes successit, & quod idem Iohannes Leodiensis ecclesiæ erat electus ipse jam dictum Ducatum per Vicedominum gubernavit. Habuit etiam præfatus Albertus filius Ludovici Imperatoris filias duas, quarum una fuit uxor Johannis Ducis Burguudiæ, alia vero nomine Johanna duxit in virum Albertum Ducem Austriæ, qui in obsidione oppidi in Snaym obiit, relinquens filium nomine Albertum: qui Albertus dominam Elisabeth filiam Sigismundi Romanorum, Ungariæ, & Bohemiæ Regis duxit in uxorem. Stirps Alberti hic universa & nescio an alibi rectius. Illud perperam, ni fallor, quod annum proroget annum obitus, ut & rursum mox perperam Wilhelmi obitum Alberti filii ad Annum refert CIↃ. CCCC. IX. *Prædicto*, inquit, *Alberto filio Ludovici Imperatoris vita functo in Comitatibus Hennegoviæ, Hollandiæ, Wilhelmus filius suus successit: qui Wilhelmus una filia nomine Jacoba superstite anno Domini* CIↃ.CCCC. IX. *decessit.*

Cap. LXVII.

propter discordias habitas cum Johanne Domino de Arkel. Vulgo Domini de Arkel numerantur quatuordecim. Prænomen cunctis Joannes, duobus tantum exceptis. Ultimus, cujus mentio hic. Cujus filius Wilhelmus ipso adhuc vivo, dum fortiter præliatur, Gorinchemi occubuit Ann. 1417. Vid. Kemps *beschryv. van Gorcum.*

Add. *l.1. l.7. & t. tit. ff. de inc ruin. naufr.*

de bonis per naufragium littori maris appropinquantibus. A Comitibus Hollandiæ, ut & alibi passim, bona naufragorum contra textum expressum in *l. 1. C. de naufrag.* olim fisco asserta. Grot. *1. man. 41. §. Wat belangt de gestrande.* Alibi non tantum bona, verum homines etiam ipsi. Nec alia eorum ratio, quam quæ mancipii, aut adscriptitii. Albert. Abbas Stadensis ad Ann. 1112. *Hujus namque Friderici avia & mater de Anglia navigantes in Comitatu Stadensi naufragium passæ sunt, & secundum prisci juris rigorem tam homines quam res regiæ ditioni sunt mancipati.* & mox: *Suggessit ergo Dux Frederico Bremensi Archiepiscopo, ut ipse Comitem Fredericum ecclesiæ suæ mancipium evincere satageret. In Bremensi quippe ecclesiæ Comitatu avia & mater sua prætextu naufragii servituti sunt addictæ.* Hollandis etiam ministri, *Zeevonders* olim dicti, qui siquod factum naufragium nuntiabant Quæstori, aut bona alioquin etiam ipsi redigebant in fiscum. Officii genus peculiare, quod in singulis provinciis, in singulis eriam territoriis subjectis Comiti, ut verbi gratia: *Hertoghe* Willem *&c. doen cont &c. dat wy bevolen hebben ende bevelen mit desen openen brieve Ysebrant Boudyns soon onse dunen tusschen de palen van Kennemerlant ende der Masen ende onsen Zeevont tusschen den voorsz palen ende Gornichem te verwaren ende te bedriven tot onser ee-*

eeren, ende ons loves, ende der Armen oirbaer, ende geven hem macht alle Zeedrift twiſſen den voerſz. bedrive van onſen wegen ane te vanghen, ende te verwaren, ende wanneer dat hy van enigen Zeedrift verneemt, dat ſal hy ſonder merren onſen Rentmeeſter van Noorthollant, die tiere tyd weſen ſal, aenbrengen, ende hier of ſal Yſebrant voerſz. jaerlicx van ons hebben, die hem onſe Rentmeeſter van Noorthollant van onſen wegen uytreycken ſal, achtien pont Hollants t' ſjaers, een paer cleder, ende enen roc tot alſodanigen tyd, alsmen hier voormaels den Zeevonders ende den Deurwaerders plach uyt te reyken &c. Gegheven in den Haghe des Dinxendaghes na ſinte Peters ende ſinte Pauwels dach in 't jaer ons Heeren CIↃ. CCC. LV. Margriete *&c. maken condt alleu luden, dat wi gegeven hebben, geven, ende bevelen Huge van Croningen onſe zeedrifte te verwaren ende te houden tuſſchen die Maſe ende Zipe, daer af dat hi hebben ſal alſulc recht ende wedden, als daer toe behoort, ende anders lude daer voirtyts gehad hebben, ende ontbieden onſen Rentmeeſter van Kennemerlant, ende van Vrieſlant, die nu is of ter tyt weſen ſal, dat hi hem uytreyckt ende betaelt alle jare van onſen wegen alſulcke wedden ende recht als daer toe behoort, duerende tot onſen wederſeggen. Gegheven in die Haghe des Dinxendaghes voor Aſcenſions avont int jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ſes en veertich.* Nec mirum quod ad Comitem; & alii, qui uſurparunt id, ut partim patet hoc loco, partim apud Boxhornium *Chron. Zel. part. 2. cap. 33.* Fuerunt qui fiſco non tantum bona applicarent, ſed carceri homines etiam ipſos manciparent confeſtim. Eadmer. *lib. 1. novor. pr. Navem undarum cumulus vehementer exagitat. Fjecta tandem cum omnibus quæ ferebat in Pontivum fluvium, qui Maja vocatur, a Domino terræ illius, pro ritu loci, captivitati addicitur, & homines in ea conſiſtentes diligentiori cuſtodiæ mancipantur.* Add. Bodin. *de republ. lib. 1. cap. 10.* Acta SS. Aprilis apud Bolland. *to. 3. p. 397.* Choppin. *de Doman. Franc. lib. 1. tit. 15.* Matth. de Afflict. *ad conſt. Neap. lib. 1. tit. 59.* Argent. *ad conſ. Brit. tit. de Droicts du Prince art. 56. §. 45.* Sed hujus rei atrocitas progreſſu temporis mitigata, & in eos, qui quid rapiunt ex naufragio facto a Chriſtianis, jactum fulmen Pontificium *cap. excommunicationi 3. extrav. de raptor.* Speciatim etiam vetuit, nequis naufragos Hamburgenſes vel quoſvis alios dum Hamburgum aut Hamburgo veniunt prædaretur, Guido quidam Cardinalis Legatus Pontificius anno Chriſti 1265. cujus integrum diploma extat apud Lambec. *lib. 2. rer. Hamburg. n. 339. & ſeqq.* Et hinc multum commendat Angliæ Regis legem Henrici II. qui graves ſtatuit in eos pœnas, qui vel bonis vel perſonis naufragorum moleſti aliquid inferunt iis damni, Guiliel. Neubrigenſis *lib. 3. hiſt.* Jactabat Daniæ Rex, ut Pontanus ait *diſ-*

cuſſ. hiſt. lib. 2. cap. 55. Chriſtiernus II. vi ejuſdem humanitatis amiſſa a ſe quotannis centum millia aureorum. Nec primus tamen qui ea uſus. Hamburgo dederat id jam ante eum & dederat privilegii loco Abel Danorum Rex. *Abel*, iuquit, *Dei gratia Danorum Sclavorumque Rex & Dux Jutiæ omnibus hoc ſcriptum cernentibus in Domino ſalutem. Notum ſit præſentibus & futuris, quod civibus Hamburgenſibus hanc conceſſimus libertatem, ut ſi forte mediante aliquo infortunio apud quaſcunque Regni noſtri partes eos contigerit naufragari, res ſuas, quas ſuis laboribus & expenſis naufragio eripere poterunt, ſalvas & inconcuſſas habeant & liberas a cujuſlibet impetitione. Igitur ſub obtentu gratiæ noſtræ mandamus univerſis, diſtrictim præcipientes, ne hanc libertatem conceſſam dictis civibus præſumant infringere, niſi noſtram incurrere voluerint ultionem &c. Acta ſunt hæc Roſkildis anno* CIↃ. CC. L. *tertio Idus Novemb.* Vid. Lambec. *lib. 2. rer. Hamburg. n. 227. & lib. 2. comm. de Biblioth. Cæſar. p. 59.* Apud Græcos cum jus civile in deſuetudinem abiiſſet propoſito edicto id reſtituit Andronicus Comnenus, ut Nicetas ait in ejus vita *lib. 2. cap. 3.* In Hollandia Boreali cum Carolus Audax id revocaſſet Ann. 1469. in Auſtrali etiam id reſtituit, ut & apud Zelandos, filia ejus Maria Ann. 1476. & eo quidem promptius, quod & Friſii id jam feciſſent. ut teſtis eſt Ubbo Emmius, & ex eo Gryphiander *tr. de inſul. cap. 31. n. 113. & ſeqq.* Quorum hac in re æquitatem ſecutus deinceps Carolus V. edicto Ann. 1549. ſecuti Ordines Hollandiæ edicto Ann. 1574. reſtitui juſſis, quæ recepta, fiſco prorſus excluſo, naufrago repetenti hæc intra annum & diem. Heemskerck *Arcad. Batav. p. 295. & ſeq.* Grot. *2. man. 4. §. Wat belangt de geſtrande.* Groenew. *ibid. & ad l. 1. C. de naufr.* urinatori & qui ſervarunt pro opera modico tantum præſtito. Grot. *3. man. 27. in fin.* Vinn. *ad §. ult. Inſt. de Rer. diviſ. n. 4.* Idem a Trajectenſibus Civitatibus Hanſeaticis conceſſum Ann. 1452. *Item waert ſo dat enich ſchip broeckachtich worde in der zee of in verſchen wateren, ende dat die gene die dat goet geviſſchet ende gebercht hadde, ende ſo binnen onſer Stat gebiede brochte, ende bergen woude, dat goet ſalmen den voornoemden Coopluden wederleveren omme redelick arbeytsloon by overſtaen van den Rade, ſo verre die Coopman dat machgoet doen ſo voerſz. is mit ſynen mercke, of by goeder onderwyſinge, dattet ſyn goet of ſyner vrende goet is in de voornoemde henſe behoorende &c.* Hollandorum edictis dein latius adhuc cautum, ut ſive in mari ſive in littore ejuſmodi quid repertum cui cura harum rerum Quæſtori id indicetur, reſque ad eum deferatur intra horas duodecim, Nulli interim aut ſervandi aut detinendi eam jus. Si detineat cenſetur fur, & poteſt furti cum eo agi. Vid. edict.

dict. Ann. 1606. 4. Novemb. & aliud Ann. 1670. 25. April. Et quid æquius quam ut miser, & cui alioquin subveniendum bonorum eleemosynis id solatii reportet. Miserabantur olim passim. Ipsi etiam qui evaserant curabant casum depingi, & picturam dependentem gestabant e collo, ut ad dandum quid commiseratio excitaret nonnihil.

Juvenal. *Sat.* 14.

naufragus assem
Dum rogat & picta se tempestate tuetur.

Casaub. *ad Pers. Sat.* 11. Reines. *ad Hofmann. epist.* 4. Sic olim. Et quidni ergo posterioribus etiam seculis sævitia repressa, nec in alios usurpata, quam qui ipsi usurpabant? ut in veteri instrumento: *Ter. ware of eenige goeden aengecomen waren toebehoorende eniger Heeren onderzaten, daermen den onderzaten van Hollant, Zeelant, ende Vrieslant haer goeden off plach te nemen, als sy verderflyk worden, dien soude men oock desgelycx doen aen d'ander syde, ende die houden ter tyt toe, ende also lange, dat die onderzaten van Hollant &c. van hoire voersz schade weder gerecompenseert souden werden &c.* Certe & eo nihil æquius *t. tit. ff. Qu. quisque jur. in alt.*

ponet molendinum ad ventum. Magni id momenti & vulgo inter Regalia. Nec erigere licet molam citra Principis consensum, nec alio eam transferre. Et exemplum insigne est. *Maria by der gratien Gods Hertoginne van Bourgondien &c. doen condt allen luyden, dat onse getrouwe Raedt Cornelis van Dorp onsen lieven ende getrouwen den Grave van Grampre, ende van Bouchain, Heere van der Veere, onsen Stadhouder generael, ende onsen Rade van Hollant te kennen gegeven heeft, hoe dat syn ouders binnen hare Ambachtsheerlicheyt van Dorp een wintmolen staende plagen te hebben, die in voirleden tyden in den oorloge afgebrant is, dair hy ende syne onderzaten groot gebreck af hebben, ende dat hy opten werff, daer die selve molen plach te staen niet goetlix een ander wintmolen mach doen setten, overmits dat ontrent die stede so veel bomen ende huysen geset ende gemaect syn, datse den wint aldaer beletten, en-*

Cap. LXVIII.

Regalia interdum significant insignia imperli, globum, ensem, sceptrum, coronam, de quibus Freherus in *Origin. Palatinis.* Eximia in-

terdum quædam jura, quæ ei soli competunt, qui summa præditus majestate, cujusmodi enumerantur in constitutione Friderici Imp. *lib. 5. feudor.* ub. Cujac. Latissime si sumatur vox quævis jura Regia & fiscalia sub se continet. *Regalia S. Petri*, quæ Summo Pontifici Regum ac Imperatorum liberalitate concessa, ut in celebri epistola Friderici Barbarossæ ad Papam Adrianum. Fr. Florens *tr.* 4. *ad decretal. p.* 223. *& seqq.* Temporalia episcopatus, & qui vacante episcopatu a Principe occupantur reditus ejusdem annui, Regalia etiam passim. Rigordus ad Ann. 1029. *Rex eorum Regalia confiscavit, scilicet ea tantum temporalia, quæ ab eo feodaliter tenebant, decimas & alia spiritualia eis in pace dimittens.* Pius Papa II. *lib.* 12. *comment. Regalias vocant Galli jus quoddam a Francorum regibus usurpatum: vacantibus ecclesiis cathedralibus, redditus earum arripere, ac beneficia conferre, donec novus episcopus investituram acceperit.* Fr. Florens *ibid. p.* 227.

de dat hy daeromme in meyninge is een ander wintmolen te doen maken, ende ſetten op een ander ſtede daer ontrent, 't welck buyten ſynen ambochte is, Ons dairomme biddende dat wy hem dat ſoude willen conſenteren, ende oirlof daer toe geven, Soo iſt dat wy terbede van onſen getrouwen Raedt Cornelis van Dorp voerſz. geneycht ſynde hem geconſenteert ende geoirloft hebben, conſenteren ende oerloven met deſen brieve voor ons ende voor onſe nacomelingen Graven of Gravinnen van Hollant een wintmolen te doen maken ende ſetten in den Ambacht van Scipluden ter plaetſe daer hem alregevoechlicſte ende oerbaerlicſte duncken ſal, om die by hem ende ſynen nakomelingen gebruyct ende beſeten te ſyn tot ſynen oirbaer, profyt, ende wille. In oirkonde &c. Datum IV. *daghen in Septembri Ann.* CIↃ. CCC. *ſeven ende 't ſeventich.* Si vetuſtius quis deſideret notabilem addam locum qui eſt apud Io. Buſchium *Chron. Windeſem lib.* 1. *cap.* 17. *Cum monaſterium*, inquit, *noſtrum molendinum pro frumentis conterendis non haberet, novum molendinum ædificare tentabat. Quod audiens* Dominus *dictus de Voerſt plurimum reſtitit, dicens ventum in Zallandia ad ſe pertinere, & neminem ſine ejus conſenſu & voluntate molendinum debere conſtruere, unde factum eſt, ut res iſta ad Trajectenſem epiſcopum Dn. Florentium deferretur. Qui ut hoc audivit, vehementer indignatus reſpondit, neminem viventium in vento illo dominationis noſtræ jus aliquod competere novimus, niſi nobis duntaxat & eccleſiæ noſtræ Trajectenſi. Adſtatim ergo largam dedit licentiam in Windeſem Conventui pro ſe & ſuis ſucceſſoribus in litera patente ſigillata bonum molendinum in loco ſibi competenti licite ædificandi, & abſque alicujus contradictione eo libere utendi, & perpetuo poſſidendi ſub anno gratiæ* CIↃ. CCC. XCI. *die nono menſis Octobris.* Rebelles Mediolanenſes cum Fredericus Barbaroſſa in gratiam reciperet Regalia etiam inter cetera, quæ illicite uſurpaverant, dimitti ab iis juſſit. Radevic. *de geſt. Frid. Barbaroſſ. lib.* 1. *cap.* 4. Quæ autem Regalia hæc Guntherus diſerte *lib.* 8. *verſ.* 570.

Ac primum Ligures ſuper hoc a Rege rogati
Vectigal, portus, cudendæ jura monetæ,
Cumque molendinis, telonea, flumina, pontes,
Id quoque quod fodrum vulgari nomine dicunt,
Et capitolitium certo ſub tempore cenſum,
Hæc Ligures ſacro tribuerunt omnia fiſco.

Idem Radevic. *lib.* 2. *de geſt. Frid. Barbaroſſ. cap.* 5. *Uno ore, uno aſſenſu in manum Principis regalia reddidere. Primique reſignantium Mediolanenſes extitere. Requiſitique de hoc ipſo jure quid eſſet adjudicaverunt Ducatus, Marchias, Comitatus, Conſultatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus,*

tus, pedatica, molendina, piscarias &c. Add. quæ dixi *lib. de jur. glad. cap. 6. p. 52.*

& omne forefactum seu maleficium ibi tunc perpetratum æqualiter divident. Forfactum utrumque est & delictum & mulcta quæ delicto statuta est. Chron. Beccense ad Ann. 1124. apud d' Achery *ad Lanfranc. in not. Ecclesia Lexoviensis non perdet forifacturas suas de violatoribus &c. de iis enim forifacturam habebant monachi, videlicet de furto, vel de infractura ipsius ecclesiæ, vel cimiterii: nam de incesto, vel adulterio, vel aliis ad episcopum pertinentibus, ipse episcopus forifacturam habebit.* Add. *const. Sicul. lib. 1. cap. 18. §. 2.* Du Cange *gloss. in Forisfactum.*

præsentibus de Consulatu. Id est, de Principis Consulatu, Consulatus, Consilium, Consul, Consiliarius, ut synonyma hic usurpantur. Sic *infr. cap. 69. Cum ergo Dux Wilhelmus propterca ad se vocasset Consulatum Hollandiæ & Zelandiæ &c.* & mox: *& ceteri quasi omnes de Consulatu totius Hollandiæ & Zelandiæ*, & sic alibi passim. Consul idem quod Senator. Infra *cap. 73. per fidelem nostrum Dominum de Santhes & alios nostros Consules &c.* Ibid. *venerunt ad Hagam Comitis in Cameram Consulatus*, id est, Curiam, domum Senatoriam. Add. *infr. cap. 74. & 79. pr. & lib. 1. de Nobilit. cap. 16. ut & lib. 3. cap. 2.*

Philippo Burchgravio Leydensi, Vicecomite Hollandiæ. Vicecomes qui locum aut qui vicem obtinet Comitis, Præses, Gubernator, *Stadthouder*, ut vulgo. Sic infra *cap. 78. tempore regiminis Goswini Vicecomitis Hollandiæ &c.* Add. *infr. cap. 79. in fin. 88. 90. & 91.* Alibi idem quod Marchio. Ordericus Vitalis *lib. 11. p. 837. & ad hoc peragendum Robertum de Bellocampo Vicecomitem Archarum ad S. Sidonii castrum repente destinavit.*

In angustiis & exulatione positus obiit. Paulo tamen ante obitum, post- Cap. quam Johannes Bavarus vita jam concessisset, & eum & monasterium LXXI. recepit in protectionem, provinciarum regimine rursum in se suscepto, Johannes Brabantiæ Dux, & Wilhelmo de Egmunda, qui ei tum a consiliis, & Hollandiæ ad tempus Rector, cura injuncta monasterii, rerumque ad id pertinentium, & Abbatem & ceteros, qui jam pridem ex eo profugi, invitavit ad reditum. *Johan by der gratien Goids Hertoge van Lothryck, van Brabant, ende van Limburch, Marcgreve des heyligen Rycx, Greve van Henegouwen, van Hollant, van Zeelant, ende Heere van Vriesslant doen cont allen luden, want dat Cloester ende Goedshuys van Egmonde van onsen voersaten Graven to Hollant tot Goeds eeren ende selicheyt hore zielen eerbaerlic gestieht ende begaefft is, ende om dat die geestelicke personen totten selven Goedshuyse behorende alle hore goeden ende renten te bet ende te vre-*

delicker behouden ende gebruken mogen, op dat sy den dienst Goeds aldaer bequaemliker ende mit mere vlyticheyt doen mogen, so hebben wy alle die geestelike personen voirsz alle hoire renten ende goeden, so waer dat die gelegen syn binnen den onsen mit allen horen huysgesinne genomen in onser hoede ende beschermenisse. Ende want onse heylige Vader die Paus den Cloester ende Goedshuse voersz van enen Abt eerbaerlic versien ende die geconfirmeert heeft, eude dairom vele van den Moniken van den selven Goedshuyse by gecken rade uyt hoeren cloester getogen ende geruymt syn, om dat sy niet staen noch hem selven geven en willen tot onderdanicheyt van hoiren Abt voirsz so sy van Goeds wegen sculdich waren te wesen; ende so hem dat mit Roemschen brieven ernstelic bevolen is, so worden die Abt ende Goedshuys voersz van die voersz overhorige monniken, ende voirt van anderen diversen personen dagelix belast ende beswaert als wy verstaen, dat sy heur goeden ende renten rustelic ende vredelic hebben, houden, noch gebruken en mogen, mer die selve hoir goede hem dair by grotelic afgetogen, ende vervreemt worden, dat ons ymmer staet te verhoeden, Ende want ons tot veel tyden niet gebeuren en sal selve in onsen lande van Hollant te wesen, so hebben wy daer om bevolen ende gemechticht bevelen ende mechtigen mit desen brieve onsen lieven ende getrouwen Tresorier Heeren Willem van Egmont *alle des Abts ende Cloesters saken mit sommige van onsen Rade, die hy daerom by hem nemen ende trecken sal van onser wegen te berichten hem tegen enen ygeliken in synen rechten te houden ende te verantwoirden, alle des Abts ende Cloesters voersz goeden ende renten te bescermen, hem behulpich ende bystandich te wesen tot allen tyden als des noot wesen sal ende hys van den Abt ende Convent voersz versocht wort, ende wes onse getrouwe Tresorier dan met onsen Rade, als voirsz is, daer in ordineren, ende totter Abdyen oirbaer voirt keren sal, des sullen wy hem staen, ende willen dat van enen ygeliken van goeder weerde gehouden hebben. Datum sub sigillo,* Anno CIↃ. CCCC. XXIV. *secundum stylum Curiæ nostræ.* Wilhelmus hic Joannis frater Dominus de Yselsteyn. Vid. *supr. cap.* 61. Quod Hollandiæ olim Rector (Ruardus barbare) aut Protector abunde ostendunt chartæ, quæ ex Archivo feudali:

Johan *&c. doen kont allen luden. Also als onse lieve neve ende Heere* Iacob *van Gaesbeek, Heere van Apcoude, van Putte, ende van Strien, ende Heere* Willem *van Egmonde als* Ruwaerde *van onser wegen gebeden ende allen Dyenaren bevolen hebben recht te doen over al in den lande van Hollant, zeder dat onse lieve Oem Hertoge* Iohan *van Beyeren saliger gedachten aslyvich worde, So kennen wy dat sy dat, in den name van ons ende by onsen bevele gedaen hebben, ende wes recht vorderinge by hoeren voersz gebode geschiet*

mo-

mogen weſen tot deſer tyt toe, die willen wy van goeder weerden gehouden hebben van enen ygeliken, gelyc of wy dat gebodt ſelve gedaen hadden, ende des te getuge ſo hebben wy onſen ſegel hier binnen op gedruckt. Gegeven in onſer Stede van Haerlem opten x. *dach in Frebruar.* Ann. XIVc. XXIV. ſecundum curſum Curiæ Hollandiæ.

Iohan *&c. doen kont allen luyden. Alſo onſe getrouwe Raidt ende Bewairres van Hollant na dode ons liefs Oems Hertoge* Ians *van Beyeren ſaliger gedachten van onſer wegen bevalen, datmen over al recht doen ſoude enen ygeliken van hogen ende van lagen, van ſchade ende van ſchulde &c. So geven wy enen ygelicken te kennen, dat dat van onſen beveel ende wille was, ende wes recht dat daer op gevordert is, dat willen wy dat van wairden ſy, ende ontbieden voirt allen onſen Dienaren, ende Rechteren over al in den onſen, dat ſy voertaen enen ygeliken recht doen van onſer wegen tot alre tyt als des te doen ſal weſen durende tot onſen wederſeggen. In oirconde deſen brieff ende onſe Signet hier op gedruct. Gegheven in onſer Stede van Haerlem opten* XI. *dach in Febtuar. int jaer ons Heeren* XIVc. XXIV. ſecundum curſum Curiæ noſtræ.

Iohan *&c. laten u. weten u. allen onſen Amptluden, Baeljuwen, Rentmeeſteren, Scouten, Tolnaren, ende andere Officieren, Rechteren, ende Dieneren over al in onſen lande van Hollant, van Zeelant, ende van Vrieſlant, Alſo onſe lieve neve ende getrouwe* Iacob *van Gaesbeeck Heere t' Abcoude, te Putte, ende te Stryen, ende Heere* Willem *van Egmond alſe* Ruwaerde *onſer lande voerſz. na dode ons liefs Oems Hertoge* Johans *van Beyeren ſeliger gedachten ſcreven ende bevalen mit horen brieven, t' welc ons optie tyt wael genoechde, datmen van onſer wegen over al recht doen ſoude ter tyt toe, dat wy ſelven in onſen landen voirſz. gecomen waren &c. So iſt nu wy ſelve in onſen lande gecomen ende ontfangen ſyn wederſeyt hebben ende wederſeggen die brieve ende gebode voerſz., ende bevelen u allen voirſz., dat ghy voirtaen geen recht en doet, noch onſe dyenſten en pleget voir die tyt, dat ghy bevelinge van ons dair of hebt als doch recht ende behoirlyc is: ende ontbieden u dair op dat ghy een Sonnendaghe naeſtcomende by ons coemt in den Haghe ende ſyt, om uwe bevelinge van ons aldair t' ontfangen, als gewoonlic is, op dat ghy dan voirt van onſer wegen recht plegen moogt, ende onſe dienſten hantieren na goeder ouder coſtuymen, als gy ſculdich ſyt te doen, ende des niet en laet. In orconde &c. Gegheven* XIII. *daghen in Februar.* Ann. XIVc. XXXIV. ſecundum curſum Curiæ &c.

in captivitatem valde auſteram. Alia eſt libera, jucunda, *een heuſche gevangeniſſe*, ut Buchelius notat ad Bekam in Herbert. epiſc. *Trajecti* Cap. LXII.

tranſ-

missus in captivitate jucundissima reservatus est. Videatur etiam Auctor *Chron. Belg. lib. 17. cap. 13.*

Philippus Dux Burgundiæ tunc Comes Hollandiæ existens. Burgundis, inquit Papa Pius II. *lib. 9. comment. ferunt originem fuisse Romanam: nobis incomperta res est: illud constat Burgundiones ex Germania in Galliam penetrasse gentem non minus barbaram quam ferocem, & Romani inimicam imperii.* & mox: *Burgundorum campos Arar fluvius irrigat, qui a monte Jura exortus non longe a Lugduno in Rhodanum fluit. Inter Burgundos multi annumerantur populi. Hic Sequani sunt, & Vesuntiones, & Lingones, & Cavillones, & Matiscones, & Altissiodorenses, atque horum Celtarumque fere omnium Principes Hedui &c.* Quod ad Philippum sic se habet res: Joannes Galliarum rex ab Anglis captus in prælio & in Angliam transmissus non diu dein post confectus luctu decessit, quatuor filiis relictis, ex quibus Carolus qui natu maximus & qui Quintus ejus nominis in regnum patri successit. Ducatum Andegavensem accepit alter Ludovicus. Tertius Bituricensem. Quartus Philippus Audax non sortitus Principatum: Audax autem idcirco, quod postquam pater jam captus nec fugit de prælio, nec capi sustinuit, verum animi robore & multa vi corporis pulsis qui aggressi ipsum in tutum tandem evasit. Paternum bellum Carolus V. dein strenue persecutus victus primum mox victor magnis cladibus involvit Anglos, & exceptis aliquot castellis, quæ circa fines Britanniæ, ejecit rursum Normannia. Defuncto tandem non sine gloria Carolus sextus successit. Cujus regni initio Ludovicus Comes a Flandris pulsus ad ejus opem confugit. Ludovico unica tantum filia heres Flandriæ, Artesiæ, Burgundiæ, Niverniæ, quam auxilia Regis pactus Regis patruo despondet Philippo Audaci. Rex Ducatum Burgundiæ lætus nuptiis concedit patruo. Bipartita enim Burgundia est. Parebat Regi tum Ducatus, Comitatus Imperio. Victis dein Flandris & mox pace cum iis inita cum Rex adversus Britones exercitum comparasset, præter opinionem & derepente in maniam incidit. In alterum hominem mutatur. Stulta loquitur & respondet, & stultiora adhuc tentat. De curatore inter proceres, ne rueret regnum sub insano, statim ingens contentio. Tres patrui erant Regi. Erat & frater Aurelianensium Princeps, sed & junior & inexpertus. Et is tamen cum pertinacius instaret se existimans præferendum, *Quid tu*, inquit Philippus Audax, *an Regem vis regere, qui te ipsum nescis regere?* Ille insania juvenili & velut tactus contumelia Philippo colaphum incussit. Tulit Philippus, nec ultus quamdiu vixit. Ioannes filius non tulit, sed cum ex aliis causis crevisset odium adhuc fortius Aurelianensem interfici jussit e

Cu-

Curia cum paucis noctu domum redeuntem profugus mox ipse in mater-provincias. Et hujus Ioannis filius Philippus hic de quo sermo, citra ullam rationem, ut quidem censet libri Auctor *van t' Begin, Voortgang, en Eynd van d' Erfgravelyke Bedieninge*, adeptus Boni cognomen. Circa consanguineam certe, quam Hollandia ejectam pepulit, non magna usus bonitate. Vid. Froissard. *lib. 2. hist.*

per resignationem Jacobæ Comitissæ. Joannes Burgundiæ Dux Margaretam duxerat Jacobæ amitam, Joannis filiam Margaretam Wilhelmus VI. Iacobæ pater. Froissard. *d. loc.* Resignatio autem de qua mentio, postquam bello Philippus victor, vi & minis extorta. Sigismundo Imperatori etiam tanti non visa, ut qui ea non obstante Hollandiam Zelandiamque ut per mortem Guilielmi devolutas ad Imperium a Philippo repetiit. Neganti bellum indixit. Verum frustra & nequicquam. Ferox admodum, quod Legato dedit, Philippi responsum. Redi, inquit, ad Cæsarem, & dic, quod mihi bellum cum Rege Galliarum, cujus oppidum Grancejum exercitu circumcinxi. Amicus ipsi est meus hostis. Ferat opem obsessis. Iter non longum est. Pugnandi copiam ibi facio. Si conditio non placet. Ad sexagesimum diem duellum mihi cum Gallo instat. Inibimus si non fallit me. Id postquam peractum diem statuat Sigismundus. Pugnæ designet locum. Quocunque in loco bellum offert bellum accipio. Sic Pius Papa II. *lib. 9. comment.* De Iacoba autem addam, quod habet Andr. Presbyt. Chron. Bavar. p. 94. *Hæc Jacoba*, inquit, *primo duxit Delphinum de Francia; quo defuncto duxit Ducem de Brabantia. Isto repudiato Adhumfrido Duci Gloucestriæ fratri Heinrici Regis Angliæ adhæsit. Hæc igitur Domina Jacoba defuncto patre suo Duce Wilhelmo tanquam filia volens bona patris sui hereditario jure possidere, scripsit se filiam prædictorum Comitatuum, scilicet Hennegoviæ, Hollandiæ. Contra Dux Johannes electus Leodiensium jam dictarum terrarum filium se scripsit &c.* Idem ad Ann. 1425. *Anno Domini* CIↃ. CCCC. XXV. *in die Epiphaniæ D. Johannes Dux Bavariæ inferioris, & Comes Hennegoviæ, Hollandiæ, & Selandiæ, ac dominus Dominii Frisoniæ veneno, ut dicitur, a magistro Curiæ suæ infectus obiit sine liberis in Hollandia in villa dicta Haga tumulatus. Quo defuncto domina Jacoba fratris sui Wilhelmi felicis recordationis conabatur prædictas terras scilicet Hennegoviam, Hollandiam, iterum possidere. Sed prævalens Philippus Dux Burgundiæ Johannis (cujus supra in passagio contra Turcas est memoria tacta) filius easdem terras jam tenet &c.*

ministeria curruum in & ex Rynegom. Quæ ministeria hæc siquis quærat, verbo addam ex libro B. A. *fol.* 83. qui Hagæ Comitis in Archivis: *Anno* 1415, *hebben de Bueren van Egmont overgegeven ende bekent de-*

Cap. LXXIII.

ſe navolgende dienſten de Abdye van Egmont ſchuldich te ſyn: In den eerſten den Abt ende ſyne Officiers als Rentmeeſter, Koeckenmeeſter, Memoriemeeſter te voeren daer ſy te doen hebben in des Cloeſters oirbaer binnen hore marcten. Item alle provande te halen metten voerſz. Dienaers, die voor den Abt ende ſyne Clauſtralen dienen, als wyn, weyt, bier, turff, ende hoy. Item alle deſmen behoeft ter timmeringe des Godshuys van Egmondt, als ſteen, calck, hout, ende dat daer toe dient te halen ende te voeren in den Clooſter, ende niet weder daer uyt, ende want generalyck van den dienſt der Bueren queſtie was voor den Hertoch ende ſynen Raet, ſo is den Bueren bevolen deſe bekende dienſten te doen, ende den Abt geſeyt, indien hy meende, dat ſy hem vorder dienſten ſculdich waren, dat hy hen ſoude met recht te dier oorſaecke doen aenſpreecken. Prædia autem quædam quæ expreſſe ad id obſtricta, ut oſtendit mox infra, *tunc ad Abbatem & Conventum Hæcmundenſem terræ ſuper quas ex antiquo prædicta miniſteria conſtituta fuerunt libere devolventur.* Sic in Gelria etiam prædia, quorum olim poſſeſſor cum vehiculis debebat Duci cum venaretur adeſſe, vulgo *Wiltvorſter goederen.* Vid. *lib.* 4. *de Nobilit. cap.* 22.

cum aliis bonis dictis Landtwinningen. *Landtwinningen* erant prædia, in quæ redempta ab Abbate defuncti heres ſuccedebat, ſi tempore ipſius obitus habitaret Egmundæ. Si alibi ſolebant rurſum ad Abbatem devolvi. Infra *cap.* 75. *Quando poſſeſſor illius terræ moriebatur tunc ſui heredes habebant redimere terram illam ab Abbate pro valore quartæ partis illius terræ, & hoc ſi heredes habitarent tempore mortis in terra Hæcmundenſi. Et in caſu quo aliquis heredum habitaret extra terram Egmundenſem, tunc Abbas retinuit ſibi portionem illius extra habitantis, quia nemo poterat eis ſuccedere in hereditate niſi eſſet inhabitator villæ Egmundenſis.*

Alibi martyrum tumuli. Albert, Abbas Stadenſis ad Ann. 1077. *Velociter vadens Romam diu quæſitum Regem invenit inter memorias Martyrum diverſantem.*

ſcilicet arras competentes pro ſecundo denario meliores. Arrha idem quod pignus hic. Arrhabo etiam alibi. Plaut. *Moſtell. act.* 3. *ſc.* 2. *n.* 115. *Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.* Terent. *Heautont. Ea relicta arrhaboni eſt huic pro argento.* Alibi id quod datur in argumentum vel perfecti vel inchoari contractus, *pr. Inſt. de empt. vend. l.* 17. C. *de fid. inſtr. l.* 35. *pr. ff. de contrah. empt.* Le Moyne *ad Polycarp. p.* 467. *& ſeqq.* *Een Godspenninck* vocat Grotius, *om dat het niet veel meer is*, inquit, *dan alsmen wel gewoon is aen den Armen om Gods wil te geven*, 3. *man.* 14. §. *Buyten.*

in Memoriis annalibus. Memoriæ, annales, libelli ſunt, Codices continentes diem obitus defunctorum, vel fratrum, vel aliorum, qui ad precum communionem contracta ſocietate a Conventu adſciti. Quivis autem adſciti & paſſim clerici, laici. Sed inprimis qui donis, qui legatis in cœnobium

bium, in Conventum benefici. Pro his preces oblatæ, & non tantum quo defuncti, sed & septimus & tricesimus ab obitu ipsorum dies sacrificiis inprimis culti. Causam siquis quærat Carolus Magnus indicabit, aut quisquis Auctor est libri de ritibus veteris ecclesiæ a Lazio olim editi: *Anniversaria*, inquit, *dies*, p. 64. *ideo repetitur defunctis, quoniam nescimus, qualiter eorum causa habeatur in alia vita.* Ritum refert Casaubonus ad Athenæum *lib.* 6. *cap.* 14. ad gentilium instituta, quibus olim solemne meritis claros & illustres Saliari carmine decantare aut decantandos decernere. Sed concoquere id non potest Herib. Rosweydus. *Vellem*, inquit, *ne Patres ethnicorum magis rituum quam sacræ legis gnaros observantesque faceret. Meminisset ab ecclesiastico dictum cap.* 44. *Laudemus viros glorioſos & parentes nostros in generatione sua.* Sed quid si quæso meminisset? An negat viros glorioſos, viros Dei laudandos? An sanctam nobis debere esse ipsorum memoriam? An componendam nobis vitam ad ipsorum exemplum? Quod adorandi, colendi, quod sacrificiis pro ipsis intercedendum apud Deum, ubi pictum aut scriptum? Jus Canonicum si adducas *c. pro obeuntibus c. animæ & seqq.* 13. *qu.* 2. jus Canonicum non est tanti, nec verbo Dei subnixum. Imo potius contrarium. *Luc.* 16. *vers.* 22. *& seq. &* 26. *Marc. ult. v.* 16. Ioann. 5. v. 25. Apocal. 14. v. 13. & 19. vers. 10. Matth. Flace. Illyr. *Catal. test. verit. p.* 1223. *& seq.* Petr. Martyr. *loc. comm. class.* 3. *cap.* 9. *n.* 11. *& seqq.*

Chrysostomus alibi: *Nec putemus nobis, cum illuc venerimus, misericordiam esse tribuendam, qui non agimus, ut veniam mereamur accipere, etsi Abraham pro nobis roget, etsi Noe, etsi Job, etsi Daniel. Dum igitur est tempus in manibus plurimam nobis apud Deum fiduciam præparemus.* Theophylact. *ad Matth. cap.* 25. *Post vitam illam non est tempus pœnitendi & optandi. Proinde Dominus ait fatuis virginibus, nescio vos &c.*

Rogationem. Supplicationem, processionem solemnem ad rogandum divinum numen, ad misericordiam impetrandam, ad pestem avertendam, vim hostium, terræ motum. Letanias etiam vocant, Λιτὰς Instinianus dixit *nov.* 123. *cap.* 52. *Litanias* Iulianus. Codinus λιτανεῖας *de offic. Constant. cap.* 15. Additio tertia ad Car. Magn. Capit. *cap.* 120. *Letaniæ Græco nomine appellantur, quæ Latine dicuntur Rogationes &c. Letania vero, quæ indicuntur propter rogandum Deum & impetrandum in aliquo misericordiam ejus.* Concil. Aurel. *can.* 29. *Rogationes, id est, Litanias.* Lexic. Græco-lat. Λιτὴ, ἡ λιτανία, *litatio, supplicatio.* Chron. Casinens. *lib.* 4. *cap.* 65. *Per omnes monasterii ecclesias letanias faciant discalceatis pedibus*, & mox: *discalceatis pedibus flentes &c. atque ante ejus sacratissimum corpus preces ad eum fundentes per omnia monasterii altaria letanias decantare cœperunt*, item: *supplicatione letaniæ a fratribus explicita.* Add. Helmold. 1. *Chron.* 56. Gregor. Magn. 9. *epist.* 45. Gregor. Turonens. 4. *hist.* 5. *&* 9. *hist.* 21. Bosquet *ad Innocent. Tert.* 1. *epist.* 30. Alteserr. *ad Anastas. de vit. Pontific.* Δημοσίαν etiam πρόοδον idem dixit Iustinianus *nov.* 67. *cap.* 1. *Processionis aditum* Gelasius Pontifex *can.* 26. *& seq.* 16. *qu.* 7. *junct. can. presbyteros dist.* 23. Εἴσοδον

ὁδον dicunt Patres Concil. Laodicen. *can.* 56. *Processionem* interpretatur Dionysius Exiguus. *Processionis gratiam* Gregorius primus *lib.* 12. *epist.* 10. Non male autem εἴσοδον. Nam de ecclesia in ecclesiam aut aliunde ut de domo episcopi in ecclesiam olim facta. Et quia clero præeunte ibat populus cum clero alibi etiam dicitur *popularis conventus*, *populorum conventio.* Et sic verba hæc etiam accipit Francisc. Florens Ictus & vir egregie eruditus *differt. jur. Can. cap.* 4.

Add. infr. cap. 78. & 82.

ante imaginem S. Crucis in ecclesia parochiali. Egmundæ præter Conventualem ecclesia parochialis, quæ subjecta conventuali. In ostio conventualis inter turrim utramque adhuc versus hujusmodi :

Janitor o cœli tibi pronum mente fideli
Intromitte gregem superum placans tibi Regem.

& paulo inferius :

Hic Thidric orat opus hoc Petronilla decorat.

Cap. LXXVI.

in qualibet ebdomada videlicet omni feria quarta. Mox : *& si aliqua festa in ipsis feriis quartis caderent.* Singuli dies septimanæ etiam feriæ olim dictæ, non quod singulis feriati, sed a Paschatis septimana, quæ vulgo etiam feriata & ab operis immunis. Unde & dicta a Græcis σάββατον. Ὀψὲ τῶν σαββάτων, id est, *transacta septimana*, ἐπιφωσκούσης εἰς μίαν σαββάτων. *Matth. cap.* 28. *pr.* τῇ μιᾷ τῶν σαββάτων, id est, *die Dominica*, quæ est prima septimanæ, *Luc. cap.* 24. *pr. Joann. cap.* 20. *pr.* Gobelin. Person. Cosmodrom. *cap.* 4. *Prædicti septem dies apud Judæos nominantur a Sabbato, ut prima Sabbati, secunda Sabbati &c. De aliis autem mos ecclesiasticus obtinuit, quod dicimus feria secunda, feria tertia, & sic de aliis, & dicuntur feriæ, ut dicit Isidor. lib.* 5. *etymolog. a fando &c. Et sic quilibet dies appellatur feria.* Casaub. *ad Baron.* 16. *exerc.* 113.

Cap. LXXX.

obiit hic Wilhelmus de Mathenes Abbas. Ejus charta adhuc inedita, quæ sic habet ut sequitur :

Willem *by der genaden Gods Abt van Egmont doen cont allen luyden, want Jan van Bekesteyn ons Godshuys man syn hantvesten ende brieven van syn leengoet, dat hy van ons ende onsen Godshuyse te leen hout verloren heeft, overmits den oorloge ende twist die in den Lande van Hollant geweest syn, so hebben wy om sonderlinge bede wille van vrienden van* Ian van Bekesteyn *gratie gedaen om menigen trouwen dienst, die hy onsen Godshuyse voorsz voortyts gedaen heeft, ende noch of Godt wil doen sal, den selven Jan van Bekesteyn weder gegeven een nieuwe hantveste van synen leengoeden, die hy van onsen Godshuyse te leen hielt, ende noch te leen houdt, ende hebben hem die verlyt ende verleent, verlyen ende verlenen mits desen brieve veerthien d'half ma-*

de

de lants, die Jan van Bekesteyn voorsz van ons ende onsen Godshuys voorts te leen houden sal. ende gelegen syn in den ban van Leede in den Waert, ende belent hebben Adriaen van Foreest aen die Zuydtsyde, Belye Heynric Pentsen wedue met haer kinderen aen die Noortsyde, streckende voor van den Sparen Oostwaerts aen der Leede, hem aengecomen by doode van Wouter van Bekesteyn Schiltknape synen vader sal. ged. Welck leengoet voersz na Jans doot voorsz comen ende erven sal op synen ouisten soen witachtig gewonnen, ende voort van grade tot grade nederwaerts gaende, ende waert dat Jan van Bekesteyn voorsz geen soon achter en liet, so soude dit voorsz leengoet gaen ende erven op syn ouiste dochter, ende gaen ende comen gelyck voersz staet. Voorts waert dat Jan van Bekesteyn voorsz geen witachtich kinderen na hem achter en liet, so soude dit voersz leengoet gaen ende erven op een achter susters kint toe, dat van synen rechten swaertsyde nederwaertr gecomen waer, het sy man ofte wyff, ende die jonger man te nemen dit voersz leengoet altoos voor dat ouder wyff, daer sy beyde even nae syn van bloede in der maechschap. Ende waert dat hier yet aen gebrake, so soude dit voersz goet vryelyck aen onsen Godshuyse weder comen sonder ymants wederseggen. Hier waren aen ende over Jan van der Burch ende Gerrit Uyttenhage als mannen onses Godshuys van Egmont. In kennisse der waerheyt hebben wy desen brief besegelt met onsen segel int jaer ons Heren 1430. opten 3. dach van November.

Cap. LXXXI.

Dominus Apostolicus Pius &c. decrevit in propria persona &c. Res ita se habet. Capta a Turcis Constantinopoli, quod factum Ann. CIↃ. CCCC. LIII. zelo religionis impulsus bellum vovit adversus Turcas Philippus Burgundiæ Dux, si vel Francus vel Anglus vel Princeps quisquam Christianus in id secum proficisci vellet. Nemo autem cum offerret se Papa Pius II. qui præcipuus rei auctor & Turcarum hostis infensissimus, cum orbis Principes Christiani, ut præsens suaderet bellum, omnes Mantuam convocasset, pauci autem stitissent se, plerique vana eum spe per Oratores lactassent, ne voto se solutum Philippus existimaret, se cum eo iturum Papa palam professus est. *Sedet in animo nostro*, inquit, *lib. 7. Comment. in fin. quanquam senili & agroto corpore bellum contra Turcas pro fide Catholica suscipere, & in expeditionem ipsam proficisci, Burgundoque ut nos sequatur edicere, qui Regis ac Pontificis locum tenemus, juramenti votique fidem requirere: nulla patebit excusatio: Rege major & Imperatore bellum geret Christi vicarius: obnoxium voto Ducem non decebit domi manere. Si annuat desiderio nostro Philippus, non veniet sine Comitatu magno & valido, nobilem Principem multi sequentur: Regem Franciæ decem millia bellatorum mittere non pudebit, qui septuaginta millia publice pollicitus est. De Germania,*

de Anglia, de Hiſpania ſua ſponte non pauci aderunt. Hungari qui ſuam rem agunt deeſſe non poſſunt: nec Veneti, ubi tantos viderint apparatus, claſſem negabunt. Et hactenus quidem Pius. Idem *lib.* 12. eadem ſpe plenus. Sed dum totus in eo eſt, ut in Græciam tranſmittat, dum præparatis jam cunctis claſſem Venetam expectat, Anconæ morbo debilitatus & grandævus concedit vita. Jacob. Cardin. Papienſ. *lib.* 1. *comm.*

in quadam civitate Antonia. Scribendum *Ancona.* De morte Pii plenius idem quem dixi *d. lib.* 1. Add. Platin. & Onuphr. in ejus vita.

Cap. LXXXII. *præſentatus fuit ad eccleſiam ſuper mare.* Præſentatio eſt hujuſmodi: *Gerardus de Poelgeeſt Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas monaſterii S. Adalberti Egmundenſis Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti Ordinis S. Benedicti Trajectenſis diœceſis notum facimus univerſis, quod eccleſiam circa mare in Egmunda, cujus collatio ſive præſentatio ad nos pleno jure dignoſcitur ad præſens pertinere per liberam reſignationem honorabilis viri Domini Gerardi Joannis Presbyteri dictæ diœceſis ultimi poſſeſſoris ejusdem eccleſiæ vel alias quomodolibet vacantem circumſpecto viro Dn. Johanni Oedzæri pure & ſimpliciter propter Deum contulimus & conferimus per præſentes, eundem Dominum Johannem præfatum venerabili Domino Archidiacono Trajectenſi aut ejus vices in hac parte gerenti pro inſtitutione canonica obtinenda præſentando, ſupplicantes pro eo quatenus eundem cum ſolennitatibus debitis & conſuetis ad veram poſſeſſionem ejuſdem inſtituere dignetur & velit noſtrarum teſtimonio literarum ſigillo noſtro appendenti munitarum anno Domini* CIↃ. CCCC. LXV. *menſis Martii die ultima.*

genita Auſtriæ Duciſſa. Burgundiæ non Auſtriæ. Auſtriæ demum facta, poſtquam nuptias contraxit.

obiit Gerardus de Poelgeeſt. Duæ adhuc ejus chartæ: Altera oſtendit quod dixi, eccleſiam ſcilicet parochialem Conventuali ſubjectam. Altera quædam Abbas concedit in feudum:

Gerardus de Poelgeeſt *Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Abbas monaſterii S. Adalberti Hæcmundenſis Romanæ eccleſiæ immediate ſubjecti Ordinis S. Benedicti univerſis præſentia viſuris vel audituris notum facimus per præſentes, quod honorabiles & circumſpecti Domini Decanus & Capitulum eccleſiæ collegiatæ S. Catharinæ ante caſtrum Egmundenſe* op den Hoeff *per nos moniti deſuper & requiſiti, ut Sedi Apoſtolicæ ac ſententiis per eandem Sedem Apoſtolicam pro nobis & Conventu noſtro, & contra ipſos Decanum & Capitulum prætactos ſuper juribus eccleſiæ parochialis Hæcmundenſis latæ & promulgatæ obediant & pareant ut obedientiæ filii, hoc rite fecerunt & adimpleverunt, nec non omnibus juribus quæ ad eandem eccleſiam habere prætendebant ceſſerunt expreſſe*

presse & renunciarunt, prout hoc latius in instrumentis publicis desuper confectis continetur. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus appendendum anno Domini CIↃ. CCCC. LXV. *mensis Martii die ultima. Subscriptum erat: Concordat cum transumpto, quod protestor manu propria* N. B.

Gerrit van Poelgeest *by der genaden Gods Abt van Egmont doen cont allen luyden, dat wy verlyt hebben ende verlyen ende verlenen mit desen onsen brieve Wouter van Bekesteyn veertien dalf made lants gelegen in den ban van der Leede in de Waert. Welc lant belent hebben Adriaen van Forcest aen de Zuytsyde, Belie Herman Pontsen weduwe mit hare kinderen aen de Noortzyde, streckende voorts van den Spaerne Oostwaerts aen der Leede, te leen te houden van ons ende van onsen Godshuyse van Egmont na inhout synes hantvesten die hy daer af heeft, behoudelyc ons ende onsen Godshuyse voersz, ende een ygelyc syns rechts. Hier waren over ende aen onse getrouwe leenmannen Jan uten Haech, Ysbrant van Spaerwoude, ende Ian Zoyerssen. In kennisse der waerheyt hebbn wy desen brieff met onsen segel uythangende doen besegelen int jaer ons Heeren 1463. opten 26. dach in April.*

doxale in choro satis sumptuosum. Frequentius *oxale.* Tabulatum transversum ante introitum chori. Pensile interdum, interdum fixum. Etiam lapideum. Canonici cujusdam Regularis Trajectensis Annales qui inediti apud me: *Anno* 1453. *Pater Balduinus Gardyn Prior Regularium in Trajecto construxit ante introitum chori transversum pensile tabulatum, quod Toxale, sive superius atrium vocant, satis pulchrum & sumptuosum cum tribus altaribus portatilibus superpositis &c.* Charta Ann. 1534. *in loco eminenti ante chorum predictum oxali vulgariter dicto &c.* Annales domus Teutonicæ Trajectensis inediti: *Heer Herman van Keppel die* XIX. *Lantcommandeur dede timmeren dat steen oxael over 't Choer ten Duytschen huyse t' Utrecht.*

acceptandi beneficia & Abbatias in Commendis, Dixi de Commendis ad Anonymum, quem edidi, *p.* 163. Qui habebat in Commendis, administrator tantum erat, custos tantum, & procurator. Nam correctio, disciplina Prioris, Præpositi, *cap. cum ad monasterium §. Abbates ext. de stat. monach.* Chopp. *lib.* 1. *monast. tit.* 1. *n.* 2. Clericus, an laicus, qui administraret, non intererat. Vid. Luc. d'Achery *ad Guibert. in not. p.* 595. Et administratio temporalis primum, ut vacanti ecclesiæ alius interim quæreretur qui præesset idoneus *c. nemo* x. *de elect. in* 6. Post paulatim perpetua. *c. dudum* 52. *x. de elect. & el. pot.* Alteserr. 2. *ascetic.* 6. Et sic puto accipiendum, quod Annal. Bertiniani ad Ann. 870. *Carolomannus etiam Caroli Regis filius & plurimorum monasteriorum Pater reputatus &c. Abbatiis privatus &c.* Malum vetus, ut patet. Vetustius quam quod Krantzius Cap. LXXXIII.

zius ut primum refert in Germania *lib. 3. metrop. cap. 37.* & refert ad Giſlernm Mersburgenſem epiſcopum, qui tranſlatus favore & gratia Othonis tertii ad Magdeburgenſem metropolim retinuit tamen in Commendam Mersburgenſem epiſcopatum. *Et id*, inquit Krantzius, *ætas noſtra jam deſiit pro frequentia mirari, quod paſſim cernimus, alteram alteri eccleſiæ in una perſona accedere, ut habeat alteram in titulum, alteram in Commendam. Sed non potuere tum pro rei novitate placari homines.* Fr. Florens *ad decretal. tr. 3. p. 276.*

Cap. LXXXVI. *& propinavit eidem bovem.* Propinatio etiam poculi olim ſymbolum traditionis. Idem hinc *propinavit*, quod donavit, quod tradidit: *Propyn* idem quod donatio. *Propina*, ut barbare etiam infra *cap. 92. nec non expenſis propriæ confirmationis &c. & etiam penſione Dn. Oedzeri de Cralingen, & aliis propinis hinc inde habitis in diverſis locis & perſonis.* Ex Actis Ordinum Trajectenſium Ann. 1539. *Ende die Geſchicten van de Stadt Utrecht verclaerden dat die Stadt Utrecht om hare Majeſteyt met alle eer ende triumphe willecom te heten ſeecker ordonnantie gemaeckt hadden &c. Ende aengaende die propyne ende gratuiteyt &c.* Charta apud Cambden. *in Britann. topogr. Indilato Eboracum divertit. & cornu quo bibere conſuevit, vino replevit, & coram altari Deo & beato Petro Apoſtolorum Principi omnes terras & reditus flexis genibus propinavit.* Ingulfus Abbas in *Chron. Croylandienſ. Conferebantur antea multa prædia nudo verbo abſque charta vel ſcripto, tantum cum domini gladio, vel galea, vel cornu, vel cratera &c.*

Cap. LXXXVII. *Ludolphum de Campen.* David ipſe eum vocat Ludolphum van Veen in charta Ann. 1474. quam habes *lib. 2. de Nobilit. p. 679.* ut & in alia Ann. 1477. qua eum e conſilio & conſeſſu dimittit, & cum Theodorico uten Weert & aliis aliquot ad tempus, quo reſtitui interim poſſet quies, Ultrajecto proſcribit:

Wy David van Bourgoengen by der gratien Gods Biſſcop t' Utrecht maken kont allen luden, dat wy geloeft hebben ende geloven mit deſen onſen brieve, onſer Eccleſie, Ridderſchap, onſer Stat van Utrecht, ende onſer Steden Amersfoert ende Renente doen geſcien ende vervolgen alle punten ende articulen navolgende. Int yerſte ſullen wy den Proeſt van Oudemunſter wederomme mit brieve oft inſtrumente woe dat beſte dienen ſal ontſlaen van ſynre obligatien die hy ons gedaen heeft mit alle dat gene dat dair aen cleeft. Item voert ſullen wy quytſcelden die oervedighe borgen van hare vanguiſſe op een gewoonlicke oervede. Item voert ſullen wy die ſake der kinderen van Nyevelt eynden alſe geboerlick weſen ſal. Item voert ſullen wy den Prieſter uyt Drenthe ontſlaen van der vanguiſſe ende hem voert te rechte ſtellen daert behoert. Item voert van onſen Hofgoeden

goeden ſullen wy onſe Regiſteren toenen, als wy binnen Utrecht comen, ende voirt dan dair inne doen by onſen Staten als recht ende geboirlike weſen ſal. Item ſo ſullen die gelden, die noch na ſtaen onbetaelt van den Marſchalck, blyven uytgeſceyt ſtaen ter tyt toe die mit recht verwonnen ſullen weſen. Item ſo ſullen wy doen betalen die vierendertich Beyerſche gulden vander ſcouwe, gelyck datter verſproken is. Item ſo ſullen die achte perſonen, te weten onſe lieve getrouwe Raide, Meiſter Ludolff van der Veen Doemdeken, Meiſter Johan Milith Proeſt tot Aernhem, Meiſter Dirc Utenweert Deken tot Oudemunſter, Meiſter Niclaes van Lavennis, Meiſter Johan Corvin ten Doem, Meiſter Anthonis Potage t' Oudemunſter voerſz onſer Kerken Canoniken, Gerrit van Ryn Scout onſer Stat van Utrecht, ende Meiſter Henrick van Aleman uyt onſer Stat van Utrecht bliven omme alles beſten wille ter tyt toe wy binnen Utrecht geweeſt ſullen hebben tot twee off driemael, ende hebbende overſien die gelegentheit der ſaken ende dunct ons dan mit onſen drien Staten dat oirberlyck is, dat ſy te rechte geſtelt ſullen worden oft incomen ſullen, dat ſal alſdan by ons ende onſen drien Staten als voerſz. is geſcien. Alle deſe punten ſonder argeliſt. Des tot oirconde hebben wy onſen ſegel beneden opt ſpatium s'brieft doen drucken. Gegeven op onſen Slote te Duurſtede int jaer ont Heeren duſent vier hondert ſeven ende t'ſeventich opten achtentwintichſten dach in Julio.

Inefficax tamen charta, & infeſtis rurſum animis inter partes concurſum. Vid Hed. *hiſt. Ultraj. p.* 295.

ciphos plenos ſale & vino. In memoriam id mihi revocat Architriclini Regis Scotiæ olim dictum. Cum decreviſſent in Scotiam Legatos Ordines fœderati, inter quos & Brederodius, ad levandum Regis filium e baptiſmatis ſacri fonte, Legati pro refrigerio cum eſſent jam jam diſceſſuri, cereviſiæ Bremenſis, & optimæ quidem notæ (*dubbelt Bremer bier*) vaſa aliquot coemerunt. Quibus navi impoſitis feliciter & curſu proſpero appellunt ad littus Scoticum. Regius Architriclinus, qui ibi eos præſtolatus, adventum gratulatur, in hoſpitium deducit, feſſis vini Hiſpanici mox cyathum propinat. Abnuunt illi potum calorem nimium dictitantes, nam erat menſis Auguſtus. Tandem Architriclino de ſuo potu propinant. Ille autem cum guſtaſtet & exhauſiſſet cyathum exclamat: *Addatur pix & parum ſalis, & erit potus infernalis.* Cap. LXXXIX.

Et ſic utriuſque reyſa ea die fuit ſuſpenſa. Reyſa idem quod iter. Qui iter faciunt *Reyſarii.* Sed aucta verbi ſignificatio. *Reyſarii* Curiæ eccleſiaſticæ etiam Nuncii, Viatores, quibus certum aliquod territorium ad mandata exequenda ab epiſcopo aſſignatum. *Reyſa* idem quod territorium. Davidis Burgundi charta Ann. 1458. *David van Bourgongnen by der genaden Goids*

Bisschop t'Utrecht maken condt allen luden, dat wy onsen Doinwaerder ende Dienre Geerloff die Meus overmits menighe trouwe dienſten, die hy ons dickwill gedaen heeft, ende noch doen mach, gegheven hebben ende geven mits deſen onſen brieve ſyn leven lanck duyrende die Audientie onſes Hoves ende Conſiſtorien t'Utrecht, ende twe Reyſen *in onſe Conſiſtorien onſes Hoves voerſz, die ene geheten die* Reyſe van Emelant, *ende die ander geheten die* Reyſe des Lants van Vollenho *mit allen horen toebehoren, die the ſullen the mogen bedienen, regieren, ende verwaren by andere bequame daer toe weſende, als goede Dienre ſculdich ſyn te doen, te weten die audientie ende die Reyſe voerſz. elcx als dat behoert &c. Gegheven int jaer ons Heeren* CIↃ. CCCC. *ende acht en vyftich, den vierſten dach in November.* Reyſarii etiam Portitores, Curſores, in ejuſdem Davidis de modo procedendi coram Curia eccleſiaſtica edicto hactenus nondum viſo.

Cap. XCII. *Per viam compromiſſi.* Viæ eligendi ſeu modi olim tres, Scrutinii, Compromiſſi, & Spiritus ſancti, Dixi ad Anonymum, quem edidi, in notis p. 119. & 127. Plenius Fr. Florens *ad decretal. tit. de elect. & el. pot. tr. 4. p. 175. & ſeqq.* Add. etiam *infr. cap. 94.* Ian. a Coſta *Summ. ad tit. de elect & el. pot.* Gloſſar. vetus Græco-Lat. ζήτησις, *ſcrutinium, quæſtio.* Duplex etiam ſcrutinium ſimplex & per acceſſum. De quo latius Æneas Sylvius *lib. 1. comm. in fin.* ubi & plura de ritu, quo electus olim Papa. Sicui non ſufficiat, poteſt addi, quod Iacobus Cardinalis Papienſis habet *lib. 1. comm.*

præcipue confirmationem Dn. Jordani Abbatis. Id eſt, pecuniam aliunde ſumptam mutuo ſub uſuris ad eam Romæ obtinendam. Niſi nummis enim Papa expugnari non poteſt. Noti olim verſiculi:

Curia vult marcas burſas exhaurit & areas &c.

Cap. XCIII. *accepta magna pecuniæ ſumma.* Centum millibus florenorum. Vid. ad Anonym. *in not. p. 92. & ſeq.*

ut mille calcaria aurea. Equitum ſeu militum calcaria olim aurea. Dein paſſim nobilium: Nam pauci milites, qui non nobiles. Quingenta eorum paria pendebant adhuc Ann. 1382. Curtraci in ſummo templo equeſtris ordinis viris detracta Ann. 1302. cæſis Francis & bello victis ad Groningam in Flandria. Pont. Heuter. *lib. 2. rer. Burgund. cap. 14.* Nec ulli hæc niſi militi. Et nec Comiti niſi militi. Senatus Ultrajectini acta ad Ann. 1444. *Item en zel niemant ſcut weſen ofte ſcut-covel draghen, dan die dagelix binnen Utrecht woont, geſondert die gulden ſporen ſpannen, oft hoire kinderen.* Hollandiæ Comes Ioannes I. paſſim abſque his depictus, quod nunquam miles, quoad vixit, ſed Domicellus tantum, ut ait Beka: *Anno*, inquit, *Domini* CIↃ. CC. XCIX. *Joannes Domicellus* IV. *Kal. Novembr. apud Harlem requievit in*

Do-

Domino &c. Hic Joannes ſolus inter omnes Hollandiæ Principes ſine liberis & abſque militari nomine defunctus eſt. Add. Velden. *Chron. p. 63.*

Finitis primis Conventus miſſam. Horæ in monaſteriis divino cultui de- Cap.
ſtinatæ vulgo erant ſeptem, Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, XCIV.
Veſpera, Completorium. Et hic *curſus Canonicus.* Car. du Freſne *gloſſ. in Horæ.* Alteſerr. 5. *aſcetic.* 2.

& honeſta familia ſed non nobili in Wormaria. Wormaria *de Wormer* pars Hollandiæ Borealis. De Menardo Martinus Dorpius ſcribens ad Eraſmum epiſt. philolog. apud Goldaſt. 68. *Editionum tuarum ſi aliquam D. Abbati Hæcmundenſi patrono meo dicaveris, ſcio gratiſſimum illi futurum, & beneficium haud illiberaliter penſaturum. Quod ut facias te etiam atque etiam oro, Hollandus eſt, & Hollandiæ noſtræ primas religionis, vir doctus quidem, ſed religioſior tamen, quam doctior, tametſi omnes doctos non mediocriter amet, ut qui ſibi, ſi uſu veniat, multis in rebus poſſit eſſe auxilio. Nomen ejus eſt Menardus Vir.* Inedita hæc ejus charta Ann. 1519. *Meynard Man by der genaden Gods Abt van Egmont doen cont allen luden, dat wy verlyt ende verleent hebben, verlyen ende verleenen mits deſen brieve Wouter van Bekeſteyn veertiendalf made lants gelegen in den banne van der Leede in de Weert, welck lant belent hebben Jan van Foreeſt aen de Zuytſyde, en Willem van Adrichem aen de Noortſyde, ſtreckende voorts van de Spaerne Oeſtwaerts aen der Leede, te leene te houden van ons ende onſen Godshuyſe van Egmont na inhout ſynre hantveſte, die hy daer af heeft, behoudelyck ons ende onſen Godshuyſe voerſz, ende een ygelyck ſyns rechts. Hier waren over ende aen als onſe getrouwe leenmannen Mr. Henrick Aelbertſſen van Tetroede ende Jan van Egmont. In kenniſſe der waerheyt hebben wy deſen brieff doen beſegelen met onſen ſegele hier beneden aengehangen. Aldus gedaen int jaer ons Heeren 1519. opten 16. dach in April.*

plus quam quinque millia peditum armigerorum. Armiger vox homonyma. Qui heri arma fert armiger, ſeu is ſervus ſeu liber ſit. Nobilis etiam armiger, qui nondum miles ſeu eques. Sed cave hic ſic accipias. Armiger etiam is qui toto corpore cataphractus. Imo & qui ad bellum neceſſariis inſtructus armis. Et ſic ſumitur ni fallor vox hic. Vid. *lib. 4. de Nobilit. cap. 13. cap. 20. & ſeq.*

Magiſter Adrianus de civitate Trajectenſi. Humili genere Trajectenſi. Patrem habuit ſcriniarium & ſcriniarii quondam famulum. Florentius Boyenſſen ei nomen. Vulgo *Floor Boyenſſen.* Patruelem Ioannem Boyenſſen, cui pater Antonius. Ioannes factus Canonicus majoris templi Trajectenſis Ann. 1523. non diu antequam Adrianus concederet in fata. Lovanii ſtuduit Adrianus. Ob animi ſui dotes, literarum & artium non vul-

garem peritiam, postquam Doctor Theologiæ, Decanus primum Lovaniensis & Caroli V. præceptor. Unde & Carolus in charta Ann. 1511. *Meester Adriaen Florentii Deken van Loeven ende Scoelmeester van ons Carel &c.* & in alia Ann. 1518. *Meyster Adriaen van Utrecht, Docteur in Theologien, Deken van Loeven &c.* Mox ubi jam Cardinalis Papa etiam tandem factus incredibili Trajectensium & ingenti lætitia. Ex Actis Ultrajectinis Ann. 1522. *Die Raet out ende nye heeft bevolen den Oversten out ende nye te congratuleren, eer re bewysen ende triumphe te doen ter eeren ende liefden, dat Meyster* Adriaen Florissen *geboren Borger t' Utrecht Cardinael des tytels der heyliger martelaren Johannis en Pauli, Bisscop van Derthuysen, nu Paus der heyliger Christen kerken van Romen geworden is.* Ex Actis ejusdem anni *des Woensdachs na sunte Pauwels dach conversionis. Die Raet heeft gekent, dat die Backer brugs den hoochsten prys sellen hebben van dat triumfelicke vuere ter eeren van onsen Heylichsten Vader Meyster* Aryaen *van Utrecht nu nye gecoren Paus van Romen, Des sellense hebben noch een vat byers. Ende desgelycks sunt Jacobs brug, die Volrebrug, sunte Geertrudenbrug, ende die Garebrug, ende sellen oick elcx noch een vat biers hebben voer hoer excellenste vueren in der triomse voersz.* Obiit Anno 1523. ipso die qui dicitur exaltatio S. Crucis. Ex libro memoriarum ecclesiæ Trajectensis: *Anno Domini 1523. ipso die exaltationis S. Crucis obiit Sanctissimus Dn. noster Adrianus de Trajecto Papa VI. Cujus memoria servabitur proximo die ante magnam memoriam nativitatis B. Mariæ virginis vel alio die convenientiori vel ante vel post. Inde ministrabuntur* v. *scudata antiqua secundum statuta ecclesiæ Trajectensis corporaliter præsentibus. Inde dabuntur sociis quinque præsentiæ hoc est* xx. *ss. & celebrantibus* v. *ss. Campanario, ut cum magna pulset, quia erat Summus Pontifex* II. *libr.* x. *sol. Etiam Sacristæ pro ornamentis* x. *lib. Requiescat in pace Amen.* De eo Surius ad Ann. 1522. *Hoc anno Pontificatum iniit Adrianus natione Batavus, Caroli in Hispaniis vices tum gerens, virtute ac fama Cardinalibus Romæ non facie notus. Is e tenuibus parentibus Ultrajecti natus Lovanii studendo tantum profecerat, ut inter Theologos Lovanienses facile deinceps primus haberetur: eaque de causa & quod singulari morum gravitate esset in præceptorem Caroli V. assumptus, ac in Hispaniam profectus, ibique episcopus & Cardinalis creatus, Carolique absentis postea vices præclare admodum gerens in summum Pontificem magna Cardinalium consensione est sublimatus retento pristino nomine. Nam & antea Adrianus Florentii dicebatur.* Derthusensem episcopatum adeptus a Ferdinando Rege Hispaniarum, ut scribit Sleydanus *lib.* 3. *hist.* Ejus itinerarium, postquam Papa jam factus, auctore Blasio Ortizio Canonico Tolerano, habes apud Baluzium

Jovius *lib.* 28. *hist. in fin. In ejus locum suffectus Hadrianus* VI. *mira certe & pudenda, si Italiæ decus respiceretur, Senatorum factiosorum suffragatione, quum festinatis*

lib.

lib. 3. *miſcell.* Vitam ſcripſit Iovius *to.* 2. *vitar. illuſtr.* Add. Boxhorn. *Chron. Zel. part.* 2. *cap.* 45. *p.* 410.

Comitiis hominem apud Batavos extremi Oceani natum, & tum in Hiſpania agentem, virtutis nomine, cunctis Senatorii ordinis prætuliſſent.

& anno quo ſupra menſis Februarii die XXIV. Non quo ſupra ſed ſequenti, ut ad eum Sleydanus *lib.* 3. *hiſt.* Thuanus *lib.* 1. *hiſt.* Jovius *lib.* 22. Alfonſ. d'Ulloa *de vit. Carol. V. lib.* 2. Miræ. *append. ad Sigebert.* Pont. Heuter. *lib.* 9. *rer. Auſtriac. cap.* 2. Hadr. Barland. *Chron. Brabant. cap.* 181.

Et hæc quidem hactenus. Tu Lector Benevole hæc in rem tuam verte. Iudica prout placet. Favorem autem ſi merear, rejectis Momis & Zoilis & hominum ineptorum perverſis judiciis, conatus noſtros, ſi ſint tanti, etiam adjuva, promove.

Nil moror aut plauſus, levis aut convitia vulgi,
Pulchrum vel doctis vel placuiſſe piis.
Spe quoque majus erit mihi ſi contingat utrumque,
Ut viſum judica, Candide Lector, Ave.

FINIS.

INDEX RERUM VERBORUMQUE.

A.

Abbates alodiarii. 158
Abbatis electio. 133. & seqq.
Acephala monasteria. 117
Ada de Egmont. 61
S. Adalbertus Archidiaconus Trajectensis. 1. & seqq.
ejus mors & miracula 6. & seqq.
Adelheydis Comitissa Reynsburgi sepulta. 41
Adolphus Dux Gelriæ. 117. & seqq.
Adrianus VI. Papa. 142. & seqq. 259. & seqq.
Advocatus ecclesiæ. 25
Advocati officium. ibid. & 195
quinam firmi olim dicti. ibid.
Aeltrudenlant. 44
Æneas Sylvius. 209. & seqq.
Albertus de Raephorst. 110. & seq.
Albertus Dux Saxoniæ. 129. & seq.
Frisiæ Præfectus. 137
Albertus Dux & Comes Hollandiæ. 72
ejusdem inauguratio. ibid.
ejus uxor, ejus liberi, ejus stirps universa. 76. 233. 239
ejus mors. 81. 239. & seq.
Aleydis de Poelgeest ejusdem concubina. 77
Alfridus Anglorum Rex. 3
Ancona. 254
Andreas Venrode Protonotarius. 133
Andreas secundus Abbas Egmundensis. 11
Anniversarius dies. 251
Anselinus Abbas. 21. & seq.
Archicapellanus. 169
Architriclini Regis Scotiæ olim dictum. 257
Arckel Dominium & quot vulgo ejusdem Domini. 240
Armiger quis. 259
Arnoldus Picck. 92
Arnoldus de Driel monachus. 72
Arnoldus Dux Gelriæ. 83. 96
a filio suo captus. 117. & seq.
libertati restitutus. ibid.
Arnulphus Comes. 12. 249
an filius Theodorici II. 180. 185
Arrha, Arrhabo. 250
Aremerswete ubi. 10
Arundulius Rex. 5. 171
Athalardus Abbas. 18. & seq.
Auctor Batavіæ illustratæ notatur. 193
Auctoritas quid. 190

B.

Balduinus episcopus Trajectensis Theoderici VI. filius. 24
Bannus major & minor. 198. & seq.
Bennebroeck. 9
Bernardus de Poelgeest. 24
Bertholdus Abbas. 221. & seq.
Berwoldus primus firmus & hereditarius Advocatus Egmundensis. 25
ejus genealogia. 26
donatio facta ei ab Abbate. 24
Boerzelaer vid. Gysbertus de Boetzelaer.
Braxium, Braxionarius, Braxare. 197
Brederodii unde & quæ eorum origo. 13
Bruno Abbas. 11
Brunwardus episcopus suffraganeus Trajectensis. 34
Bulla quid & quotuplex. 172. & seq.
cur Papa utatur plumbea. 173
Burgundi unde. 248
Buttheil. C. 201

Cabellaus factio. 229
Calcaria aurea. 258
Caninefates unde. 177
Cancellarii unde. 177
Cancellarii & Secretarii an inter se differant. ibid. & seq.

Ca-

Capella, Capellani. 169
Capellani Abbatis officium honorificum. 126
capella in Rynegom. 45
Capella in Winnem. 70
Carcer quotuplex. 147
Cardinalis de Cusa visitator Hollandiæ. 113
Carina quid. 207. & seq.
Carolus VIII. Franciæ rex. 135
Carolus Audax Dux Gelriæ. 118
cæsus apud Nancejum. 121
Caroli Ducis Gelriæ expeditio in Hollandiam. 142
Casenbroots spel. 132
Cathedraticum quid. 160. & seq.
Cessio ecclesiarum facta ab Abbate & Conventu Epternacensi. 30
Ceurmede quid. 45. 201
Circada. 160
Clerici passim omnes olim docti existimati. 237
Colles arenarii ad littus Hollandicum & quando primum eorum mentio. 150. & seq.
Commendæ, Commendatarii. 25
Comes, Consul, Dux, Marchio, olim synonyma. 187
Comes de Hennenberch. 200
Comitia olim ubi. 219
Comitum inauguratio ubi facta & cujusmodi. 231
Confraternitas contracta cum Egmundensi cœnobio. 53
Conradus Trajectensis episcopus a Theoderico V. devictus. 152
Consul, Consulatus. 245
Corona cleri, diadema. 195
Crucis olim cultus. 181. & seq.
Crucis fixio, σταυροπήγιον. 162

D.

Dalmatica. 184
Dani Danis adversi. 171
David Burgundus episcopus Trajectensis. 123
Trajectenses excommunicat. ibid.
Diæta. 215. & seq.
Dies anniversarius, tricesimus, septimus, ab obitu olim culti. 192. 251
Diffidare. 251
Diffidationis literæ. 71
Dingh idem quod judicium. 220
Dodo Advocatus monasterii Egmundensis. 25. & seq.
decisa quæstio inter eum & monasterium Egmundense.
Dode hant. 201
Doertogen ubi. 65
Donati quinam. 184
Dordraci antiquitas. 171
ejusdem quis conditor, & cujus olim is terræ tractus. 185
Dorstadum nunc Wyck. 5
quot ecclesiæ ibi olim. ibid.
Doxale. E. 118
Ecclesiæ olim ligneæ. 181
Ecclesia ecclesiæ subjecta. 161
Ecclesiarum commercium. 30. 182. & seq.
Egbertus Northumbrorum episcopus. 2
Archiepiscopus Trevirensis. 9. 11
Egmunda unde dicta. 4
quando ejus Dominium Abbati ablatum. 79. & seq.
quando evaserit Comitatus. 163. & seq.
Wilhelmus de Egmunda Hollandiæ olim Rector. 245
Dynastæ Egmundani ubi olim sepulti. 61
Egmundensis cœnobii a vectigali immunitas. 81
exemptionis privilegium. 26. & seqq.
privilegium datum ab Arnoldo Archiepiscopo Colonienſi. 28
ab Innocentio Papa III. 36
ab Innocentio Papa IV. 47
reformatio monasterii. 126. & seqq.
ejusdem obsidio. 120. & seqq.
Egmundæ præter conventualem ecclesia pa-

parochialis. 252
conventuali unita. 117
templi dedicatio. 28
Electio quomodo olim facta. 139. & seq. 258
Encaustum. 175
Episcopi suffraganei. 192
Episcopi Trajectenses an Colonienſi subjecti. 166. & seq.
Eques, miles, an nascatur quis. 200
Equitum insigne. 258
Eseloer Rex. 171
Esvar vidua. 4
Exemptio ecclesiarum. 158. & seqq.
Exemptio a quo facta. ibid. & seqq. 161 & seqq.
an gratis facta necne. ibid.
Exemptionis effectus. 175. & seqq.

F.

Faida quid. 231
Feria quid. 252
Ferton seu Verton quid. 163
Feudum an in dubio censeatur rectum nec ne. 222
Feudorum judices quinam. 197
Florentius I Hollandiæ Comes sextus. 14
sub umbra salicis occisus. ibid. & 151
Gertrudis ejus uxor. ibid.
Florentius Crassus Comes. 19. 191
Florentius Comes Theodorici VI. filius. 32
Antiochiæ sepultus. 34
ejus iter ad terram sanctam. 33. & seq.
Ada ejus uxor. ibid.
Florentius Comes Wilhelmi Regis pater 42
Florentius Comes occisus a Gerardo van Velsen. 57
Florentius Præpositus majoris ecclesiæ Trajectensis frater Comitis Wilhelmi I. 35
Fortrapa ubi. 180
Franco Abbas. 34. & seq.
Fredericus Barbarossa. 34
Faisia a Gelris vastata. 137. & seq.

G.

Garsonostasium. 217.
Gedinghen. 220.
Gelri Frisiam invadunt. 137. & seq.
Georgius Saxoniæ Dux Frisiæ Præfectus. 137
a Groninganis rejectus. ibid.
Gerardi de Ockenbergh Abbatis fuga. 93
Geroldus episcopus & Vicarius Trajectensis. 21
Gertrudis Hermanni Saxonis filia Florentii I. uxor. 151
Gisbertus de Boetzelaer monachus. 120. 125. & seq.
Godefridus Gibbosus. 15. 188
Grangia quid. 208
Groninga obsessa. 137
Guida Arnoldi filia de Yselsteyn. 222
Guido episcopus Trajectensis. 64. 217

H.

Hæcmunda.
Hagano Comes. 5. 174. & seq. 176 & seq.
Harbertus episcopus. 28
Henricus de Berch episcopus Cameracensis. 30
Hermannus de Valckenaer. 71
S. Hiero ecclesiæ Pastor Nordvicensis. 5. 147
Hildegardis Theodorici secundi uxor. 9
ejus mors. 12
Hoba quid. 181
Hofvisch. 106
Hollandia an olim feudum. 80. & seq.
an feudum Imperii. ibid. 217. 249
an episcopi Trajectensis. 186
Hollandiæ olim vox quando primum audita. 172. & seqq. 189
an Caroli Calvi in potestate. ibid. & 174. & seq.
primus ejus quis Comes. ibid.
Hollandiæ olim Comes an & Princeps imperii. 195. & seq.
Hugo Mensonis Abbas. 67. & seq. 224
Hugo de Assendelft Abbas. 70. 74
Hungerus episcopus. 5. 171.

I.

Iacoba Bavara. 95. & seqq. 249
Iejunium olim quale. 208
Imperator ut coronetur a Papa an necesse. 209. & seq.
Innocentii Papæ tertii privilegium monasterio Egmundensi concessum. 36
Innocentii Papæ IV. privilegium eidem datum. 47. & seqq.
Installatio, Inthronizatio. 161
Inthronisticum quid. ibid.
Iodocus de Laleyng Vicecomes Hollandiæ. 124
Io. a Leydis Auctor hujus historiæ. 2
Ioannes Bastardus Philippi Burgundi. 119. & seq.
Iohannes de Temporibus. 193
Iohannes Egmundensis Vicecomes Hollandiæ. 132
Iohannes de Egmunda Arnoldi pater Ducis Gelriæ. 85. 96
ejus mors. 112
Iohannes de Weent monachus. 73. 75. 77. & idem Abbas. 77
Iohannes Bavarus Dux. 93. & seqq.
Iohannes Comes Florentii filius. 58
Iohannes Comes Hannonius Valescenis sepultus. 61
Iohanna soror Wilhelmi & Reynoldi Ducum Gelriæ. 85
Isbrandus Abbas. 205
Iubileus. 238
Iudex quis in causa feudi. 197
idem an possit simul esse & Advocatus & judex, & judex & testis. ibid.
Ius catalli. 201
Ius municipale montis S. Gerrrudis 199. & seq.
Ius olim ubi dictum. 118
an sub dio, an in ecclesiis. ibid. & seq.

K.

Keno Margaritensis episcopus Suffragæus Trajectensis.
Keurmede. 201
Kynhem, Kinnim, Kynnemaria. 6. 180
Kryt locus intra cimiterium monasterii Egmundensis. 114

L.

Lantwinninge quid. 90. 250
Leges Upstalbomicæ. 220
Liberi quinam. 195
Lingua laica. 237
Litania, supplicatio. 251. & seq.
Lubbertus I. Abbas. 35. & seq.
Lubbertus II. Abbas. 46. 211. & seq.
Vicecancellarius Wilhelmi Regis Romanorum. 49
ejusdem mors. 68
Ludolphus de Hoern Canonicus S. Salvatoris, Doctor eximius. 119. & seq.
Ludovicus Comes de Loon. 34. & seq. 155
Lugduni in Batavis vetustas. 172
Lutgarda uxor Comitis Arnulphi. 144

M.

Mael idem quod convivium. 149
idem quod signum. 216
Major, Meyerye. 219 & seq.
Malhugo. 215
Mansus quid. 94. & seq.
Margareta Imperatrix. 7. 181
ejusdem filii. 128. & seqq.
Maria filia Guidonis episcopi Trajectensis. ibid.
Maria Burgunda. 219
Maximiliani Imperatoris natalis. 254
ejusdem matrimonium cum Maria Burgunda. 116
Memoriæ. 122
Menardus Vir Abbas. 250
Mercatus, nundinæ, in ecclesiis. 219
Miles, eques, an nascatur quis. 200
Militum insigne. 218
Ministerium ecclesiasticum. 170
Ministeria curruum. 249
Molendinum an possit erigi citra Principis consensum. 243. & seq.
Monachis nihil proprium. 232
Monasteria an obstricta ad servitium mili-

tare. 157. & seqq.
Montis S. Gertrudis jus municipale. 199. & seqq.
Muto idem quod vervex. 232

N.

Naufragorum bona. 240. & seqq.
Nicolaus de Adrichem Abbas. I. 122
quando defunctus & qua occasione. 125
Notarii, Cancellarii. 177. & seq.
Regionarii, Scriniarii. ibid.
Notariorum olim schola. 179

O.

Oedzerus de Cralingen. 134. & seqq.
Ostulanus lapis. 147
Othildis Comitissa. 12. 147. 152
Oxale quid. 255

P.

Papswoude. 223. & seq.
Paradisus quid. 217
Parlamentum. 215. & seq.
Partus monstrosus. 290
Petronilla Florentii Crassi uxor. 19. & seqq. 153. 193.
Philippus Archidux Austriæ. 129. & seqq.
Philippi Burgundi majores, prosapia. 148
ad Sigismundum Imperatorem ejus ferox responsum. 249
votum ab eo factum. 253
sententia inter Dominum & Abbatem de Egmont ab eo lata. 198
an justa ex causa adeptus Boni cognomen. 249
Philippus de Wassenaer Legatus Caroli Audacis. 118
Dux exercitus Caroli. 138
ab eo Frisia subacta. ibid.
Pipini olim quot. 167. & seq.
Pius Papa II. 209. & seqq.
Pius Papa Turcarum hostis. 116. 253
expeditio ejus adversus Turcas. ibid. & seq.
ejusdem mors. ibid.
Placitum, Placitare. 198
Poculi propinatio olim symbolum traditionis. 256
Poculum charitatis. 194
Potestas Frisiorum. 137
Preces pro mortuis an ad rem quicquam faciant. 253
Prior, Subprior. 222
Processiones, Letaniæ. 251
Professio ab Abbatibus episcopis olim facta. 160
Propina, Propyn. 256

Q.

Quarentena. 207. & seq.

R.

Rasum cleri caput. 195
Rector scholasticus. 237
Regalia quid. 243
Regnerus Abbas. 13.
Relevium quid. 161
Reysa, Reysarii. 257. & seq.
Robertus Friso. 11. 186.
Rogationes, Litaniæ. 241
Roricus Normannorum Rex. 5. 171
Rynsburgensis monasterii exemptionis privilegium. 26. & seqq.
Rynsburgi antiquitas. 172

S.

Sacer bannus. 162
Scholæ olim in ecclesiis. 236. & seqq.
an & alibi olim nec ne. ibid. & 238
Scholarum Rector Egmundæ a quo constitutus. 79
Scrutinium quid & quotuplex. 258
Scultetus Egmundensis Gisbertus de Huell. 111. & seq.
Secretarii & Cancellarii an inter se differant. 177. & seqq.
Secretum quid. ibid.
Sepultura an gratuita. 190
Sifridus frater Comitis Theodorici tertii. 111. 144
Sigismundus Imp. 249
Simon de Adrichem Nicolai Abbatis pater. 121
Sloten opidum Frisiæ. 138

Spu-

Spuriis quis succedat. 234
an mater. an fiscus. ibid. & seq.
Stadenses. Stadingi. 46. 203
Stallus quid. 161
Stephanus Abbas. 17. & seqq.
Stola quid. 183. & seqq.
Subscriptio & subsignatio quemadmodum olim facta. 157. & seq.
Subtile. 184.
Suwardus episcopus & suffraganeus Trajectensis. 24

T.

Theodoricus Comes I. 5. & seq.
ejus mors, ejus uxor. 8. 145
Theodorici II. ætas. 181
Theodoricus III. Comes. 12
Othildis ejus uxor. ibid. & 147
Siphridus seu Sicco ejus frater germanus. 13. 144
bellum ejus cum Adelboldo. 141
Theodorici mors. ibid.
Theodoricus V. & ejusdem diploma. 15. & seqq.
ejusdem mors. 18
ejusdem progenies. ibid.
diploma examinatur. 189
Theodoricus VI. & ejus uxor Sophia. 24
donatio ab eo facta monasterio Egmundensi. 29
ejusdem mors. 32
Theodoricus VII. Comes. 34
ejusdem mors. ibid.
Theodoricus V. Vironensis episcopus suffraganeus Trajectensis. 50
Theodoricus Bosman Præpositus Egmundensis. 128. & seqq.
Turres, Turrita. 170

V. W. Z.

Valkenaer vid. Hermannus van Valckenaer.
Veren, Mevrouwen. 235. & seq.
Vicecomes idem qui Provinciæ Gubernator. 245
Villicatio de Rynegom. 55
Vitæ spatium longissimum. 193. & seq.
Vlaerdingc olim urbs inclyta. 187
Ultrajectum a Wilhelmo Comite obsessum. ibid.
Upstalbomus. 220
Wassenaer vid. Philippus de Wassenaer.
Wenceslaus Imp. gener Ducis Alberti. 233
Wiboldus Abbas. 32
Wigbertus episcopus. 2
Wilhelmus Comes frater Theodorici VII. 34
idem Advocatus monasterii Egmundensis. 39
judex inter Abbatem & Wilhelmum de Egmunda. 37. & seqq.
ejusdem mors. 41
Wilhelmus Rex Romanorum. 19
idem & Imperator. 209
ejusdem epistola ad Abbatem Egmundensem. 52
prospera ejus & adversa. ibid. 208. & seq.
a Frisiis occisus. 49. 209
Wilhelmus Tertius Comes Hollandiæ. 64
Wilhelmus IV. Comes cæsus a Frisiis. 68
diœcesis Protector. 224
Wilhelmus Dux phreneticus. 70
Wilhelmus Comes VI. 81. & seqq.
de Domino Egmundensi ejusdem querelæ. 89
ejusdem inter Dominum & Abbatem arbitrium. 86
privilegia monasterii expresse confirmat. 83
Wilhelmus de Mathenes Abbas captivus in Rosendael. 197
Wilhelmus de Egmunda Gubernator Hollandiæ. 245. & seq.
S. Willebrordus. 2
Winnemerswetа ubi. 10
Wiltvorster goederen. 250
Wonoboldus primus Abbas Egmundensis. 9
Wulfit Sanctimonialis. 7. 146
Zeevonders. 240
Zuterdeshage. 180

FINIS.

7589939
8 JY 19